Philippus Merhoff Canonicus Sanctorum apostolorum est possessor huius libri Bibliae partis primae

In hoc volumine continentur libri infrascripti

Libri Moysi.
Genesis. 4
Exodi. 31
Leuiticus. 42
Numeri. 62
Deutronomij. 88.
Josue. 107
Judicum. 121
Ruth. 134
Regum. iiij. 136. — legitur post Octauas venerabilis Sacramenti in proxima vacantia feria cum historia de eo omni et seruatur usque ad kal. Augusti.
Tobias. 213
Judith. 218
Hester. 224
Job. 232 — Dominica prima post kal. Septembris imponitur liber Job cum cantu si bona per duas ebdomadas deinde Tobias cum hystoria Peto domine consequenter Hester et Judith usque ad mensem Octobris
Psalterium. 247
Paralipomenon. ij. 288.
Esdre. iiij 332.

F. Albertus Stapperius me suis Annumerat

Prima pars Biblie Johannis de Gynderick presbiteri Canonici Xanctensis.

Vonll 249

Paralipomena
u Esdra verbunden!

a.1

* Plato qui Athenis magister fuit et potens egiptum et Architam Tarentinum eamque oram Italie que quondam magna gretia dicebatur laboriosissime peragravit cuiusque doctrinas Academie gymnasia personabant magis voluit aliena verecunde discere quam sua impudenter ingerere

⊕ Apollonius ille magus ut vulgus loquitur sive philosophus ut pithagorici tradunt intravit persas albanos scytas et opulentissima indie regna babilonios chaldeos, medos, assirios, arabes et palestinos reversus ad alexandriam perrexit ad ethiopiam ut gignosophistas et famosissimam solis mensam videret in sabulo invenit ille vir ubique quod disceret et semper proficiens semper se melior fieret scripsit super hoc philostrophus plenissime octo volumina

⊠ Paulus apostolus vas electionis et magister gentium post damascum arabiamque lustratam ascendit iherosolimam ut videret petrum et mansit apud eum diebus 15

Bibl. Th. I. A 7b (2. Expl.)
[1] Jak.

¶ Incipit epl'a sācti iheronimi ad paulinū presbiterū de oībus dīne historie libris. ¶ Ca. p̄mū.

Frat' ambrosius tua mihi munuscula p̄ferens: detulit simul' ⁊ suauissimas lr̄ās q̄ a principio aīciti arū fidem p̄bate iā fidei ⁊ veteris amicitie noua p̄ferebāt. Vera eī illa necessitudo est ⁊ xp̄i glutino copulata quā nō vtilitas reifami liaris. nō p̄ntia tm̄ corporū. non subdola ⁊ palpās adulacō ꝫ dei timor ⁊ dīnarū scripturarū studia cōciliāt. Legimus in veteribꝰ hi storijs quosdā lustrasse p̄uinci as. nouos adijsse p̄pl'os. maria trāsisse ut eos quos ex libris no uerāt corāq̄ viderēt. Sic pitago ras memphiticos vates. sic pla to egiptū ⁊ architā tarentinū. eā q̄ oram ytalie q̄ quondaz mag̃ gretia dicebat'. laboriosissime pa g̃uit ut q̄ athenis magister erat ⁊ potēs. cuiusq̄ doctrinas acha demie gignasia p̄sonabāt. fieret pegrinus atq̄ discipulꝰ malens aliena verecūde discere. q̄ sua im pudēter ingerere. Deniq̄ cū lr̄ās q̄si toto orbe fugiētes p̄sequitur. captus a piratis ⁊ venūdatus. tyrāno crudelissimo paruit. du ctus captiuus vinctꝰ ⁊ seruus. tn̄ q̄ philosophꝰ maior emente se fuit. Ad tytūliuiū lacteo eloquē cie fonte manātem. de vltimis his panie galliarūq̄ finibꝰ. quosdaz veīsse nobiles legimꝰ ⁊ quos ad cōtemplacōem sui roma nō trax erat vnius hōis fama p̄duxit. Ha buit illa etas in auditū oībꝰ secu lis celebrandūq̄ miraculū ut vr bē tātam ingressi aliud extra vr bē quererēt. Appollonius siue il le magus ut vulgus loquitur. si ue p̄hus. ut pitagorici tradunt intrauit p̄sas. p̄trāsiuit caucasū albanos. scithas. massagetas. opulētissima indie regna penetr̄ uit ⁊ ad extremū latissimo phisō amne transmisso p̄uenit ad bra gmanas. ut hiarcam in trono se dentē aureo ⁊ de tātali fonte potā tem int' paucos discipulos de na tura. de moribꝰ. ac de cursu dierū ⁊ fiderū audiret docētem. Inde per elamitas. babilonios. chaldeos. medos. assirios. parthos. syros. phenices. arabes. palestinos. re uersus ad alexādriam. p̄rexit ad ethiopiam ut gignosophistas ⁊ famosissimā solis mēsam vide ret in sabulo. Inuenit ille vir vbi q̄ qd̄ discerz ⁊ sēper p̄fitiens. sēp se melior fieret. Scripsit sup hoc plenissime octo voluminibꝰ phi lostratus. ¶ Ca. ij.

Quid loquar de seculi hōibꝰ cum ap'lus paulꝰ. vas ele ctionis ⁊ magister gētiū. q̄ de cō sciencia tāti in se hospitis loque batur dicēs. An exp̄imentū q̄ritis eius qui in me loq̄tur xp̄us post damascū arabiāq̄ lustrataz. ascē dit iherosolimā ut videret petruz ⁊ mānsit apud eū diebz qn̄decī. Hoc em̄ misterio ebdomadis et ogdoadis. futurus gētiū predica tor instruendꝰ erat. Rursūq̄ ptꝰ ānos q̄tuordecim assumpto bar naba ⁊ tyto. exposuit cum ap'lis euāgelium ne forte in vacuū cur reret aut cucurrisset. Habz nescio

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DUSSELDORF

quid latentis energie viue vocis
actus ⁊ ĩ aures discipuli de aucto
ris ore trãsfusa forciꝰ sonat. Vn
de ⁊ eschines cũ rodi exularet ⁊ le
gereť illa demostẽis oratio quaꝫ
adu̇fus eũ habueãt mirãtibꝰ cũ
ctis atqꝫ laudãtibꝰ suspirãs ait.
Quid si ipsã audissetis bestiã sua
verba resonantẽ. ¶ Ca. iij.

Nec hoc dico ꝙ sit aliquid in
me tale quod vl' possis a me
audire vel vel' discere sed quo ar
dor tuus ⁊ discendi studium etiã
absqꝫ nobis per se ꝓbari debeat.
Ingeniũ docile et sine doctore lau
dabile est. Non quid inuenias ꝫ
quid queras cõsideramꝰ. Mollis
cera ⁊ ad formandũ facilis: etiã si
artificis ⁊ plaste cessent manus
tamẽ virtute totũ est quicq̃d esse
potest. Paulus apl'us ad pedes
gamalielis legẽ moysi ⁊ ꝓphetas
didicisse se gloriať ut armatꝰ spi
ritualibꝰ telis: postea doceret cõsi
denť. Arma em̃ nostre milicie nõ
carlia sũt ꝫ potẽtia deo ad destru
ctionẽ municõnũ ⁊ cogitacões de
struẽtes ⁊ omnẽ altitudinẽ extol
lentẽ se adu̇fus scientiã dei ⁊ cap
tiuantes oẽm intellectũ ad obedi
endũ xp̃o ⁊ parati subiugare oẽꝫ
inobediẽtiaꝫ. Thimotheũ scribit
ab infantia sacris lr̃is eruditũ et
hortatur ad studiũ lectõnis ne ne
gligat gratiã que data sit ei ꝑ im
posicõem manus p̃sbiterij Tyto
precipit ut inter ceteras virtutes
episcopi q̃s breui ꝑmone depin
xit: sciamqꝫ nõ negligat scriptuã
rum. Obtinentẽ inq̃t eũ qui scd̃m
doctrinã est fidelẽ sermonẽ ut po
tens sit exhortari ĩ doctrina sana
⁊ ꝯtradicẽtes reuĩcere. ¶ Ca. iiij.

Sancta q̃ppe rusticitas soluꝫ
sibi ꝓdest ⁊ q̃ntũ edificat ex
vite meito ecclesiã xp̃i: tn̄tũ nocꝫ
si destruẽtibus nõ resistat. Mala
chias ꝓpha ymo per malachiam
dn̄s interrogauit sacerdotes legeꝫ.
Intãtum sacerdotis officiũ est inť
rogatũ respõdẽ de lege. Et in deute
ronomio legimus. Inťroga p̃reꝫ
tuũ ⁊ annũciabit tibi maiores tu
os ⁊ dicẽt tibi. In psalmoqꝫ cẽtesi
mo decĩo octauo. Cãtabiles mihi
erãt iustificacões tue in loco pere
grinacõis mee Et in descripcõe iu
sti viri cũ euꝫ arbori vite dauid q̃
est in ꝑadiso ꝯparet inť ceteras v̇
tutes hoc etiã intulit. In lege dn̄i
volũtas eius ⁊ in lege eiꝰ medita
biť die ac nocte. Daniel in fine sa
cratissime visionis ait: iustos ful
gere quasi stellas et intelligẽtes
id est doctos q̃si firmamentũ. Vi
des q̃ntum inter se distãt iusta ru
sticitas ⁊ docta iusticia. Alij stell'
alij celo ꝯpanť. Quanq̃ iuxta he
braicã veritatẽ vtrũqꝫ de eruditis
possit intelligi. Ita em̃ apud eos le
gimꝰ. Qui aũt docti fuerint fulge
bũt q̃si splendor firmamẽti ⁊ qui
ad iusticiã erudiũt mltos q̃si stel
le in ꝑpetuas eternitates. Cur di
ciť paulus apl'us vas electõis.
Nempe qꝛ vas legis ⁊ scripturaꝝ
sanctarũ erat armariũ. Pharisei
stupẽt in dn̄i doctrina ⁊ mirãtur ĩ
petro ⁊ iohanne qũo legẽ sciant
cum lr̃as non didicerint. Quicq̃d
enim alijs exercitatio ⁊ quotidia
na ĩ lege meditatio tribuere solet
illis hoc sp̃us sc̃us suggerebat Et
erãt iux̃ ꝙ scriptũ ẽ docibiles deo.

duodecim ānos saluator īpleue
rat ⁊ in tēplo sedēs. de questioni
bus legis interrogās magis do
cet dū prudēter interrogat. Nisi
forte rusticū petrū. rusticuz iohā
nem dicim⁹ quoꝝ vterqꝫ dicere
poterat Et si impeitus sermōe nō
tñ sciētia. Johānes rustic⁹ pisca
tor indoctus. Et vñ illa vox obse
cro in pn̄cipio erat verbū ⁊ ver
bū erat apud deū. ⁊ deus erat ver
bum. Logos grece multa signifi
cat. Nā ⁊ verbū est ⁊ racō ⁊ suppu
tacō ⁊ causa vniuscuiusqꝫ rei. per
quā sūt singula q̄ subsistūt q̄ vni
uersa recte intelligim⁹ in xp̄o.

¶ Ca. v.

Hoc doctus plato
nesciuit hoc demostenes
eloquēs ignorauit. Perdā inq̄t
sapiētiaꝫ sapiētiū ⁊ prudētiā pru
dentiū reprobabo. Vera sapiētia
pdet falsā sapiētiā ⁊ quanq̄ stul
ticia predicacōis in cruce sit tam̄
paul⁹ sapīam loq̄tur int̄ pfectos
Sapīam aūt nō seculi istius. q̄ de
struitur. nec pn̄cipū huius secu
li sed loquit̄ dei sapīam in miste
rio absconditā quā p̄destinauit
deus añ secula. Dei sapīa. xp̄us ē
Xp̄us em̄. dei virtus ⁊ dei sapīa.
Hec sapiētia in misterio abscon
dita est de q̄ ⁊ noni psalmi titul⁹
prenotat̄. p occultis filij in q̄ sūt
oēs thesauri sapiētie ⁊ sciētie dei
absconditi. Et q̄ ī misterio abscō
ditus erat. p̄destinatus ē añ secu
la predestinatus aūt ⁊ p̄figurāt⁹
in lege ⁊ ꝓphetis. Vñ ⁊ ꝓphe ap
pellabātur vidētes qꝛ videbāt eū
quē ceteri nō videbāt. Abrahaꝫ
vidit diē ei⁹ ⁊ letatus ē. Apiebā
tur celi ezechieli q̄ populo pccōri
clausi erant. Reuela inq̄t dauid
oculos meos ⁊ ꝯsiderabo mirabi
lia de lege tua. Lex em̄ spiritual̄ ē
⁊ reuelacōe op⁹ est ut intelligat̄
ac reuelata facie dei gloriā ꝯtēple
mur. Liber in apocalipsi septeꝫ si
gillis sig̃tus oñditur quē si dede
ris hōi scienti lr̄as ut legat rñde
bit tibi. Non possum. Signatus
est eī. Quāti hodie putant se nos
se lr̄as tenēt sig̃tuꝫ libꝝ. nec apiē
possunt. nisi ille reserauerit q̄ ha
bet clauez dauid q̄ apit ⁊ nemo
claudit. claudit ⁊ nemo apit. In
actib⁹ apl̄oꝝ. sāctus eunuchus
imo sāct⁹ vir. sic eī eū sācta scrip
tura cognominat cū legeret ysa
iam ꝓphetā. int̄rogatus a philip
po. putasne intelligis q̄ legis. res
pōdit. Qūo possum nisi aliq̄s me
docuerit Ego ut de me loquar in
terim. nec sāctior sū hoc eunucho
nec studiosior q̄ de ethiopia id ē
de extremis finibꝫ mūdi veīt ad
tēplū. reliq̄t aulam regiā ⁊ tātus
amator legis fuit d̄ine atqꝫ sciē
tie ut etiā in vehiculo lr̄as legerꝫ
sacras. Et tñ cū libꝝ teneret ⁊ ver
ba dñi in cogitacōe concip et. lin
gua volueret. labijs psonarꝫ ig
norabat eū quē in libro nesciēs
venerabatur. Venit philipp⁹ oñ
dit ei ihesū q̄ clausus latebat in
lr̄a. O mira doctoris virtus. Eadeꝫ
hoā credidit eunuch⁹ baptisat⁹
fidel̄ ⁊ sāctus. magister efficitur
de discipulo pl⁹ in deserto fonte
ecclesie q̄ in aurato synagoge tē
plo repit.

¶ Ca. vi.

Hec a me pstricta sunt breui
ter neqꝫ em̄ epistolaris an
gustia euagari lōgi⁹ paciebatur

vt ĩtelligeres te ĩ scripturis sacꝫ
sine p̃uio ⁊ mõstrãte semitã non
posse ĩgredi. Taceo de g̃maticis
rethoricis. phis. geometꝛcis. dya
leticis. musicis. astronõicis. astº
logis. medicis: q̃ruꝫ scia mõrlibꝰ
satis vel vtilissima ẽ ⁊ ĩ tres ꝑtes
scindit̃. ĩ doctrinã. racõem. ⁊ vsuꝫ
Ad minores artes veniã et q̃ ñ tã
lingua q̃ꝫ mãu administrãt̃. Ag̃
cole. cemẽtarij. fab̃ metalloꝝ. lig
norũqꝫ cesores. lanarijqꝫ et fullo
nes. ⁊ ceteri q̃ variã suꝑpellectilez
et vilia opuscula fabricãt: absqꝫ
doctore esse nõ possũt qd̃ cupiũt.
Qd̃ medicorũ est ꝓmittũt medici
tractant fabrilia fabri Sola scrip
turarum ars est quã sibi passim
omẽs vendicãt Scribimꝰ indocti
doctiqꝫ poemata passim Hãc gar
rula anꝰ. hãc delirus senex. hãc
sophista v̀bosus. hãc vniũsi p̃su
mũt. lacãnt. docẽt añq̃ discãt Alij
abducto supcilio gñdia v̀ba tru
tinãtes: int̃ mlierclas de sacꝫ lr̃is
philosophãt̃ Alij discũt ꝓchpu
dor a femĩs. qd̃ viros doceãt: ⁊ ne
parũ hoc sit. q̃dam facilitate v̀bo
rũ: ymo audacia: edisserũt alijs:
qd̃ ipi ñ ĩtelligũt. Taceo de meis
filibꝰ q̃ si forte ad scriptas sctãs
post seclares lr̃ãs venerit ⁊ s̃mo
ne ꝯposito aures ꝓpli mulserint:
quicq̃d dixerit hoc legẽ dei putãt
Nec scire dignant̃ q̃d ꝓphete. q̃d
apli senserint. ꝫ ad sensũ suũ in
cõgrua aptant testimõia q̃si gñ
de sit ⁊ ñ viciosissimũ dicẽdi genꝰ
deprauare s̃mas ⁊ ad volũtatem
suã sacrã scripturaꝫ trahere repu
gnãtẽ. Quasi nõ legerimus ome
rocẽtonas et v̀giliocentonas ac

Marcarum sunt christo

nõ sic etiã ⁊ maronẽ sine christo
possimus dicere xp̃ianũ q̃ scrip
serit iam redit ⁊ v̀go redeũt satur
nia regna iam noua ꝓgenies ce
lo dimittit̃ alto Et p̃rem loquen
tem ad filiũ Nate mee vires. mea
magna potẽcia solꝰ Et post v̀ba
saluatoris in cruce Talia persta
bat memorãs fixusqꝫ manebat
Puerilia sũt hec ⁊ circulatorũ lu
do similia docere qd̃ ignores ymo
vt cũ stomacho loq̃r nec hoc q̃dẽ
scire q̃ nescias. ¶ Ca. vij.

Videlicet manifestissima ẽ ge
nesis ĩ qua de creatura mũ
di. de exordio geneis hũani. de di
uisione terre. de cõfusione lingua
rũ ⁊ gentiũ: vsqꝫ ad exituꝫ scribit̃
hebreoꝝ Patet exodꝰ cũ decẽ pla
gis. cũ decaligo. cũ misticis diui
nisqꝫ p̃ceptis. In ꝓmptu ẽ leuiti
cus liber ĩ quo singula sacrificia
ymo singule pene sillabe ⁊ vestes
aaron ⁊ totꝰ ordo leuiticus spirãt
celestia sacramẽta. Numeri vero
nõne totius arismetꝛce et ꝓphetie
balaam et q̃dragintaduarũ mã
sionũ ꝑ heremũ misteria ꝯtinẽt. ¶
Deutronomiũ vero secũda lex et
euãgelice legis p̃figuratio. nõ ne
sic ea habꝫ que p̃ora sũt vt noua
sint omĩa de veteribus. ¶ Hucusqꝫ
moyses: hucusqꝫ pentateucus q̃
bus quinqꝫ verbis loqui se velle
apostolus in ecclesia gl̃iatur Job
exemplar patiẽtie q̃ nõ misteria
suo sermõe cõplectit̃. ¶ Prosa inci
pit versu labit̃. pedestri sermõe fi
nit̃. oẽsqꝫ leges dyaletice: ꝓpositi
one assũpcõe ꝯfirmacõe ꝯclusiõe
determinat. Singula in eo verba
plena sũt sensibꝰ et vt de ceteris

sileam resurrectiōem corporꝝ sic ꝓ
phetat ut nullꝰ de ea manifestius
ꝛ caucius scripserit. Scio inq̄t ꝙ
redēptor meꝰ viuit et in nouissiō
die de terra surrecturꝰ sum et rur
sū circūdabor pelle mea ꝛ in carne
mea videbo deū quē visurꝰ sū ego
ip̄e ꝛ oculi mei ꝯspecturi sūt ꝛ nō
alius. Reposita ē hec spes mea in
sinu meo. Veniā ad ihesū mane
q̄ typū dn̄i nō solū in gestis verꝝ
etiā in nomine p̄fert. Trāsit ior
danē hostiū regna sb̄uertit diui
dit terram victori ꝓpl̄o ꝛ ꝑ singu
las vrbes. viculos. mōtes. flumi
na torrētes. atq̄ cōfinia. ecclesie
celestisq̄ ihrl̄m spiritualia reg̃
descripsit. In iudicū libro q̄t pn̄
cipes populi. tot figure sūt Ruth
moabitis ysaie explet vaticini
um dicētis emitte agnuꝫ dn̄e do
minatoreꝫ terre de petr̄ deserti ad
mōtē filie syō Samuel ī hely mor
tuo ꝛ in occisione saul veterem le
gē abolitam mōstrat porro in sa
doch atq̄ dauid noui sacerdocij
nouiq̄ imperij sacramēta testat̄
Malachim id est terciꝰ ꝛ quartꝰ
regum lib̄ a salomone vsq̄ iecho
niam ꝛ a ieroboam filio nabath
vsq̄ ad osee q̄ ductus ē in assyri
os regnū iuda ꝛ regnū describit
ysrahel. Si historiā respicias ver
ba simplitia sūt si in lr̄is sēsum la
tētem īspexeris. ecclesie paucitas
ꝛ hereticoꝝ cōtr̄ ecclesiā bella nar
rātur. Duodecim ꝓphete in vnius
voluminis āgustias coartati mlt̄
to aliud q̄ sonāt in lr̄a prefigu
rāt Osee crebro nominat effraim
samariam. ioseph. iezrahel. ꝛ vx
orē fornicariā ꝛ fornicacōis filios ꝛ

adulterā cubiculo clausā mariti.
multo tp̄e sedere viduā et sub ve
ste lugubri mariti ad se reditum
prestolari. Johel filius fatuel de
scribit terrā duodecim t̄buū. eru
ca. brucho. locusta. rubigine va
stāte cōsumptaꝫ ꝛ post euersiōeꝫ
p̄oris ꝓpl̄i effusuꝫ iri spiritū sāctū
sup̄ seruos dei ꝛ ācillas id ē super
centūuiginti credētium nomina ꝛ
effusū iri in cenaculo syon Qui cē
tūuiginti ab vno vsq̄ ad qn̄decī
paulatim ꝛ ꝑ incremēta surgētes
qn̄decim graduū numeꝝ efficiūt
qui in psalterio mistice cōtinent̄
Amos pastor ꝛ rusticus ꝛ rubo
rū mora distringēs paucis verb̄
explicari nō potest. Quis em̄ di
gne exp̄mat tria et q̄tuor scelera
damasci ꝛ gaze tyri ꝛ ydumee ꝛ
filioꝝ ammon ꝛ moab ꝛ in septi
mo ꝛ octauo gradu iude et ysra
hel. Hic loquitur ad vaccas pin
gues q̄ sūt in samarie mōte et rui
turam domū maiorē minorēq̄ te
statur. Ip̄e cernit victorē locuste
ꝛ stātem dn̄m sup̄ muꝝ litum vel
adamātinū ꝛ vncinū pomoꝝ at
trahētem supplitia pcc̄oribus ꝛ fa
mē in terra nō famē panis. nec si
tim aque sed audiēdi verbū dei
Abdias q̄ interpretat̄ seruus do
mini ꝑtonat ꝯtr̄edom ꝛ sāguinē
terrenūq̄. fratris q̄ iacob sēper
emulū. hasta ꝑcutit spirituali Jo
nas pulcherrima colūba naufra
gio suo passionē dn̄i p̄figurans.
mūdū ad penitētiam reuocat ꝛ sb̄
nomine niniue salutē gētibꝰ nū
ciat. Micheas de morasthi cohe
res xp̄i vastacōem ānuntiat filie
latronis ꝛ obsidionē ponit ꝯtra

eam: qꝫ maxillã pcussérit iudicis isrl̃. Nauũ ꝯsolator orbis increpat ciuitatẽ sanguinũ q post euersionẽ illius loquit̃: ecce sup montes pedes euãgelizantis q annũtiãtis pacẽ. Abacuc luctator fortis q rigid⁹ stat sup custodiã suã q figit gẽdũ sup mumicõez vt xp̃m in cruce cõtẽplet̃ q dicat: operuit celos gl̃ria ei⁹ q laudis ei⁹ plena ẽ tra splendor ei⁹ vt lux erit·cornua in manib⁹ ei⁹: ibi abscondita ẽ fortitudo ei⁹. Sophonias speculator q archanox dñi ogmator·audit damorem a porta pisciũ q eiulatũ a scõa et ctionẽ a collib⁹. Indicit qꝫ vlulatũ habitatorib⁹ pile·qꝫ oticuit omis pl̃s chanaan: disp si fũt vmũsi q̃ iuoluti erãt argẽto Aggeus festiuus q let⁹ q̃ semina uit in lacrimis vt in gaudio metet· destructũ templuz edificat: deũqꝫ p̃em inducit loquentez: adhuc vnũ modicũqꝫ et ego cõmouebo celũ q terrã q mare q aridã et mouebo omes gẽtes q veniet desideã tus cũctis gẽtib⁹. zacharias memor dñi fui mltiplex in xp̃hetia·ihe sũ vestib⁹ sordidis indutũ q lapidẽ oculox septẽ·candelabrũqꝫ aureũ cũ totidẽ lucernis q̃t oculi· duasqꝫ olivas a simistris lampadis cernit q a dextris vt post equos rufos varios migros et albos et dissipatas q̃drigas ex effraim q equũ de ierusalez paupem regẽ vaticinet̃ et p̃dicet regez sedẽtem sup pullũ filiũ asine subiugalis· Malachias aptꝫ q in fine omniuz xp̃hetaruz de abiectione isrl̃ et vocatione gentiũ·non ẽ mihi aitvoluntas in vob̃ dicit dñs exercituũ et munus nõ suscipiam de manu vestra· Ab ortu em̃ solis vsqꝫ ad occasũ magnũ est nomẽ meuz in gentib⁹ et in omi loco sacrificat̃ q offert̃ nomini meo oblatio mũda· ysaiam·ieremiã·ezechiel q daniel: quis potest vel intelligere vel exponere.c Quorũ p̃mus non xp̃hetiaz videt̃ mihi texere sed euãgeliũ· Sedens virgã nucea q ollaz accensã a facie aq̃lonis et pardũ spoliatũ suis coloribus q q̃druplex diusis metris nectit alphabetuz· Tercius p̃ncipia q fines tantis habet obscuritatib⁹ inuoluta: vt apud hebreos ipse ptes cũ exordio geneseos añ annos triginta non legant̃ Quart⁹ vero q̃ q extremus inter q̃tuor xp̃has·tẽpor cõscius q totius mũdi philohistoric⁹ lapidẽ precisũ de monte sine mãib⁹ et regna omnia subuertentẽ daro simone p̃nũciat· Dauid symonides noster·pindarus et alchęus flaccusqꝫ catullus atqꝫ serenus· christũ lyra predicat q in decacordo psalterio ab inferis excitat resurgentem· Salomon pacificus et amabilis domini: mores corrigit· naturam docet· ecclesiaz iungit et xp̃m· sanctarũqꝫ nuptiarũ dulce canit epithalamiũ· Hester in ecclesie typo populuz liberat de periculo et interfecto aman q̃ imitatur iniquitas: ptes cõuiuij et diẽ celebrẽ mittit in posteros· Paralipomenõ liber instrumẽti veteris epitomem tant⁹ ac talis est vt absqꝫ illo si quis scientiaz scripturarum sibi voluerit arrogare seip̃m irrideat· Per singula q̃ꝫ e noia iuncturasqꝫ vbox q p̃termisse

in regū libris tangunt̄ historie ⁊
innumerabiles explicātur euan
gelij questiōes. Hesdras ⁊ nee
mias. adiutor videlicet ⁊ cōsola
tor a dño. in vno volumine artā
tur īstaurāt tēplū. muros extru
unt ciuitatis oīsq; illa turba po
puli redeūtis ī patriā ⁊ descripcio
sacerdotū. leuitaꝝ. israhelis. ꝓseli
toꝝ ac ꝑ singulas familias mu
roꝝ ⁊ turriū opera diuisa. aliud
in cortice preferēt aliud in medul
la retinent. Cernis me scriptura
rū amore raptū. excessisse moduꝫ
epistole ⁊ tñ nō implesse quod
volui. Audiuim⁹ tātuꝫ quid nos
se q̄d cupe debeamus ut ⁊ nosq̄
possim⁹ dicere cōcupiuit aīa mea
desiderare iustificacōes tuas in oī
tpe. Ceteꝝ illud socraticū imple
tur ī nob̄. Hoc tm̄ scio q̄ nescio.
Tangā ⁊ nouū breuiter testamē
tum. Matheus. marcus. lucas. et
iohānes quadriga dñi ⁊ veꝝ che
rubin qd̄ interp̄tatur sciētie ple
nitudo ꝑ totū corpus oculati sūt
scintille emicāt. discurrūt fulguā
pedes hñt rectos ⁊ ī sublime ten
dētes terga pēnata ⁊ vbiq; volan
tia tenēt se mutuo sibiq; perplexi
sunt ⁊ quasi rota in rotaꝫ voluūt̄
⁊ ꝑgunt quocūq; eos flatus spi
ritussancti ꝑduxerit. Paul⁹ apo
stol⁹ ad septē scribit ecc̄ias octa
ua em̄ ad hebreos a plerisq; extr̄
numeꝝ ponit̄. Thimotheū īstru
it ⁊ tytū ⁊ philemonem ꝓ fugiti
uo famulo dep̄catur sup quo me
lius tacere puto q̄ pauca scribere
Actus apl̄oꝝ nudā quidē viden
tur sonare historiā ⁊ nascentis ec
clesie infantiā texere sed si noueri

Socratis

mus scriptorē eoꝝ lucā eē medi
cū. cuius laus ē ī euāgelio anim
aduertimus ꝑiter omnia verba
illius aīe languētis esse medici
nā. Jacobus. petr⁹. iohānes. iu
das septē epistolas ediderūt taꝫ
misticas q̄ succinctas et breues
pariter ⁊ lōgas breues in verbis
lōgas in sētētijs ut rarus sit qui
nō in eaꝝ cecutiat lectiōe. Apoca
lipsis iohis tot habꝫ sacramēta
q̄t verba Parū dixi ⁊ ꝓ merito vo
luminis laus om̄is inferior est.
In verb̄ singulis multiplices la
tēt intelligētie Oro te frater caris
sime inter hec viuere. ista medita
ri. nil aliud nosse. nihilq; aliud q̄
rere nōne videtur tibi iā h̄ in ter
ris regni celestis habitaculum.
Nolo ut offendaris in scripturis
sāctis. simplicitate ⁊ q̄si vilitate
verborū q̄ vel vitio interpretū vel
de industria sic ꝓlate sūt. ut rusti
cam concōem facilius instruerēt
⁊ in vna eadēq; sētentia aliter do
ctus. aliter sētiret indoct⁹. Nō suꝫ
tam petulans et hebes ut hec me
nosse pollitiar ⁊ eoꝝ fruct⁹ cape
ī terra quorū radices in celo fixe
sūt sed velle fateor sedēti me prefe
ro magistrū rennuēs. comitē spō
deo. Petēti datur pulsāti apitur
q̄rens inuenit. Discam⁹ in terris
quoꝝ sciētia nob̄ ꝑseuerꝫ in celo.
Obuijs te manib⁹ excipiā et ut ī
epte aliq̄d ac de ermagoē tumidi
tate effundā q̄cquid q̄sieris tecū
scire conabor. ¶ Ca. viij.

Habes h̄ amātissimū tui frēꝫ
eusebiū. q̄ lr̄arum tuaꝝ mi
hi graciam duplicauit referens
honestatem moꝝ tuoꝝ ꝯtēptum

Lucas fuit medicus
cuius verba aū langu
tis fuit medicina

seculi: fidem amicicie: amorem xpi.
Nam prudenciam et eloquij venusta
tem etiam absque illo ipsa epla prefere
bat Festina quaeso te et herentis salo
nauicule funem magis prescide quam sol
ue. Nemo renunciaturus seclo bn
potest vendere que contempsit vt ven
deret. Quicquid in sumptus de tuo tu
leris: pro lucro computa. Antiquum
dictum est. Auaro deest tam quod habet
quam quod non habet Credenti totus mundus
diuitiarum est Infidelis autem etiam obulo
indiget Sic viuamus quasi nil habentes
et omnia possidentes. Victus atque vesti
tus diuitie xpianorum sunt. Si habes
in potestate rem tuam vende. si non habes
pice Tollenti tunicam et pallium reli
quendum est. Nisi scilicet tu semper recra
stinas et diem de die trahens: caute et
pedetemptim tuas possessiunculas
vendideris: non habet xps vnde alat
pauperes suos Totum deo dedit qui
se obtulit. Apli tamen nauem et retia
reliquerunt. vidua duo era mittit in
gasophilacium et prefertur cresi diui
cijs Facile contemnit omnia quae se semper
cogitat esse moriturum.

Explicit epla. Incipit prolo
gus in libros moysi.

Desiderij mei desidera
tas accepi litteras: qui
quodam presagio futu
rorum: cum daniele sorti
tus est nomen obsecran
tis vt translatum in latinam linguam
de hebreo sermone pentateucum no
strorum auribus traderem Periculosum
opus certe et obtrectatorum meorum
latratibus patens quae me asserunt
in septuagita interpretum sugillacionem

noua pro veteribus cudere ita ingeni
um quasi vinum probantes cum ego
sepissime testatus sim me pro vili
porcione in tabernaculo dei offerre quae
possim. nec opes alterius aliorum
paupertate fedari. Quod vt auderem
origenis me studium prouocauit. quae
edicioni antique translacionem theodo
cionis miscuit: asterico et obelo id
est stella et veru omne opus distin
guens: dum aut illucescere facit quae
minus ante fuerant. aut superflua
queque iugulat et confodit et maxime
que euangelistarum et apostolorum aucto
ritas promulgauit. In quibus mul
ta de veteri testamento legimus que
in nostris codicibus non habentur: vt est
illud ex egipto vocaui filium meum
et quoniam nazarenus vocabitur et vide
bunt in quem compunxerunt et flumina
de ventre eius fluent aque viue
et que nec oculus vidit nec au
ris audiuit nec in cor hominis ascen
dit que preparauit deus diligentibus
se et multa alia que propria sintag
ma desiderant. Interrogemus ergo
eos vbi hec scripta sunt. et cum dicere
non potuerint de libris hebraicis
proferamus. Primum testimonium est
in osee. secundum in ysaia. tercium in za
charia. quartum in prouerbijs. quin
tum eque in ysaia: quod multi igno
rantes apocriphorum delicamenta sectan
tur et hiberas nenias libris auten
ticis preferunt Causas erroris non est
meum exponere. Iudei prudenti factum
dicunt esse consilio: ne ptolomeus vnius
dei cultor etiam apud hebreos dupli
cem diuinitatem comprehenderet quod maxime
idcirco faciebant quia in platonis do
gma cadere videbatur Denique vbicum
que sacratum aliquid scriptura testatur de

pre ⁊ filio ⁊ spūscō. aut aliter int
ptati sūt aut oīo tacuerūt ut ⁊ regi
satisfacerēt ⁊ archanū fidei non
vulgarēt. Et nescio quis pmꝰ au
ctor septuaginta cellulas alexan
drie mēdatio suo extruxerit qbꝰ
diuisi eadē scriptitarēt cū aristeꝰ
eiusdē ptolomei yperaspistes et
nō multo post tempe iosephus
nihil tale retulerint. ꝫ ī vna basi
lica cōgregatos cōtulisse scribāt
nō ꝓphetasse. Aliud ē em̄ eē vatē
aliud ē esse intpretē. Ibi spūs vē
tura pdicit. hic eruditio et vbor
copia ea q̄ intelligit trāsfert. Nisi
forte putandꝰ ē tuliꝰ economicū
xenefontis ⁊ platonis pitagoraꝫ
⁊ demostenis ꝑ thesifōtē afflatus
rethorico spū trāstulisse. Aut ali
ter de eisdē libris ꝑ septuaginta
interptes. aliter per aplos spūs
sāctus testimoīa texuit ut qd illi
tacuerūt hij scriptū eē mentiti sint
Quid igit. ⁊ Dānamꝰ veteres. ⁊ Mi
nime. ꝫ post pōr studia in domo
dñi qd possumꝰ laboramꝰ. Illi in
terptati sūt añ aduētū xpi et qd
nescierūt dubijs ꝓtulerūt sentēcijs
nos post passionē eiꝰ nō tā ꝓphe
ciam q̄ historiā scribimꝰ. Aliter
em̄ audita aliter visa narrātur.
Qd melius intelligimꝰ meliꝰ ⁊ ꝓ
ferimꝰ Audi igit emule. obtrecta
tor ausculta Nō dāno nō rephen
do septuaginta. ꝫ ꝯfidēter cūctis
ill aplos pfero. Per istoꝝ os mi
hi xps sonat qs añ ꝓphas inter
spūalia caīsmata positos lego in
quibꝰ vltimū pene gradū interp
tes tenēt. Quid liuore torqueis. ⁊
Quid imperitoꝝ aīos cōn me ꝯci
tas. ⁊ Sicubi ī trāslacōe tibi videor
errare. interroga hebreos diūsaꝝ
vrbiū mgros cōsule. Qd illi hnt
de xpō tui codices nō hnt. Aliud
est si cōn se postea ab aplis vsur
pata testīonia ꝓbauerint ⁊ emē
datiora sūt exemplaria latina q̄
greca. greca q̄ hebraica Veꝝ hec
cōn inuidos. Nūc te depcor deside
ri carissiē ut qꝛ me tātū opus sbi
re fecisti ⁊ a genesi exordiū cape.
oīoibꝰ iuues q̄ possim eodeꝫ spū
quo scripti sūt libri in latinū eos
transferre sermonem.

¶ Explicit plogus. Incipit li
ber bresich queꝫ nos gene
sim dicimꝰ. ¶ Ca. pmū.

In pncipio creauit deus celū ⁊ ter
rā. Terra auteꝫ erat inanis ⁊ va
cua ⁊ tenebre erāt sup faciē abis
si ⁊ spūs dñi ferebat sup aquas.
Dixitq̄ deꝰ. Fiat lux Et facta ē lux
Et vidit deus lucē q̄ essꝫ bō ⁊ diui
sit luceꝫ a tenebris. appellauitq̄
lucē dieꝫ ⁊ tenebras noctē. Factū
q̄ est vespe ⁊ mane dies vnꝰ. Di
xitq̄ deus. Fiat firmamētū in me
dio aq̄ꝝ ⁊ diuidat aq̄s ab aq̄s.
Et fecit deus firmamētū. diuisitq̄
aq̄s que erāt sub firmamēto ab
hijs q̄ erāt sup firmamētū. Et fa
ctū est ita. Vocauitq̄ deus firma
mentū celū ⁊ factū est vespe ⁊ ma
ne dies secūdus. Dixit vero deus.
Cōgregētur aque q̄ sub celo sūt ī
locū vnū ⁊ appareat arida. Et fa
ctū est ita. Et vocauit deus aridā
terrā cōgregacōnesq̄ aq̄ꝝ appel
lauit maria. Et vidit deus q̄ essꝫ
bonū ⁊ ait. Germīet terra herbā
virentē ⁊ facientē semen ⁊ lignū

pomiferꝫ faciēs fructū iuxta genꝰ
suū cuius semē in semetipō sit su
per terrā. Et factū est ita. Et ꝓtulit
terra herbā virentē ⁊ facientez se
mē iuxta genꝰ suū: lignūqꝫ fatiēs
fructū ⁊ habēs vnūqdꝫ semētez
scdm speciem suā. Et vidit deus ꝙ
essꝫ bonū ⁊ factū est vespe ⁊ mane
dies tercius. Dixit aūt deꝰ. Fiant
luminaria ī firmamēto celi ⁊ diui
dant diē ac noctē ⁊ sint in signa
⁊ tpa ⁊ dies ⁊ annos ut luceant ī
firmamēto celi ⁊ illuminēt terrā.
Et factū est ita. Fecitqꝫ deꝰ duo lu
minaria magna: luminaē maius
ut p̄esset diei et luminare minus
ut p̄essꝫ nocti: et stellas Et posuit
eas in firmamēto celi ut lucerent
super terram ⁊ p̄essent diei ac no
cti ⁊ diuiderent lucē ac tenebras.
Et vidit deus ꝙ essꝫ bonū et factū
est vespe ⁊ mane dies quartꝰ. Di
xit etiā deus. Producāt aque rep
tile aīe viuētis ⁊ volatile sup terrā
sb firmamēto celi. Creauitqꝫ deus
cete grādia ⁊ oēz aīaz viuentē at
qꝫ motabilē quā ꝓduxerāt aque
in species suas ⁊ oē volatile scdm
genꝰ suū. Et vidit deꝰ ꝙ essꝫ bonū
bn̄dixitqꝫ eis dicēs. Crescite ⁊ mlt
tiplicamini et replete aq̄s maris:
auesqꝫ multiplicēt sup terrā. Et fa
ctū est vespe ⁊ mane dies quītus
Dixitqꝫ deus Producat terra aīaz
viuentez ī genē suo iumēta ⁊ rep
tilia et bestias terre scdm species
suas. Factūqꝫ est ita. Et fecit deus
bestias t̄re iuxta spēs suas iumē
ta ⁊ oē reptile terre in genere suo.
Et vidit deus ꝙ essꝫ bonū ⁊ ait Fa
ciamus hoīez ad ymaginē ⁊ simi
litudinē nr̄aꝫ et presit piscibꝰ ma
ris ⁊ volatilibꝰ celi ⁊ bestijs vniu
seqꝫ terre omniqꝫ reptili qd̄ moue
tur in terra. Et creauit deus hoīez
ad ymaginē similitudinē suā. ad
ymaginē dei creauit illū. masculū
⁊ feminaꝫ creauit eos. Bn̄dixitqꝫ
illis deus ⁊ ait Crescite ⁊ multipli
camini et replete terrā et subicite
eā et dn̄amini piscibꝰ maris ⁊ vo
latilibꝰ celi ⁊ vniu̇sis animātibꝰ
que mouēt sup terrā. Dixitqꝫ deꝰ
Ecce dedi vob̄ oēz herbā afferentē
semē sup terraꝫ ⁊ vniu̇sa ligna q̄
habēt ī semetipsis semētē generis
sui ut sint vob̄ in escā ⁊ cūctis ani
mātibꝰ terre. omniqꝫ volucri celi
vniu̇sis q̄ mouent in terra ⁊ in q̄
bus est aīa viuens ut habeāt ad
vescēdū. Et factū est ita. Viditqꝫ
deus cūcta q̄ fecerat et erāt valde
bona. Et factū est vespere ⁊ mane
dies sextus. ¶ Ca. ij.

Igitur pfecti sūt celi et terra ⁊ om
nis ornatus eoꝝ Compleuitqꝫ de
us die septimo opus suū qd̄ fece
rat ⁊ req̄euit die septimo ab vni
uerso ope qd̄ patrarat. Et bn̄di
xit diei septimo ⁊ sādificauit illū
qꝛ in ipso cessaueāt ab omni ope
re suo qd̄ creauit deus ut faceret.
Iste generacōes celi et terre quā
do create sunt in die quo fecit deꝰ
celum ⁊ terram ⁊ omne virgultū
agri anteq̄ oriretur in terra omnē
qꝫ herbam regiōis priusq̄ germi
naret Non enim pluerat dn̄s deꝰ
sup terram et homo non erat qui
oparetur terram. Sed fons ascē
debat de terra irrigans vniuersā
supficiem terre. Formauit igitur
dn̄s deus hoīem de limo terre ⁊ in
spirauit ī faciē eiꝰ spiraculū vite

et factus est homo in aīaz viuen
tē. Plātauerat autē dn̄s deus pa
disū voluptatis a pn̄cipio in q̄ po
suit hoīem quē formauerat. Pro
duxitq; dn̄s deus de humo om̄e
lignū pulchr̄ visu ⁊ ad vescēdū
suaue. lignū eciā vite ī medio pa
disi. lignūq; scīe boī ⁊ mali. Et flu
uius egrediebat̄ de loco volupta
tis ad irrigādū padisū qui inde
diuidit̄ ī q̄tuor capita. Nomē vni
phison Ipe est q̄ circuit oēz terrā
euilath. vbi nascitur aur̄ ⁊ aur̄
terre illi⁹ optimū ē. Ibiq; inueni
tur bdelliū ⁊ lapis onichinus Et
nomē fluuij secūdi gyon. Ipe est
qui circuit oēm terrā ethiopie.
Nomē vero flumīs tercij tygris.
Ipe vadit con̄ assyrios. Fluuius
aūt q̄rtus ipe est eufrates. Tulit
ergo dn̄s de⁹ hoīez et posuit eū in
padisū voluptatis ut oparet̄ ⁊ cu
stodiret illū p̄cepitq; ei dicēs. Ex
oī ligno padisi comede. de ligno
aūt scīe boni ⁊ mali ne comedas
In quacūq; em̄ die comederis ex
eo morte morieris. Dixitq̄ dn̄s de
us. Nō est bonū hoīez eē solū. fati
am⁹ ei adiutoriū sil̄e sibi. Forma
tis igit̄ dn̄s deus de humo cūctis
aīantib⁹ terre et vniūsis volatili
bus celi adduxit ea ad adam ut
videret q̄d vocaret ea. Om̄e enim
qd̄ vocauit adā aīe viuētis ipsū
est nomē eius. Appellauitq; adā
noīb⁹ suis cūcta aīantia et vniū
sa volatilia celi ⁊ oēs bestias t̄re.
Ade vero nō inueniebat̄ adiutor
sil̄is ei⁹. Immisitq; dn̄s de⁹ sopo
rē in adā. Cūq; obdormiss; tulit
vnā de costis ei⁹ ⁊ repleuit carnē
p ea. Et edificauit dn̄s de⁹ costaz

quā tulerat de adā in mulierez et
adduxit eā ad adā. Dixitq; adā
Hoc nūc os de ossib⁹ meis et ca
ro de carne mea. Hec vōbit̄ vira
go qm̄ de viro sūpta est. Quā ob
rē relinquet hō p̄rez suū ⁊ m̄rez ⁊
adherebit vxori sue ⁊ erunt duo
in carne vna. Erat autē vterq; nu
dus adā scilicz ⁊ vxor eius ⁊ nō
erubescebāt. ¶ Capitulū. iij.

Sed ⁊ serpēs erat callidior cū
ctis animātibus terre q̄ fece
rat dn̄s de⁹ Qui dixit ad mulierē
Cur p̄cepit vob̄ deus ut nō come
deretis ex oī ligno padisi. Cui rn̄
dit mulier. De fructu lignor̄ que
sūt in padiso vescimur. de fructu
vero ligni qd̄ est ī medio padisi
p̄cepit nob̄ deus ne comederem⁹.
⁊ ne tangēm⁹ illud ne forte mori
amur. Dixit aūt serpēs ad mulie
rē. Nequaq̄ morte moriemī. Scit
em̄ de⁹ q̄ in quocūq; die comede
ritis ex eo apient̄ oculi vr̄i ⁊ eritis
sicut dij sciētes bonū et malū. Vi
dit igit̄ mulier q̄ bonū eēt lignū
ad vescēdū et pulchr̄ ocul̄ aspe
ctuq; delectabile et tulit de fructu
illi⁹ ⁊ comedit deditq; viro suo.
Qui ꝯmedit ⁊ apti sunt oculi am
bor̄. Cūq; ꝯgnouissent se eē nudos
ꝯfuerūt folia ficus ⁊ fecer̄t sibi pi
zomata. Et cū audissent vocē dn̄i
dei deambulātis in padiso ad au
rā post meridiē. abscōdit se adā
⁊ vxor ei⁹ a facie dn̄i dei in medio
ligno padisi. Vocauitq; dn̄s de⁹
adam ⁊ dixit ei. Vbi es. Qui ait.
Vocez tuā dn̄e audiui in padiso
⁊ timui eo q̄ nud⁹ eēm ⁊ abscon
di me. Cui dixit dn̄s. Quis em̄ in
dicauit tibi q̄ nud⁹ eēs nisi q̄ ex

ligno de q̄ p̄ceperā tibi ne comede
res comedisti. Dixitq; adā. Muli
er quā dedisti mihi sociā dedit m̄
de ligno ⁊ ꝯmedi Et dixit dn̄s de⁹
ad mlierē. Quaē hoc fecisti. Que
rn̄dit Serpēs decepit me ⁊ ꝯmedi
Et ait dn̄s ad ſpentē. Quia fecisti
hoc: maledictus es int̄ oīa animā
tia et bestias terre. Sup pect⁹ tuū
gradieis ⁊ t̄raꝫ ꝯmedes cūctis di
ebus vite tue. Inimicitias ponaꝫ
int̄ te ⁊ mlierē ⁊ semē tuū ⁊ semē
illius. Ipsa ꝯteret caput tuū ⁊ tu
insidiabeis calcaneo ei⁹. Mulieri
q̄ dixit Multiplicabo erumnas tu
as ⁊ ꝯcept⁹ tuos. In doloē paries
filios ⁊ ib̄ viri potestate eris ⁊ ip
se dn̄abit̄ tui Ade vēo dixit Quia
audisti vocez vxoris tue et ꝯmedi
sti de ligno ex q̄ p̄ceperā tibi ne co
mederes: maledicta t̄ra in ope tuo
In laborib⁹ comedes ex ea cūctis
dieb⁹ vite tue Spinas ⁊ tribulos
germīabit tibi ⁊ ꝯmedes herbas
terre. In sudore vult⁹ tui vesceris
pane tuo donec reūtais ī t̄rā de q̄
sūpt⁹ es: q̄ puluis es ⁊ ī puluerē
reūteis Et vocauit adā nomē vxo
ris sue eua eoq̄ mr̄ esset cunctoꝝ
viuētiū Fecitq̄ dn̄s de⁹ ade ⁊ vxo
ri eius tunicas pelliceas ⁊ induit
eos. Et ait. Ecce adaꝫ q̄si vnus ex
nob̄ factus est sciēs bonū ⁊ malū
Nunc g̊ ne forte mittat manū suā
⁊ sumat etiā de ligno vite ⁊ come
dat et viuat ieternū: emisit eū dn̄s
deus de paradiso voluptatis ut ope
raret̄ terrā de q̄ sūpt⁹ est. Eiecitq̄
adam et collocauit añ paradisū
voluptatis cherubī ⁊ flāmeū gla
diū atq̄ v̄satilē ad custodiēdam
viā ligni vite. ¶ Ca. iiij.

Cognouit vero adam euam
vxorē suā que ꝯcepit ⁊ pepe
rit cayn dicēs. Possedi hoīez p de
um. Rursūq̄ pepit frēm ei⁹ abel.
Fuit aūt abel pastor ouiū ⁊ cayn
agricola. Factū est aūt post mul
tos dies ut offerret cayn de fructi
bus terre muneā dn̄o. Abelq̄ ob
tulit de p̄mogenitis gregis sui et
de adipibus eoꝝ. Et respexit dn̄s
ad abel ⁊ ad munera eius: ad ca
yn aūt ⁊ ad munera illius nō re
spexit. Iratusq̄ ē cayn vehemēter
et cōcidit vult⁹ eius. Dixitq; dn̄s
ad eū. Quare irat⁹ es ⁊ cur ꝯcidit
faties tua. Nōne si bene egeris re
cipies. Si aūt male statim ī fori
bus peccatū aderit. Sed sub te eit
appetitus eius ⁊ tu dn̄aberis illi⁹
Dixitq; cayn ad abel fratrez suū.
Egrediamur foras. Cūq̄ eēnt in
agro ꝯsurrexit cayn adūsus frēz
suū abel ⁊ interfecit eū. Et ait dn̄s
ad cayn. Vbi est abel frater tu⁹.
Qui rn̄dit Nescio. Nūquid custos
frīs mei sū ego. Dixitq; ad eum.
Quid fecisti. Vox sanguinis fra
tris tui clamat ad me de t̄ra. Nūc
igit̄ maledictus eris super terraꝫ
que aperuit os suū ⁊ suscepit san
guinem fratris tui de manu tua.
Cū opatus fueris eaꝫ non dabit
tibi fructus suos. Vagus et ꝓfu
gus eris sup terraꝫ. Dixitq; cayn
ad dn̄m. Maior ē iniq̄tas mea q̄
ut veniā merear. Ecce eicis me ho
die a facie terre et a facie tua ab
scōdar ⁊ ero vagus ⁊ ꝓfugus in
terra. Omnis igit̄ qui inuenerit
me occidet me. Dixitq; ei dn̄s. Ne
quaq̄ ita fiet. sed omnis qui oc
ciderit cayn septuplū punietur.

Posuitq; dñs in cayn signum ut
nō interficeret eū. oīs q̄ inuenissz
eū. Egressusq; cayn a facie dñi ha
bitauit ꝓfugus ī terra ad oriēta
lē plagā eden. Cognouit autē ca
yn vxorē suā que cōcepit ⁊ pepit
enoch. Et edificauit ciuitatē ⁊ vo
cauit nomen eius ex nomine filij
sui enoch. Porro enoch genuit
yrad. Et yrad genuit mauiael et
mauiael genuit mathusael. Et
mathusael genuit lamech Quia
accepit duas vxores. Nomē vni
ada ⁊ nomē alteri sella. Genuit
q; ada iabel qui fuit pr̄ hītantiū
in tentorijs atq; pastoꝝ ⁊ nomē
frīs eiꝰ tubal. Ipe fuit pr̄ canētiū
cythara ⁊ organo. Sellaq̄ genu
it tubalcayn qui fuit malleator ⁊
faber in cūcta opa eris ⁊ ferri. So
ror vero tubalcayn noemenia.
Dixitq; lamech vxoribz suis ade
⁊ selle. Audite vocē meam vxores
lamech auscultate sermonē meū
Qm̄ occidi virꝫ in vulnus meū ⁊
adolescētem in liuorē meū. Septu
plum vltio dabitur de cayn. de la
mech vero septuagesies septies.
Cognouitq̄ adhuc adā vxorē suā
⁊ pepit filiū vocauitq; nomē eius
seth dicēs. Posuit mihi deꝰ semē
aliud ꝓ abel quē occidit cayn Sz
et seth natꝰ est filiꝰ quē vocauit
enos Iste cepit īuocare nom̄ dñi.

Hic est liber gn̄atio ¶ Ca. v.
nis adā in die q̄ creauit deꝰ
hoīem. Ad silitudinē dei fecit illū
masculū et feminā creauit eos et
bn̄dixit illis ⁊ vocauit nomē eoꝝ
adā in die q̄ creati sūt. Vixit aūt
adā centūtriginta ānis ⁊ genuit
filiū ad ymaginē ⁊ silitudiēz suā
vocauitq; nomen eius seth. Et fa
cti sunt dies adam postq̄ genuit
seth octingēti anni genuitq; fili
os ⁊ filias. Et factū est om̄e tēpꝰ
qd̄ vixit adam anni nongentitri
ginta et mortuꝰ est. Vixitq̄ seth
centūquinq; ānis ⁊ genuit enos
Vixitq; seth postq̄ genuit enos
octingētisseptez annis genuitq;
filios ⁊ filias. Et facti sūt oēs dies
seth nongētorūduodecim ānoꝝ
⁊ mortuꝰ est. Vixit vero enos no
naginta annis ⁊ genuit caynan.
Post cuiꝰ ortū vixit octingētisqn̄
decī annis ⁊ genuit filios ⁊ filias
Factiq; sūt oēs dies enos nongē
tiqn̄q; anni ⁊ mortuꝰ est. Vixitq̄
caynan septuaginta annis ⁊ ge
nuit malalehel. Et vixit caynan
postq̄ genuit malalehel octingē
tisq̄draginta ānis genuit filios ⁊
filias. Et facti sūt oēs dies caynā
nongētidecem anni ⁊ mortuꝰ est.
Vixit aūt malalehel sexagītaqn̄
q; ānis ⁊ genuit iared ⁊ vixit ma
lalehel postq̄ genuit iared octin
gētistriginta annis et genuit fili
os ⁊ filias. Et facti sunt om̄s dies
malalehel octingentinonaginta
qn̄q; anni et mortuꝰ est. Vixitq;
iared centūsexagintaduobꝰ an
nis ⁊ genuit enoch Et vixit iared
postq̄ genuit enoch octingētis
annis ⁊ genuit filios ⁊ filias. Et
facti sūt oēs dies iareth nongēti
sexagintaduo anni ⁊ mortuꝰ est.
Porro enoch vixit sexagintaqn̄
q; annis ⁊ genuit mathusalā Et
ambulauit enoch cū deo Et vixit
enoch postq̄ genuit mathusalā
trecētis annis ⁊ genuit filios ⁊ fi
lias. Et facti sūt om̄s dies enoch

Vixit autem adam centū et triginta annis

trecentisexagitaqnq̄ anni ambu
lauitq̄ cū deo et non apparuit. q̄
tulit eū deus. Vixitq̄ mathusalā
centūoctogintaseptē annis et ge
nuit lamech Et vixit mathusalā
postq̄ genuit lamech septingen
tisoctogintaduob⁹ ānis ⁊ genuit
filios et filias. Et facti sūt omnes
dies mathusale nongētisexagin
tanouē anni ⁊ mortu⁹ ē. Vixit āt
lamech centūoctogintaduobus
annis ⁊ genuit filiū vocauitq̄ no
men ei⁹ noe dicēs. Iste ꝯsolabit̄
nos ab opib⁹ ⁊ laborib⁹ manuū
nrāꝝ in terra: cui maledixit dn̄s.
Vixitq̄ lamech postq̄ genuit
noe quingētisnonagitaqnq̄ an
nis et genuit filios ⁊ filias. Et fa
cti sūt om̄s dies lamech septingē
tiseptuagitaseptē anni ⁊ mortu⁹
est. Noe vero cū qn̄gentoꝝ esset
ānoꝝ genuit sem ⁊ chā ⁊ iaphet.

Cvnq̄ cepissent ¶ Ca. vi.
hoīes multiplicari sup terrā
⁊ filias ꝓcreassent: videntes filij
dei filias hoīm q̄ eēnt pulchre ac
ceperūt sibi vxores ex oīb⁹ quas
elegerāt. Dixitq̄ deus. Nō ꝑmane
bit spūs me⁹ in hoīe in eternū. q̄
caro est. Erūtq̄ dies illi⁹ centū vi
ginti annoꝝ. Gigantes erant su
per terrā ī dieb⁹ illis. Postq̄ em̄
ingressi sūt filij dei ad filias hoīm
illeq̄ genuerūt: isti sūt potētes a
seculo: viri famosi. Vidēs aūt de⁹
q̄ multa malitia hoīm eēt in terra
⁊ cūcta cogitacō cordis intēta eēt
ad malū oī tpe: penituit eū q̄ ho
minē fecissz in terra Et p̄cauēs in
futuꝝ ⁊ tactus dolore cordis intn̄
secus: delebo inq̄t hoīem quē crea
ui a facie terre ab homīe vsq̄ ad
animantia. a reptili vsq̄ ad volu
cres celi. Penitet enim me fecisse
eos. Noe vero inuenit grāz coraz
dn̄o Hee sunt gn̄acōes noe. Noe
vir iustus atq̄ ꝑfectus fuit in ge
neracōib⁹ suis: cū deo ambulauit
⁊ genuit tres filios sem cham et
iaphet. Corrupta est aūt terra co
rā dn̄o ⁊ repleta est iniq̄tate. Cū
q̄ vidissz deus terraz esse corrup
tam. omnis quippe caro corrupe
rat viā suā sup terrā: dixit ad noe
Finis vniuerse carnis venit corā
me. Repleta est terra iniquitate
a facie eorū ⁊ ego dispdaz eos in
terra. Fac tibi archaz de lignis le
uigatis. Mansiūculas ī archa fa
ties ⁊ bitumine linies intn̄secus ⁊
extn̄secus ⁊ sic faties eaz. Trecēto
rū cubitoꝝ erit longitudo arche.
qn̄quaginta cubitoꝝ latitudo ⁊
triginta cubitoꝝ altitudo illius.
Fenestrā in archa facies et in cu
bitu ꝯsūmab̄ sūmitatē eius. Ostiū
autē arche pones ex latere deorsū
Cenacula ⁊ tristega facies in ea.
Ecce ego adducaz aquas diluuij
super terraz ut interfitiam omnē
carnē in qua spūs vite est subter
celū ⁊ vniuersa que in terra sunt
consumētur. Ponāq̄ fedus meū
tecū ⁊ ingredieris archā tu ⁊ filij
tui. vxor tua ⁊ vxores filioꝝ tuoꝝ
tecū ⁊ ex cunctis animātib⁹ vniū
se carnis bina induces in archaz
ut viuant tecū masculini sexus ⁊
feminini. De volucrib⁹ iux̄ gen⁹
suū ⁊ de iumentis in gn̄e suo ⁊ ex
omni reptili terre scd̄m gen⁹ suū.
bina de oībus ingrediētur tecum
ut possint viuere. Tolles igit̄ te
cū ex oīb⁹ escis que mandi p̄nt.

et ꝯportabis apud te ⁊ erũt tam
tibi q̃ illis in escã. Fecit igit̃ noe
oĩa que p̃cepat illi de⁹. ¶ Ca. vij.
Dixitq; dñs ad eũ. Ingredere
tu ⁊ oĩs dom⁹ tua in archaꝫ
Te em̃ vidi iustũ corã me in gn̄a
tione hac Ex oĩbus aĩantib⁹ mũ
dis tolles septena ⁊ septena. mas
culũ ⁊ feminã. de aĩantibus vero
immũdis duo ⁊ duo. masculũ et
feminã. sed de volatilib⁹ celi septe
na ⁊ septena. masculũ ⁊ feminaꝫ
ut saluet̃ semen sup faciẽ vniũse
terre. Adhuc em̃ et post dies sep
tẽ ego pluã sup terrã quadragin
ta diebus ⁊ q̃draginta noctib⁹ ⁊
delebo oẽꝫ sb̃aꝫ quã feci de supfitie
terre. Fecit ergo noe oĩa que mã
dauerat ei dñs. Eratq; sexcentoꝝ
annoꝝ qñ diluuij aque inunda
uerũt sup terraꝫ. Et ingressus est
noe ⁊ filij eius. vxor eius ⁊ vxores
filioꝝ ei⁹ cũ eo in archã ꝓpter aq̃s
diluuij. De aĩantib⁹ q̃ꝫ mundis ⁊
immũdis ⁊ de volucrib⁹ ⁊ ex õni
qd̃ mouet̃ sup terraꝫ. duo ⁊ duo
ingressi sũt ad noe in archã mas
cul⁹ ⁊ femina sicut p̃ceperat dñs
noe Cũq; trãsissent septẽ dies aq̃
diluuij inundauerũt sup terram
Anno sexcẽtesimo vite noe mẽse
scd̃o septimo decĩo die mẽsis rup
ti sũt oẽs fontes abissi magne et
catharacte celi apte sũt et facta ẽ
pluuia sup terrã quadraginta di
ebus ⁊ q̃draginta noctib⁹ In ar
ticulo diei illi⁹ ingressus ẽ noe et
sem ⁊ chaꝫ ⁊ iaphet filij ei⁹. vxor
illi⁹ ⁊ vxores filioꝝ ei⁹ cum eis in
archã. ip̃i ⁊ om̃e aĩal scd̃ꝫ genus
suũ vniũsaq; iumẽta ĩ gn̄e suo et
oẽ qd̃ mouet̃ sup terraꝫ ĩ gn̄e suo
cunctũq; volatile scd̃ꝫ genus suũ.
Vniũse aues om̃esq; volucres in
gresse sũt ad noe ĩ archã. bina ⁊
bina ex oĩ carne ĩ qua erat spũs
vite. Et q̃ ingressa sunt masculus
⁊ femina ex oĩ carne introierũt si
cut p̃cepat ei deus ⁊ inclusit eũ do
min⁹ deforis. Factũq; est diluuiũ
quadraginta dieb⁹ sup terraꝫ et
multiplicate sũt aq̃ ⁊ eleuauerũt
archã in sublime a terra. vehemẽ
ter em̃ inundauerũt et oĩa reple
uerunt in supficie terre. Porro ar
cha ferebat̃ sup aq̃s ⁊ aque p̃ua
luerũt nimis sup terrã. optiq; sũt
oẽs mõtes excelsi sb̃ vniũso celo
Quindecĩ cubitis altior fuit aqua
sup mõtes q̃s operuerat. Cõsum
ptaq; est oĩs caro q̃ mouebat̃ su
per terrã. volucꝝ aĩantiũ bestiaꝝ
oĩmq; reptiliũ q̃ reptant sup ter
raꝫ. Vniũsi hoĩes ⁊ cũcta in q̃bus
spiraculũ vite est in terra mortua
sunt. Et deleuit de⁹ oẽm substãtiã
q̃ erat sup terrã ab hoĩe vsq; ad
pecus. tã reptile q̃ volucres celi ⁊
deleta sũt de terra. Remãsit aũt so
lus noe ⁊ q̃ cũ eo erant in archa
Obtinuerũtq; aq̃ terraꝫ centũqñ
quaginta dieb⁹. ¶ Ca. viij.
Recordatus autẽ dñs noe cũ
ctorũq; aĩantiũ ⁊ oĩm iumẽ
toꝝ q̃ erãt cũ eo ĩ archa adduxit
spiritũ sup terrã ⁊ imminute sunt
aque ⁊ clausi sunt fontes abissi ⁊
catharacte celi ⁊ ꝓhibite sũt plu
uie de celo. Reũseq; sunt aq̃ de ter
ra eũtes ⁊ redeũtes ⁊ ceperunt mi
nui post centũqñquaginta dies.
Requieuitq; archa mẽse septĩo
vicesimoseptimo die mẽsis super
mõtes armenie. At vero aq̃ ibãt

et decrescebāt vsq; ad decimū mē
sē Decīo em̄ mēse p̄mo die mēsis
apparuerūt cacumīa montiū. Cū
q; trāsissent q̄draginta dies api
ens noe fenestrā arche quā fece
rat dimisit coruū qui egredieba
tur ⁊ nō reuertebat donec siccarē
tur aq̄ sup terrā. Emisitq̄ colūbā
post eū ut videret si iā cessassent
aque sup faciē terre. Que cū non
inuenisset vbi req̄esceret pes ei⁹ re
uersa est ad eū in archā. Aq̄ em̄
erāt sup vniuersā terraz. Extēdit
q; manū suā ⁊ apprehēsaz intulit
in archā. Expectatis āt vltra sep
tez dieb⁹ alijs rursū dimisit colū
bā ex archa. At illa venit ad euz
ad vespaz portās ramū oliue vi
rētibus folijs ī ore suo. Intellexit
ergo noe q̄ cessassent aq̄ sup ter
rā. Expectauitq; nihilomin⁹ septē
alios dies ⁊ emisit colūbaz q̄ nō
est reuersa vltra ad eū. Igit̄ sexcēte
simo p̄mo anno p̄mo mēse p̄ma
die mēsis īminute sūt aque super
terraz. Et apiens noe tectū arche
aspexit viditq; q̄ exsiccata essz su
p̄fities terre. Mense secūdo: septīo
⁊ vicesimo die mēsis arefacta est
terra. Locut⁹ est aūt dn̄s ad noe
dicēs. Egredē de archa tu et vxor
tua. filij tui et vxores filioꝝ tuorū
tecū. cūcta animātia q̄ sūt apud
te ex oī carne tā in volatilib⁹ q̄ in
bestijs ⁊ vniuersis reptilibus q̄ rep
tant sup terrā: educ tecū ⁊ egredi
mini sup terrā. Crescite ⁊ mltipli
camini sup eā. Egressus est ḡ noe
⁊ filij ei⁹ ⁊ vxor illi⁹ ⁊ vxores filio
rū eius cū eo. sed ⁊ oīa aīantia. iu
menta ⁊ reptilia que reptāt super
terrā scd̄m gen⁹ suū egressa sunt
de archa. Edificauit aūt noe alta
re dn̄o et tollēs de cūctis pecorib⁹
⁊ volucrib⁹ mūdis: obtulit holo
causta sup altare. Odoratusq; est
dn̄s odorē suauitatis ⁊ ait ad eū
Nequaq̄ vltra maledicā t̄re ꝓpt̄
hoīes. Sensus em̄ et cogitatio hu
manicordis in malū ꝓna sunt ab
adolescētia sua. Nō igit̄ vltra per
cutiā oēm aīaz viuentē sicut feci.
Cūctis dieb⁹ terre. semētis ⁊ mes
sis. frigus ⁊ estus. estas ⁊ yems.
nox ⁊ dies nō req̄escēt. ¶ Ca. ix.

Benedixitq; deus noe ⁊ filijs
ei⁹ ⁊ dixit ad eos. Crescite ⁊
multiplicamī ⁊ replete terrā ⁊ ter
ror vr̄ ac tremor sit sup cūcta aīa
lia terre ⁊ sup om̄es volucres celi
cū vniuersis q̄ mouētur sup t̄raz
Oēs pisces maris manui vr̄e tra
diti sūt ⁊ om̄e qd̄ mouet̄ ⁊ viuit
erit vob̄ in cibū. Quasi olera virē
tia tradidi vobis oīa excepto q̄
carnē cū sanguīe non comedetis.
Sanguinē em̄ aīaꝝ vr̄aꝝ req̄ram
de manu cunctaꝝ bestiaꝝ ⁊ de ma
nu homīs. De manu viri ⁊ de ma
nu fratris eius requirā animam
hominis Quicūq; effuderit huma
nū sanguinē fundetur sanguis
illius. Ad ymaginē dei quippe fa
ctus est homo. Vos autē crescite
et multiplicamini et ingredimini
sup terraz et implete eam. Hec q̄
dixit deus ad noe ⁊ ad filios eius
cū eo. Ecce ego statuā pactū meū
vobiscū ⁊ cum semine vestro post
vos et ad omnē animā viuentez
que est vobiscuz: tā in volucrib⁹
q̄ in iumentis ⁊ pecudibus terre
cunctisq; que egressa sunt de ar
cha et vniuersis bestijs terre.

Sem Cham et Iaphet

Statuā pactū meū vobiscū ⁊ neq̄
q̄ vltra interficiet̄ oīs caro aq̄s
diluuij neq̄ erit deinceps diluuiū
dissipās oēm terrā. Dixitq̄ deus.
Hoc est signū federis qd̄ do inter
me ⁊ vos ⁊ ad oēz aīaz viuētem
que est vobiscū in gn̄acōes sēpit̄
nas Arcū meū ponā in nubib⁹ ce
li ⁊ erit signū federis int̄ me ⁊ int̄
terrā. Cūq̄ obduxero nubib⁹ ce
lū apparebit arcus me⁹ ī nubib⁹
⁊ recordabor fedeis mei qd̄ pepigi
vobiscū et cum oī aīa viuēte que
carnē vegetat ⁊ nō erūt vltra aq̄
diluuij ad delendā vniūsaz carnē
Eritq̄ arcus me⁹ in nubib⁹ et vi
debo illū ⁊ recordabor federis sēpi
terni qd̄ pactū est inter deū ⁊ oēz
aīaz viuentē vniūse carnis que ē
sup terram. Dixitq̄ dn̄s ad noe.
Hoc est signū federis qd̄ ɔstitui ī
ter me ⁊ oēz carnē sup terrā. Erāt
ergo filij noe qui egressi sūt de ar
cha sem cham et iaphet. Porro
cham ipse est pr̄ chanaan. Tres
isti filij sūt noe ⁊ ab hijs dissemi
natū est oē genus hoīm sup vni
uersaz t̄rā. Cepitq̄ noe vir agri
cola exercē terrā ⁊ plātauit vineā
Bibensq̄ vinū inebriat⁹ est ⁊ nu
datus iacuit ī tab̄naculo suo. Qd̄
cū vidisset cham pr̄ chanaan ve
renda scilicet pr̄is sui eē nudata
nūtiauit duob⁹ frīb⁹ suis foras.
At vero sem ⁊ iaphet pallium im
posuerūt hūeris suis ⁊ incedētes
retrorsū operuerūt verēda patris
sui. faciesq̄ eoꝝ auerse erāt ⁊ pa
tris virilia nō viderūt. Euigilās
aūt noe ex vino cū didicissz que
fecerat ei fili⁹ suus minor ait. Ma
ledict⁹ chanaan ſuus ſuoꝝ erit
frībus suis. Dixitq̄. Bn̄dict⁹ dn̄s
deus sem sit chanaan ſuus eius
Dilatet de⁹ iaphet ⁊ habitet in ta
bernacul̄ sem sitq̄ chanaan ſu⁹
eius. Vixit aūt noe post diluuiū
trecētis qn̄quaginta ānis ⁊ imple
ti sūt oēs dies eius nōgentoꝝ qn̄
quaginta ānoꝝ ⁊ mortuus est.

Hee sūt gn̄atiōes fili ¶ Ca. x.
oꝝ noe. sem. chaz ⁊ iaphet.
Natiq̄ sūt eis filij post diluuiū ſfi
lij iaphet. gomer ⁊ magog ⁊ ma
dai ⁊ iauan ⁊ thubal ⁊ mosoch
⁊ thyras. Porro filij gomer asse
nē ⁊ riphat ⁊ thogorma. Filij au
tē iauan helisa ⁊ tharsis cethim
⁊ dodanim. Ab hijs diuise sūt in
sule gentiū in regiōib⁹ suis. vnus
quisq̄ scd̄z linguā suā ⁊ familias
suas in nacōnib⁹ suis. Filij autē
cham chus ⁊ mesraim ⁊ phut ⁊
chanaan. Filij autē chus saba ⁊
euila ⁊ sabatha ⁊ regma ⁊ saba
thaca Filij regma saba ⁊ dadan
Porro chus genuit nemroth. ip
se cepit eē potēs in terra ⁊ erat ro
bust⁹ venator corā dn̄o. Ab hoc
exiuit ꝓuerbiū. Quasi nemroth ro
bustus venator coraz dn̄o. Fuit
aūt pn̄cipiū regni ei⁹ babilon ⁊
arach ⁊ achat ⁊ chalamie in ter
ra sennaar. De t̄ra illa egressus
ē assur ⁊ edificauit niniuē et pla
teas cītatis ⁊ chale resēq̄ int̄ nini
uē ⁊ chale. Hec ē ciuitas mg̃na.
At vero mesraim genuit ludim ⁊
anamim et laabim ⁊ neptuim ⁊
phetrusim ⁊ cesluim de q̄b⁹ egres
si sūt philistijm ⁊ capturim Cha
naan aūt genuit sydonē p̄mo ge
nitū suū: etheū ⁊ iebuseū ⁊ amor
reū ⁊ gergeseū ⁊ eueū ⁊ aracheuz

cyneū ⁊ aradiū samaithē ⁊ ama
theū. Et ꝑ hos disseminati sūt ꝓpli
chananeoꝝ. Fcīq; sūt t̄mini cha
naan veniētibus a sydone ierarā
nobis pauxillū escarū. Rn̄dit iu
das denūciauit nobis vir ille sb̄
attestacōe iurisiurādi dicēs. Nō
videbitis faciē meā nisi fratrē ve
strꝝ minimū adduxeritis vobiscū
Si ergo vis eū mittere nobiscū ꝑ
gemꝰ ꝑiter et ememꝰ tibi necessa
ria. si autē non vis nō ibimꝰ Vir
em̄ ut sepe diximꝰ denūciauit no
bis dicēs. Nō videbitis faciē meā
absq̄ fratre vestro minimo dixit
eis isrl'. In meaꝫ hoc fecistis mise
riā ut indicaretis ei ⁊ alīū habere
vos fratreꝫ. At illi rn̄derūt. Inter
rogauit nos homo per ordinē no
strā ꝓgeniē si pater viueret si ha
beremꝰ fratrē. Et nos rn̄dimus ei
cōsequēter iuxta id q̄d fuerat sci
scitatus. Nūquid scire poteramus
q̄ dicturus essꝫ adducite fratreꝫ
vestrū vobiscum. Judasq̄ dixit
p̄ri suo Mitte pueꝝ mecū ut ꝓfici
scamur ⁊ possimꝰ viuere ne mori
amur nos et ꝑuuli nr̄i. Ego susci
pio pueꝝ de manu mea req̄re illū
Nisi reduxero ⁊ reddidero eū tibi
ero peccati reus ī te ōni tp̄e. Si nō
intercessissꝫ dilacō iam vice alteā
venissemꝰ. Igit' isrl' pater eoꝝ di
xit ad eos. Si sic necesse est facite
q̄d vultis. Sumite de optimis ter
re frugibꝰ in vasis vestris ⁊ defer
te viro munera modicū resine et
mellis ⁊ storacis ⁊ stactes ⁊ there
binti ⁊ amigdalarū. Pecuniaꝫq̄
duplicē ferte vobiscū ⁊ illaꝫ quaꝫ
inuenistis ī sacculis reportate ne
forte errore factū sit. Sed ⁊ fratrē
vestꝝ tollite ⁊ ite ad viꝝ. Deꝰ au
tē meus omnipotēs faciat vob' eū
placabileꝫ ⁊ remittat vobiscū fra
trem vestrū queꝫ tenet ī vincul' ⁊
hūc bēiamin. Ego aūt q̄si orbatꝰ
absq̄ liberis ero. Tulerūt ḡ viri
munera ⁊ pecuniā duplicē et bēia
min descēderūtq̄ in egiptū et stete
runt corā ioseph. Quos cū ille vi
dissꝫ ⁊ beniamin sil' p̄cepit dispen
satori domꝰ sue dicens Introduc
viros domū ⁊ occide victimas et
instrue cōuiuiū quoniā hodie me
cū sūt comesturi meridie. Fecit il
le q̄d sibi fuerat impeātū ⁊ intro
duxit viros domū. Ibiq̄ exterriti
dixerūt mutuo. Propt' pecuniam
quaꝫ retulimꝰ p̄us in saccis nr̄is
introducti sumus ut deuoluat in
nos calumniā et violēter sb̄iciat
seruituti ⁊ nos ⁊ asinos nostros
Quā ob rem ī ipsis foribus accedē
tes ad dispēsatorē locuti sūt. Ora
mus dn̄e ut audias nos Jā ante

descendimꝰ vt emeremꝰ escas: q̄
bus emptis. cū venissemꝰ ad diu
soriū: aperuimꝰ saccos nr̄os ⁊ in
uenimꝰ pecuniā ī ore saccoꝝ quā
nūc eodē pōdere reportauimꝰ Sed
⁊ aliud attulimꝰ argētū vt ema
mꝰ q̄ nob̄ necessaria fūt. Nō ē in
nr̄ā ɔsciētia: q̄s posuerit eā ī mar
supijs nr̄is. At ille rn̄dit. Pax vo
biscū: nolite timere. Deꝰ vr̄ et deꝰ
pr̄is vr̄i dedit vobis thesauros in
saccis vr̄is. Nā pecuniā quā dedi
stis m̄ ꝓbatā ego habeo. Eduxit
q̄ ad eos simeō. Et ītroductis do
mū attulit aquā ⁊ lauerūt pedes
suos: deditq̄ pabulū asinis eoꝝ
Illi vero parabāt munera donec
ingredēt̄ ioseph meridie. Audie
rāt em̄ q̄ ibi ɔmesturi essent pa
nez. Igit̄ īgressus ē ioseph domū
suā obtulerūtq̄ ei muneā: tenētes
ī manibꝰ suis ⁊ adorauerūt ꝓni ī
terrā. At ille clement̄ resalutatis
eis īterrogauit eos dicēs. Sanus
ne ē pr̄ vester senex de q̄ dixeātis
m̄. Adhuc viuit. Qui respōderūt
Sospes ē seruus tuus pr̄ nr̄. Ad
huc viuit. Et īcuruati adorauerūt
eū. Attollens aūt ioseph oculos
vidit beniamin frēm suū vterinū
⁊ ait Iste ē frater vr̄ puulus de q̄
dixeratis m̄. Et rursū Deus inq̄t
misereat̄ tui fili mi. Festinauitq̄
in domū. q̄ ɔmota fuerāt viscera
eiꝰ sup frē suo et erūpebāt lacrime
⁊ introiens cubiculū fleuit. Rur
sūq̄ lota facie egressus: cōtinuit
se ⁊ ait. Ponite panes Quibꝰ ap
positis: seorsū ioseph. et seorsū fra
tribꝰ. egiptijs q̄q̄ q̄ vescebant̄ sil̄
seorsū. illicitū ē em̄ egiptijs come
dere cū hebreis ⁊ ꝓphanū putant

huiuscemodi ɔuiuiū sederūt corā
eo. p̄mogenitꝰ iuxta p̄mogenita
sua et minimꝰ iuxta etatē suā. Et
mirabant̄ nimis: sūptis partibꝰ
quas ab eo acceperant. Maiorq̄
ps venit beniamin ita vt quinq̄
ptibꝰ excedēt. Biberūtq̄ ⁊ inebri
ati sūt cum eo. ¶ Ca. xliiij.

Precepit aūt ioseph dispēsa
tori domꝰ sue dicēs. Imple
saccos eorū frumento quātū pos
sūt capere et pone pecuniā singl̄o
rū ī sūmitate sacci. Ciphū aūt me
um argēteū ⁊ p̄ciū qd̄ dedit triti
ci pone in ore sacci iunioris. Fcm̄
q̄ ē ita. Et orto mane dimissi sūt
cū asinis suis. Iāq̄ vrbē exierant
⁊ ꝓcesserāt paululū Tūc ioseph
accersito dispensatore domus ait
Surge inq̄t ⁊ ꝑsequē viros ⁊ ap
p̄hensis dicito. Quaē reddidistis
malū ꝓ bono. Ciphꝰ quē furati
estis ipe ē ī quo bibit dominus
meus et in quo auguriari solet.
Pessimam rem fecistis. Fecit ille
vt iusserat ⁊ apprehensis per ordi
nem locutus est. Qui responderūt
Quare sic loquit̄ dominus noster
vt serui tui tantū flagicij cōmise
rint. Pecuniam quā inuenimus
in summitate saccorum: reportaui
mus ad te de terra chanaan. Et
quomodo cōsequens est. vt fura
ti simus de domo domini tui aurū
vel argentum. Apud quemcūq̄
fuerit īuentū ꝑuoꝝ tuorū qd̄ q̄ris
moriat̄ ⁊ nos erimꝰ serui dn̄i nr̄i.
Qui dixit eis. Fiat iuxta vestrā sē
tentiā. Apud quemcūq̄ fuerit in
uentū ipse sit seruꝰ meus. vos āt
eritis innoxij. Itaq̄ festiato depo
nētes ī terrā saccos apuerūt singl̄i

Quos scrutatus incipiēs a maio
re vsq; ad minimū inuenit ciphū
ī sacco beniamin. At illi scissis ve
stib⁹ oneratisq; rursū asinis reuersi
sūt ī opidū primusq; iudas cum
fratrib⁹ ingressus est ad ioseph
Necdū enim de loco abierat. Om
nesq; añ eum piter in terrā corru
erūt. Quib⁹ ille ait. Cur sic agere
voluistis? An ignoratis q̄ nō sit
simil' mei in auguriādi sciencia?
Cui iudas. Quid rñdebim⁹ inq̄t
dño meo vel q̄d loq̄mur ā iuste
poterim⁹ obtēdere? Deus inuenit
iniq̄tatē seruoꝝ tuoꝝ. En oēs s̄ui
sum⁹ dñi mei ⁊ nos ⁊ apud quē
inuētus ē ciphus. Rñdit ioseph
Absit a me ut sic agā Qui furat⁹
est ciphū ipe sit seru⁹ meus. vos
autē abite liberi ad p̄rē vr̄m. Ac
cedēs autē ꝓpius iudas ꝯfidēter
ait. Oro dñe audi me ut loq̄tur
seru⁹ tuus v̄bū in aurib⁹ tuis et
ne irascaris famulo tuo. Tu es eī
post pharaonē dñs me⁹. Intro
gasti prius seruos tuos habetis
p̄rē aut frēm ⁊ nos rñdim⁹ tibi
dño meo. Est nob' pater senex et
puer puulus q̄ in senectute illius
natus est cuius vterinus frat' est
mortu⁹ ⁊ ipsū solū habet mat' sua
pat' vero tenere eū diligit. Dixisti
q; seruis tuis. Adducite eum ad
me ⁊ ponā oculos meos sup illū.
Suggessim⁹ tibi dño meo non po
test puer relinq̄re p̄rē suū. Si em̄
illū dimiserit moriet' Et dixisti ser
uis tuis. Nisi venerit frater vr̄ mi
nim⁹ vobiscū non videbitis āpli
us faciē meaꝫ. Cū ergo ascēdisse
mus ad famulū tuū p̄rem nostꝝ
narrauim⁹ ei om̄a que locut⁹ est
dñs me⁹. Et dixit pat' noster Reu
timini ⁊ emite nobis parū tritici.
Cui diximus. Nō possum⁹ ire Si fra
ter noster minim⁹ descēderit nobi
scū ꝓficiscemur sil' alioq̄n illo ab
sēte nō audem⁹ videre faciē viri.
At ille rñdit. Vos scitis q̄ duos
genuerit mihi vxor mea. Egressus
est vnus et dixistis bestia deuora
uit eū ⁊ huc vsq; nō ꝯparet Si tu
leritis ⁊ istū ⁊ aliq̄d ei in via cōti
gerit deducetis canos meos cum
merore ad inferos. Igit' si ītraue
ro ad seruū tuū p̄rē nostꝝ ⁊ pu
er defuerit cū anima illi⁹ ex hui⁹
aīa depēdeat videritq; eū non esse
nobiscū moriet' ⁊ deducēt famuli
tui canos ei⁹ cū dolore ad inferos
Ego ꝓprie seru⁹ tuus sū qui in me
am hunc recepi fidē ⁊ spopondi di
cēs Nisi reduxero eū peccati re⁹ ero
in p̄rē meum oī tpe. Manebo ita
q; seru⁹ tuus ꝓ puero in ministe
rio dñi mei ⁊ puer ascēdat cū fra
trib⁹ suis. Non em̄ possum redire
ad p̄rem absēte puero ne calami
tatis q̄ oppressura est p̄rē meū te
stis assistam. ¶ Ca. xlv.

Non se poterāt vltra cohibere
ioseph multis corā astanti
b⁹ vnde p̄cepit ut egrederētur cu
cti foras ⁊ null⁹ interessꝫ alienus
agnicōni mutue. Eleuauitq; vocē
cū fletu quā audierūt egiptij om
nisq; dom⁹ pharaonis ⁊ dixit fra
trib⁹ suis. Ego sū ioseph. Adhuc
pater me⁹ viuit? Nō poterant re
spōdere fratres nimio terrore ꝑter
riti. Ad q̄s ille clemēter accedite ī
quit ad me. Et cū appinquassent
ꝓpe ego sum ait ioseph frater vr̄
quē vēdidistis in egiptuꝫ. Nolite

pauere neq; vobis durū esse vide
at q̄ vēdidistis me ī hijs regioni
bus Pro salute em̄ vrā misit me
deus añ vos in egiptū. Bienniuz
ē eī q̄ cepit fames esse ī t̄ra et ad
huc quīq; ām restant quib⁹ nec
arari poterit nec meti Premisitq;
me deus vt reseruemini sup terrā
⁊ escas ad viuendū hēre possitis
Nō vr̄o cō silio ꝫ dei volūtate huc
missus sū. q̄ fecit me quasi pr̄em
pharaōis ⁊ dn̄z vniūse dom⁹ ei⁹
ac p̄ncipē in om̄i t̄ra egipti Festi
nate ⁊ ascendite ad pr̄em meū et
dicetis ei. Hec mādat fili⁹ tu⁹ io
seph. Deus fecit me dn̄m vniūse
t̄re egipti Descēde ad me ne more
ris ⁊ habitabis ī terra iessen Eris
q; iuxta me tu et filij tui ⁊ filij fili
orū tuoꝝ. oues tue ⁊ armēta tua
⁊ vniuersa q̄ possides: ibiq; te pas
cam. Adhuc em̄ quinq; anni resi
dui sūt famis: ne ⁊ tu pereas et ō
nis domus tua ⁊ om̄ia q̄ possides
En oculi vr̄i ⁊ oculi fr̄is mei benia
min vidēt q̄ os meū loquatur ad
vos Nūciate pr̄i meo vniūsā glo
riā meā ⁊ cuncta q̄ vidistis ī egip
to. Festīate ⁊ adducite eū ad me
Cūq; āplexatus recidissz in collū
beniamī fr̄is sui fleuit: illoq̄ silit̄
flēte sup collū ei⁹. Osculatusq; est
ioseph oēs frēs suos ⁊ plorauit
sup singl̄os. Post q̄ ausi sūt loq̄
ad eū. Auditūq; ē ⁊ celebri ꝑmōe
vulgatū ī aula regis: venerūt frēs
ioseph. Et gauis⁹ ē pharao: atq;
oīs familia ei⁹. Dixitq; ad ioseph
vt imparet fratrib⁹ suis dicens.
Onerantes iumenta ite in terraz
chanaan ⁊ tollite inde prēz vr̄m
⁊ ꝯgnacōem ⁊ veīte ad me ⁊ ego
dabo vobis om̄ia bona egipti. vt
ꝯmedatis medullā terre. Precipe
etiā vt tollāt plaustra de t̄ra egi
pti ad subuectōez ꝑuuloꝝ suorū
ac ꝯiugum. Et dicito Tollite pr̄ez
vestrū et ꝓperate q̄ntotius veniē
tes: nec dimittatis q̄cq̄ de suple
ctili vr̄a q̄ om̄es opes egipti vr̄e
erūt. Fecerūtq; filij israhel vt eis
mādatū fuerat. Quibus dedit io
seph plaustra scd̄m pharaonis
imperiū ⁊ cibaria ī itinere Singu
lisq̄ proferri iussit binas stolas
beniamin vero dedit trecentos ar
gēteos cū quinq; stolis optimis
tantūdem pecunie ⁊ vestiū mittēs
pr̄i suo addēs eis asinos decē. qui
subueherēt ex oīb⁹ diuitijs egip
ti ⁊ totidē asinas triticū in itinere.
panesq; portātes. Dimisit ergo
frēs suos et ꝓfiscentib⁹ ait. Ne
irascimini ī via Qui ascendētes ex
egipto: venerūt ī t̄rā chanaā ad
pr̄em suū iacob ⁊ nūciauerūt ei di
cētes Joseph fili⁹ tu⁹ viuit ⁊ ipse
dn̄at̄ in oī t̄ra egipti. Quo audi
to iacob q̄i de graui somno euigi
lans tamen non credebat eis: illi
ecōtra referebāt ōnem ordinē rei
Cūq; vidisset plaustra ⁊ vniūsa
q̄ miseāt: reuixit sp̄s ei⁹ ⁊ ait Suf
ficit m̄ si adhuc ioseph fili⁹ me⁹
viuit vadā ⁊ videbo illū añq̄ mo

Profectus ¶ Ca. xlvi. Criar.
q; isrl̄ cū oībus q̄ habebat
venit ad puteū iuramēti ⁊ macta
tis ibi victimis d̄o pr̄is sui ysaac
audiuit eū ꝑ visionē nocte vocā
tē se et dicentē sibi. Jacob iacob
Cui rn̄dit. Ecce assum. At illi de⁹
Ego sum fortissimus de⁹ pr̄is tui.
Noli timere sed descende ī egiptū:

qꝛ in gentez magnā faciam te ibi
Ego descēdā tecū illuc ⁊ ego iñ ad
ducā te reūtentē Joseph q̄ꝫ ponet
manꝰ suas sup oculos tuos. Sur
rexit iacob mane a puteo iuram̄
ti tulerūtqꝫ eū filij cū puul' et vxo
ribus suis in plaustris q̄ miserat
pharao ad portandū senez ⁊ om
nia q̄ possederat in terra chanaā.
Venitqꝫ in egiptū cum oī semine
suo filij eiꝰ ⁊ nepotes filie ⁊ cūcta
sil' ꝓgenies. Hec sūt aūt nomina
filioꝝ isrl' qui ingressi sūt ī egiptū
ipe cum liberis suis. Primogēitꝰ
rubē. Filij rubē enoch ⁊ phallu ⁊
esrom ⁊ charmi. Filij simeō ianu
hel et iamin et iami et ahod et ia
chin ⁊ saber et saul filius chana
nitidis. Filij leui gersō ⁊ caath ⁊
merari. Filij iuda her ⁊ onan ⁊ se
la ⁊ phares ⁊ zara. Mortui sūt au
tē her ⁊ onan in terra chanaan.
Natiqꝫ sunt filij phares esrom et
amul Filij ysachar thola ⁊ phua
⁊ iobab et semrō. Filij zabulō sa
reth ⁊ chelō ⁊ iahelel. Hij filij lye
quos genuit in mesopotamia sy
rie cū dina filia sua. Oēs aīe filio
rū eius ⁊ filiaꝝ trigintatres. Filij
gad sephon ⁊ aggi ⁊ esebon ⁊ su
ni ⁊ beri ⁊ arodi ⁊ areli. Filij aser
iēna ⁊ iesua ⁊ iesui ⁊ beria. saraq̄ꝫ
soror eorū. Filij beria heber et mel
chiel. Hij filij zelphe quā dedit la
ban lye filie sue et hos genuit ia
cob sedecī aīmas. Filij rachel vxo
ris iacob ioseph ⁊ beniamin. Na
tiqꝫ sūt ioseph filij in terra egipti
quos genuit ei assenez filia phu
tifaris sacerdotis eliopoleos ma
nasses ⁊ ephraim. Filij beniamin
bela ⁊ bechor ⁊ asbel ⁊ gera ⁊ na
amā ⁊ iechri ⁊ iethros mophim
⁊ ofim et ared. Hij filij rachel q̄s
genuit iacob. oēs aīe q̄tuordecim
Filij dan vsan. Filij neptalim ia
siel et guni ⁊ ieser et salē. Hij filij
bale quā dedit laban racheli filie
sue ⁊ hos genuit iacob. oēs aīe
septē. Cūcteqꝫ aīe q̄ ingresse sunt
cū iacob in egiptū ⁊ egresse sūt de
femore illiꝰ absqꝫ vxoribꝰ filiorū
eiꝰ sexagintasex. Filij aūt ioseph
qui nati sunt ei in terra egipti aīe
due. Oēs aīe domꝰ iacob que in
gresse sunt in egiptū fuere septua
ginta. Misit aūt iacob iudā ante
se ad ioseph in egiptū ut nuncia
ret ei ⁊ ille occurrēt ī iessen. Quo
cū puēissz iūcto ioseph curru suo
ascēdit obuiā pr̄i ad eundē locuz
videsqꝫ eū irruit sup collū eius ⁊
inter amplexus fleuit. Dixitqꝫ pa
ter ad ioseph. Jā letus moriar qꝛ
vidi faciē tuā ⁊ supstitē te relinq̄
Et ille locutus est ad frēs suos ⁊
ad omēz domū patris sui. Ascēdā
et nūciabo pharaoni dicamqꝫ ei.
Frēs mei ⁊ domꝰ pr̄is mei q̄ erāt
in terra chanaan venerūt ad me
⁊ sūt viri pastores ouiū curamqꝫ
habēt alēdoꝝ gregū. Pecora sua
⁊ armēta et oīa que habere potu
erūt adduxerunt secū. Cūqꝫ voca
uerit vos ⁊ dixerit qd̄ est opꝰ ve
stꝝ rn̄ debitis Viri pastores sumꝰ
ꝑui tui ab infātia nr̄a vsqꝫ in pn̄s
⁊ nos ⁊ patres nr̄i. Hec aūt dice
tis ut habitare possitis ī terra ies
sen quia detestāt egipcij om̄s pa
stores ouium. ¶ Ca. xlvij.
Ingressus ergo ioseph nūciauit
pharaoni dicēs Pater meꝰ ⁊ fra
tres oues eoꝝ ⁊ armēta ⁊ cuncta

quē possidēt: venerūt de terra cha
naan ⁊ ecce ꝯsistūt in terra iessen
Extremosq̄ fratrū suorū quīq̄ vi
ros ꝯstituit corā rege. Quos ille
īterrogauit Quid habetis opis.
Rn̄derūt Pastores ouium sumus
ſui tui ⁊ nos ⁊ p̄res nr̄i. Ad pere
grinandū in terrā tuā veīm⁹. qm̄
nō ē herba gregibus ſuoꝝ tuoꝝ
ingrauescēte fame ī t̄ra chanaā
Petimusq̄ vt esse nos iubeas ser
uos tuos ī terra iessen. Dixit itaq̄
rex ad ioseph Pater tuus ⁊ frēs
tui venerūt ad te. Terra egipti ī
ꝯspectu tuo ē: in optimo loco fac
eos habitare ⁊ trade eis terrā ies
sen. Qd̄ si nosti in eis esse viros ī
dustrios: ꝯstitue illos magistros
pecorū meorū. Post hec introdu
xit ioseph p̄rez suū ad regē et sta
tuit eū corā eo Qui benedicēs illi
⁊ interrogatus ab eo: quot sunt di
es annoꝝ vite tue: rn̄dit. Dies pe
regnacōis vite mee centūtrigīta
ānoꝝ sūt: parui ⁊ mali ⁊ nō pue
nerūt vsq̄ ad dies patrū meoꝝ.
quib⁹ pegrinati sūt. Et benedicto
rege: egressus ē foras Joseph ve
ro patri et fratrib⁹ suis dedit pos
sessionē in egipto ī optimo t̄re so
lo ramesses: vt p̄cepat pharao
⁊ alebat eos: om̄emq̄ domū p̄ris
sui: p̄bēs cibaria singul. In toto
em̄ orbe pais deerat ⁊ oppresserat
fames terrā: maxime egipti ⁊ cha
naan. E q̄bus om̄em pecuniā cō
gregauit ꝓ vendicōe frum̄ti et in
tulit eā in erariū regis. Cūq̄ defe
cisset emptorib⁹ preciū: venit cū
cta egipt⁹ ad ioseph dicēs Da no
bis panes Quaē morimur corā te
deficiēte pecuīa. Quib⁹ ille rn̄dit

Adducite pecora vr̄a ⁊ dabo vob
ꝓ eis cibos: si p̄ciū nō hētis Que
cū adduxissent dedit eis alimēta
ꝓ equis ⁊ ouib⁹ ⁊ bob⁹ ⁊ asinis
sustētauitq̄ eos illo āno ꝓ ꝯmu
tacōe pecoꝝ. Venerūtq̄ āno scd̄o
⁊ dixerūt ei. Nō celam⁹ dn̄o nr̄o
q̄ deficiēte pecunia: pecora sil̄ defe
cerūt: nec clam te ē: q̄ absq̄ corpi
bus ⁊ t̄ra nihil habem⁹ Cur ergo
moriemur te vidēte. Et nos ⁊ t̄ra
nr̄a tui erim⁹. Eme nos ī ſuitutez
regiā ⁊ p̄be semīa: ne peūte culto
re redigat̄ t̄ra in solitudinē. Emit
igit̄ ioseph om̄ez t̄rā egipti: vēdē
tib⁹ singul̄ possessiōes suas p̄ ma
gnitudīe famis. Subiecitq̄ eam
pharaoni ⁊ cūctos ꝓpl̄os eius: a
nouissimis t̄minis egipti vsq̄ ad
extremos fines ei⁹ p̄ter terrā sac̄
dotū que a rege tradita fueāt eis
quib⁹ et statuta cibaria ex horre
is publicis p̄bebant̄ ⁊ idcirco nō
sūt ꝯpulsi vendē possessiōes suas
Dixit ergo ioseph ad ꝓpl̄os En vt
cernitis ⁊ vos ⁊ t̄rā vr̄az pharao
possidet. Accipite semina et serite
agros: vt fruges habere possitis
Quintā partē regi dabitis. q̄tuor
reliq̄s pmitto vobis in sementē ⁊
in cibū familijs ⁊ liberis vr̄is Qui
rn̄derūt Sal⁹ nr̄a in manu tua est
Respiciat nos tm̄ domin⁹ noster
⁊ leti seruiemus regi Ex eo tempe
vsq̄ in p̄ntem diē ī vniūsa terra
egipti regib⁹ q̄nta ps soluit̄ ⁊ fa
ctū est quasi in legē: absq̄ t̄ra sac̄
dotali que libera ab hac ꝯdicōne
fuit Habitauit ergo isrl̄ ī egipto
id est in terra iessen ⁊ possedit eā
auctusq̄ est et multiplicatus ni
mis ⁊ vixit in ea decē ⁊ septē ānis

Factiq; sūt omēs dies vite illi⁹ cē
tumq̄ draginta septē anno⁊. Cū
q; appropinq̄re cerneret diez mor
tis ei⁹ vocauit filiū suū ioseph et
dixit ad eū. Si inueni grāz in ɔspe
ctu tuo pone manū tuā sb̄ femore
meo ⁊ faties m̄ misericordiā ⁊ veri
tatez ut nō sepelias me in egipto
sed dormiaz cū patrib⁹ meis ⁊ au
feras me de terra hac cōdasq; me
ī sepulchro maiorū. Cui rn̄dit io
seph. Ego faciā qd̄ iussisti. Et ille
iura g̊ inq̄t mihi. Quo iurāte ado
rauit israhel domiuū cōuersus ad
lectuli caput. ¶ Ca. xlviij.

Hijs ita trāsactis nūciatū est
ioseph q̄ egrotaēt pr̄ suus
Qui assumptis duobus filijs ma
nasse ⁊ effraim ire p̄rexit. Dictūq;
est seni. Ecce fili⁹ tu⁹ ioseph venit
ad te. Qui ɔfortatus sedit in lectu
lo Et īgresso ad se ioseph ait. De⁹
omnipotēs apparuit mihi in luza
que est in terra chanaā. bn̄dixit
q; mihi ⁊ ait. Ego te augebo ⁊ mlt
tiplicabo ⁊ faciā te ī turbas ꝓplo
rū. Daboq; tibi terrā hanc et semi
ni tuo post te in possessionez sēpi
ternā. Duo g̊ filij tui q̄ nati sunt ti
bi in terra egipti anteq̄ hūc veni
rem ad te mei erūt effraim et ma
nasses sicut simeō ⁊ ruben reputa
bunt̄ mihi. Reliq̊s aūt quos ge
nueris post eos tui erūt ⁊ nomīe
fratr̄ suo⁊ vocabūtur in possessi
onib⁹ suis. Mihi em̄ quādo venie
bā de mesopotamia mortua est ra
chel in t̄ra chanaā in ip̄o itinere.
Eratq; vernū temp⁹. Et ingredie
bar effrathā ⁊ sepeliui eā iux̄ viā
effrathe que alio noīe appellatur
bethleem. Vidēs autē filios ei⁹ di
xit ad eū. Qui sunt isti. Rn̄dit. Fi
lij mei sūt q̊s donauit mihi dn̄s ī
hoc loco. Adduc inq̄t eos ad me
ut bn̄dicam illis. Oculi em̄ israhel
caligabāt pre nimia senectute et
clare videre nō poteāt Applicatos
q; ad se deosculat⁹ ⁊ circūplex⁹ di
xit ad filiū suū. Non sū fraudat⁹
aspectu tuo insup oñdit m̄ deus se
men tuū. Cūq; tulissz eos ioseph
de gremio p̄ris adorauit ꝓnus in
terraz ⁊ posuit ephraim ad dexte
ram suā id est ad sinistrā israhel.
manassen vero in sinistra sua ad
dexterā scilicz p̄ris applicuitq; am
bos ad eū. Qui extēdens manū de
xteraz posuit sup caput ephraim
minoris fr̄is. sinistrā autē sup ca
put manasse q̄ maior natu eāt cō
mutās man⁹. Bn̄dixitq; iacob fi
lios ioseph ⁊ ait. Deus in cui⁹ cō
spectu ambulauerūt patres mei
abraham ⁊ ysaac deus q̄ pascit
me ab adolescencia mea vsq; in p̄
sentē diez angelus q̄ eruit me de
cūctis mal̄ bn̄dicat pueris istis
⁊ inuocet̄ sup eos nomē meū no
minaq̊ patrū meo⁊ abrahaz et
ysaac ⁊ crescāt in multitudīe sup
terrā. Vidēs aūt ioseph q̄ posuis
set pr̄ suus dexteraz manū sup ca
put ephraim g̃uit̄ accepit. Et ap
prehensā manū p̄ris leuare cona
tus ē de capite ephraim ⁊ trāsfer
re sup caput manasse. Dixitq; ad
patrē. Nō ita ɔuenit pater q̄ hic
est p̄mogenit⁹ Pone dexterā tuā
sup caput eius. Qui rēnuens ait.
Scio fili mi scio. Et iste quippe eit
in ꝓplos ⁊ multiplicabit̄ ꝫ frater
eius minor maior erit illo ⁊ semē
illi⁹ crescet in gētes Bn̄dixitq; eis

in tpe illo dicēs. In te bn̄dicetur
isrl' atq; dicet. Fatiat tibi deꝰ sicut
effraim ⁊ sicut manasse. Cōstitu
itq; effraim ante manassen Et ait
ad ioseph filiū suū. En ego mori
or et erit deus vobiscū et reducet
vos ad t̄raz patrū vr̄oꝝ. Do tibi
ptem vnā extra frēs tuos quam
tuli de manu amorrei in gladio ⁊
arcu meo. ¶ Ca. xlix. ·:·

Vocauit aūt iacob filios suos
⁊ ait eis. Cōgregamī: vt an
nūtiez q̄ vētura sūt vob̄ ī dieb⁹ no
uissimis. Cōgregamī ⁊ audite fi
lij iacob: audite israhel prēz vr̄m
Ruben p̄mogenit⁹ me⁹. Tu forti
tudo mea et p̄ncipiū doloris mei.
Prior ī donis. maior ī impio. Effu
sus es sicut aq̄. Nō crescas. qꝛ ascē
disti cubile p̄ris tui et maculasti
stratū ei⁹. Simeō ⁊ leui frēs vasa
iniq̄tatis bellantia. In ꝯsiliū eoꝝ
nō veniat aīa mea et ī cetu illoruz
nō sit gl'ia mea. qꝛ ī furore suo oc
ciderūt virū ⁊ ī volūtate sua suffo
derūt murū. Maledict⁹ furor eoꝝ
qꝛ ptinax ⁊ īdignacō eoꝝ qꝛ duā
Diuidā eos ī iacob ⁊ dispgā eos
in isrl'. Juda: te laudabunt frēs
tui. Man⁹ tue ī ceruicib⁹ īimicoꝝ
tuorū. adorabūt te filij patris tui.
Catulus leonis iuda. Ad p̄dam
fili mi ascēdisti: req̄escēs accubui
sti vt leo ⁊ q̄si leena. Quis suscita
bit eū. Nō auferet̄ sceptruz de iu
da ⁊ dux de femore eius: donec ve
niat q̄ mittēdus ē et ip̄e erit expe
ctatio gentiū. Ligans ad vineaz
pullū suū ⁊ ad vitē o fili mi asinā
suā. Lauabit ī vino stolam suā ⁊
in sanguine vue pullū suuz. Pul
chriores sūt oculi ei⁹ vino ⁊ dētes
eius lacte cādidiores. zabolō in
litore maris hītabit ⁊ in stacōne
nauiū: ptīgēs vsq; ad sydonē. ysa
char asinus fortis: accubās inter
terminos. Vidit req̄em q̄ essz bō
⁊ terrā q̄ optima ⁊ supposuit hu
merū suū ad portandū: factusq; ē
tributis seruiens. Dan iudicabit
ppl'm suū sicut ⁊ alia trib⁹ ī isrl'.
Fiat dan coluber ī via cerastes in
semita: mordēs vngulas equi vt
cadat ascensor ei⁹ retro. Salutaē
tuū expectabo dn̄e. Gad accinct⁹
preliabit̄ ante eū et ip̄e accinget̄
retrorsū. Aser pinguis panis ei⁹
⁊ p̄bebit delitias regib⁹ Neptalim
ceruus emissus et dans eloquia
pulchritudinis Fili⁹ accrescēs io
seph: fili⁹ accrescēs ⁊ decor⁹ aspcū
Filie discurrerūt sup murū. ꝫ exa
sperauerūt eū ⁊ iurgati sūt: inuide
rūtq; illi hn̄tes iacula. Sedit īfor
ti arcus ei⁹ ⁊ dissoluta sūt vīcula
brachioꝝ et manuū illi⁹: per ma
nus potentis iacob. Inde pastor
egressus ē: lapis isrl'. De⁹ patris
tui erit adiutor tu⁹ et oīpotēs bn̄
dicet tibi bn̄dcōib⁹ celi desup: bn̄
dictionib⁹ abissi iacētis deorsū: bn̄
dictōnib⁹ vberū ⁊ vulue. Bn̄dicti
ones p̄ris tui ꝯfortate sūt Bn̄dcō
nib⁹ patrū ei⁹ donec veniret desi
deriū colliū eternorū. Fiāt in capi
te ioseph ⁊ in v̄tice nazarei: inter
frēs suos. Beniamin lup⁹ rapax
mane ꝯmedet p̄dam ⁊ vespe diui
det spolia. Omēs hij ī tribub⁹ isrl'
duodecī. Hec locutus ē eis p̄r su⁹
bn̄dixitq; singulis benedcōnib⁹
ꝓprijs ⁊ precepit eis dicens. Ego
ꝯgregor ad ppl'z meū. Sepelite me
cū p̄rib⁹ meis in spelunca duplici

que ē in agro ephron ethei ɔtra
mābre in t̄ra chanaan quā emit
abrahā cū agro ab ephrō etheo
in possessionē sepulchri. Ibi sepe
lierūt eū ⁊ sarā vxorē eius. Ibi se
pult⁹ est ysaac cū rebecca cōiuge
sua. Ibi ⁊ lya cōdita iacet. Finitis
q̄ mādatis quib⁹ filios instrue
bat collegit pedes suos sup lectulū
⁊ obijt appositꝰ q̄ ē ad ꝓpl̄m suū.

Qvd cernēs ioseph ¶ Ca. l.
ruit sup faciē patris flens ⁊
deosculās eum p̄cepitq̄ ꝑuis suis
medicis ut aromatib⁹ ɔdirēt pa
trez. Quib⁹ iussa explētib⁹ trāsie
rūt quadragīta dies. Iste quippe
mos erat cadauerū ɔditoꝝ. Fle
uitq̄ eū egiptus septuaginta die
bus. Et expleto planct⁹ tp̄e locu
tus est ioseph ad familiā phara
onis. Si inueni grām ī ɔspectu ve
stro loq̄mini in aurib⁹ pharaōis
eo q̄ pat̄ me⁹ adiurauerit me di
cens En morior in sepulchro meo
q̄d fodi mihi ī terra chanaā sepe
lies me. Ascēdā igit̄ ⁊ sepeliaz pa
trez meū ac reūtar. Dixitq̄ ei pha
rao. Ascēde ⁊ sepeli p̄rez tuuz sicut
adiurat⁹ es. Quo ascēdēte ierunt
cū eo om̄s senes domus pharao
nis cūctiq̄ maiores natu t̄re egip
ti domus ioseph cū fratribus suis
absq̄ ꝑuulis ⁊ gregib⁹ atq̄ arm̄
tis q̄ dereliq̄runt in t̄ra iessen. Ha
buitq̄ in comitatu currus ⁊ equi
tes ⁊ facta ē turba nō modica ve
neruntq̄ ad areā adad q̄ sita est
trās iordanē vbi celebrātes exeq̄
as plāctu magno atq̄ vehemēti
impleuerūt septē dies Quod cum
vidissent habitatores t̄re chana
an dixerūt. Planct⁹ magn⁹ ē iste
egipcijs. Et idcirco vocatū est no
men loci illi⁹ planct⁹ egipti. Fece
rūt ḡ filij iacob sicut p̄ceperat eis
⁊ portātes eū in terraz chanaā se
pelierūt eū in spelūca duplici quā
emerat abrahaz cū agro ī posses
siōez sepulchri ab ephron etheo
ɔtra faciē mambre. Reuersusq̄ ē
ioseph in egiptū cum fratrib⁹ su
is ⁊ om̄i comitatu sepulto patre.
Quo mortuo timētes frēs eius et
mutuo colloquentes. ne forte me
mor sit iniurie quā passus ē ⁊ red
dat nob̄ omne malū q̄d fecimus
mādauerūt ei. Pater tu⁹ p̄cepit
nob̄ anteq̄ moreret̄ ut hec tibi ver
bis illi⁹ diceremꝰ. Obsecro ut ob
liuiscaris sceleis fratꝝ tuoꝝ ⁊ pec
cati atq̄ malicie quaz exercuerūt
in te. Nosq̄ oram⁹ ut ꝑuo dei p̄ri
tuo dimittas iniq̄tatē hanc. Qui
b⁹ auditis fleuit ioseph venerūt
q̄ ad eū frēs sui et ꝓni adorātes
in terrā dixerūt. Serui tui sumus.
Quib⁹ ille respōdit. Nolite timere
Num dei possu⁹ resistere voluntati
Vos cogitastis de me malū ꝫ de⁹
vertit illud ī bonū ut exaltaēt me
sicut in p̄nciaꝝ cernitis ⁊ saluos
faceret mltos ꝓplos. Nolite timē.
Ego pascā vos ⁊ ꝑuulos vestros
Cōsolatusq̄ est eos et blāde et le
uiter locutus est et habitauit in
egipto cū omni domo patris sui.
Vixitq̄ centūdecēannis ⁊ vidit ef
fraim filios vsq̄ ad terciā genēa
cionez. Filijq̄ machir filij manas
se nati sūt in genib⁹ ioseph. Qui
bus trāsactis locut⁹ est fratrib⁹
suis. Post mortē meaz deus visita
bit vos ⁊ ascēdere vos faciet de t̄ra
ista ad t̄raz quā iurauit abrahā

ysaac ⁊ iacob. Cūq; adiuāssz eos atq; dixissz. deꝰ visitabit vos aspor tate ossa mea vobiscū de loco isto mortuus ē: expletis centūdecē vi te sue ānis ⁊ cōditꝰ aromatibus repositꝰ ē in loculo in egipto.

¶ Explicit liber genesis ¶ Inci pit liber Ellesmoth quē nos exodi dicimꝰ. Ca. i.

Hec sūt nomīa filioꝝ isrl. q̄ ingressi sūt in egiptū cū iacob. Si guli cū domibꝰ suis introierūt. Ruben. si meon. leui. iudas. ysachar. zabu lon. ⁊ beniamin. dan et neptalim gad ⁊ aser. Erāt igit̄ omēs anime eoꝝ q̄ egressi sūt de femore iacob: septuagīta. Joseph aūt ī egipto erat. Quo mortuo ⁊ vniūsis frībꝰ eiꝰ omīq; ꝯgnacōne sua: filij isrl creuerūt et q̄si germinātes multi plicati sūt ac roborati nimis imple uerūt t̄rā. Surrexit interea rex no uus sup egiptū qui ignorabat io seph. Et ait ad ꝓplm suum. Ecce ꝓplus filioꝝ israhel multus ⁊ for tior nobis ē. Venite sapiēter oppꝫ mamꝰ eū ne forte multiplicetur ⁊ si ingruerit ꝯtra nos bellū: addat̄ īimicis nostris. expugnatisq; no bis: egrediat̄ de terra. Preposuit itaq; eis magistros operū vt affli gerēt eos oneribꝰ. Edificauerūtq; vrbes tabernaculoꝝ pharaoni. phiton ⁊ ramasses Quātoq; oppꝫ mebāt eos: tanto magis multipli cabant̄ et crescebant. Oderantq; filios isrl egiptij et affligebāt il ludentes ⁊ inuidentes eis atq; ad amaritudinē ꝑducebāt vitaꝫ eo rū opibꝰ duris luti ⁊ lateris oīq; famulatu quo ī t̄re opibus p̄me bant̄. Dixit autē rex egipti obste tricibꝰ hebreorū quaꝝ vna voca bat̄ sephora altera phua: p̄cipi ens eis. Quando obstetricabitis hebreas ⁊ partus tēpus aduene rit: si masculus fuerit int̄ficite euꝫ si femina reseruate. Timuerūt āt obstetrices deū ⁊ nō fecerūt iuxta preceptū regis egipti. ꝫ conserua bāt mares. Quibꝰ accersitis ad se rex ait Quidnā est hoc qd̄ facere voluistis vt pueros seruaretis ⁊ Que rn̄derūt. Non sūt hebree sicut egiptij mulieres. Jp̄e eī obstetri candi hn̄t scientiā ⁊ priusq̄ veni amus ad eas pariūt. Bene ergo fecit dn̄s obstet̄cibꝰ ⁊ creuit ꝓpls cōfortatusq; ē nimis. Et q̄a timue rūt obstetrices deū: edificauit eis domos. Precepit ḡ pharao omī ꝓplo suo dicēs. Quicq̄d masculini sexus natum fuerit ī flumē ꝓicite quidq̄d femīni reꝫuate. ¶ Ca. ij.

Egressus ē post hec vir de do mo leui ⁊ accepit vxorez stir pis sue que ꝯcepit ⁊ peperit filiū ⁊ videns eum elegantem abscōdit tribus mensibus. Cūq; iam cela re nō posset sumpsit fiscellam scir peā et liniuit eam bitumine ac pi ce. posuitq; intus infantulum et exposuit eum in carecto ripe flumi nis stante procul sorore eius ⁊ cō siderante euentum rei. Ecce autem descendebat filia pharaonis ut lauaretur ī flumine ⁊ puelle eius gradiebantur per crepidīez aluei Que cum vidisset fiscellā in papi rione misit vnaꝫ e famulabꝰ suis

et allatam apiēs cernēsq; ī ea par
uulū vagientē miserta eius ait.
De infātib⁹ hebreoꝝ est hic. Cui
soror pueri vis inquit ut vadā et
vocē tibi mulierē hebream q̄ nutri
re possit infantulū. Rn̄dit. Vade.
Perrexit puella et vocauit matrē
suā. Ad quā locuta filia pharao
nis accipe ait puerū istū et nutri
mihi ego dabo tibi mercedē tuā.
Suscepit mulier et nutriuit puerū
adultūq; tradidit filie pharaōis
Quē illa adoptauit ī locū filij vo
cauitq; nomē eius moyses dicēs.
q̄ de aqua tuli eū. In diebus illis
postq̄ creuerat moyses egressus
est ad fratres suos viditq; afflicti
onē eoꝝ et virū egiptiū ꝑcuciētem
quendā de hebreis fratrib⁹ suis.
Cūq; cōspexisset huc atq; illuc et
nullū adesse vidisset ꝑcussum egip
tiū abscōdit sabulo Et egress⁹ die
altēo ꝯspexit duos hebreos rixā
tes dixitq; ei q̄ faciebat iniuriam.
Quare ꝑcutis ꝓximū tuū. Qui rn̄
dit. Quis ꝯstituit te principē et iu
dicē sup nos. Num occidē me tu
vis sicut heri occidisti egiptium.
Timuit moyses et ait. Quomodo
palā factū est verbū istud. Audi
uitq; pharao sermonē hunc et q̄
rebat occidē moysen. Qui fugiēs
de ꝯspectu eius moratus est in ter
ra madiā et sedit iux̄ puteū. Erāt
autē sacerdoti madiā septem filie
que venerāt ad hauriēdā aquā
et impletis canalib⁹ adaq̄re cupi
ebāt greges p̄ris sui. Supuenere
pastores et eiecerūt eas. Surrexit
q; moyses et defensis puellis ada
quauit oues earꝝ. Que cū reuertis
sēt ad ietro p̄rem suū dixit ad eas
Cur veloci⁹ venistis solito. Dixe
runt. Vir egiptius liberauit nos
de manu pastoꝝ. Insup et hausit
aquā nobiscū potūq; dedit ouib;
At ille. vbi est inq̄t. Quare dimi
sistis hominē vocate eum ut ꝯme
dat panem. Jurauit ḡ moyses q̄
habitaret cū eo. Accepitq; sepho
ram filiā eius vxorem que pepit ei
filiū quem vocauit gersan dicens
Aduena fui ī terra aliena. Alterū
vero pepit quē vocauit eliezer di
cens De⁹ em̄ p̄ris mei adiutor me
us et eripuit me de manu phara
onis. Post multū vero tp̄is mor
tuus ē rex egipti. Et ingemiscētes
filij israhel ꝓpt̄ opera vociferati sūt
Ascenditq; clamor eoꝝ ad deū ab
operib⁹ et audiuit gemitū eoꝝ ac
recordatus est federis qd̄ pepigit
cū abrahā ysaac et iacob. Et respe
xit dn̄s filios isrl̄ et ꝯgnouit eos.

¶ Ca. iij.

Moyses aūt pasce
bat oues ietro soceri sui sa
cerdotis madian. Cūq; minasset
gregē ad interiora deserti venit ad
montem dei oreb. Apparuitq; ei do
min⁹ ī flāma ignis de medio rubi
et videbat q̄ rub⁹ ardēt et nō ꝯbu
reret̄. Dixit ḡ moyses. Vadā et vi
debo visionē hanc magnā quare
non ꝯburat̄ rubus. Cernēs autē
dn̄s q̄ ꝑgeret ad vidēdū vocauit
eum de medio rubi et ait. Moyses
moyses. Qui rn̄dit. Assum. At ille
nō appropies inq̄t huc Solue cal
ciamentū de pedib⁹ tuis. Loc⁹ em̄
in q̄ stas terra sancta est. Et ait.
Ego sū deus p̄ris tui de⁹ abraham
et deus ysaac et deus iacob Abscō
dit moyses faciē suā. Non em̄ au
debat aspicere contra deū. Cui ait

dñs. Vidi afflictōez ꝓpli mei ī egi
pto ⁊ clamorē eius audiui ꝓpt̄ du
ritiā eoꝝ qui p̄sūt opib⁹. Et sciēs
dolorē eius descēdi ut liberem eū de
manibus egiptioꝝ ⁊ educā de ter
ra illa in terrā bonā et spatiosam
in terrā que fluit lacte ⁊ melle ad
loca chananei ⁊ ethei ⁊ amorrei ⁊
pherezei ⁊ euei et iebusei. Clamor
ergo filioꝝ isrl̄ venit ad me vidi
q̄ afflictōez eoꝝ qua ab egipciis
opp̄muntur. Sed veni ⁊ mittā te ad
pharaonez ut educas ꝓpl̄m meū
filios isrl̄ de egipto. Dixitq̄ moy
ses ad deū. Quis sū ego ut vadaz
ad pharaonē ⁊ educā filios isrl̄
de egipto. Qui dixit ei. Ego ero te
cū et hoc habeb̄ signū ꝙ miserim
te. Cum eduxeris ꝓpl̄m meū de egi
pto ymolabis deo sup mōtez istū
Ait moyses ad deum. Ecce ego va
dā ad filios isrl̄ ⁊ dicaz eis. Deus
patrū vestroꝝ misit me ad vos.
Si dixerīt m̄ qd̄ est nomē eius q̄d
dicam eis. Dixit dñs ad moysen
Ego sū qui sū. Ait. Sic dices filijs
israhel. Qui est misit me ad vos.
Dixitq̄ iteꝝ de⁹ ad moysē. Hec di
ces filijs isrl̄. Dñs deus patrū vr̄o
rū deus abraham ⁊ deus ysaac ⁊
deus iacob misit me ad vos. Hoc
nomē mihi ē in eternū ⁊ hoc memo
riale meū ī generacōe ⁊ generacōez
Vade ⁊ ꝯgrega seniores isrl̄ ⁊ di
ces ad eos. Dñs deus patrū vr̄oꝝ
apparuit mihi deus abrahā ⁊ de⁹
ysaac ⁊ deus iacob dicēs Visitās
visitaui vos ⁊ vidi oīa q̄ acciderīt
vobis in egipto ⁊ dixi ut educam
vos de afflictōe egipti ī terrā cha
nanei ⁊ ethei ⁊ amorrei ⁊ pherezei
⁊ euei et iebusei ad terrā fluentez
lacte ⁊ melle et audient vocē tuaz
Ingredierisq̄ tu ⁊ seniores israhel
ad regem egipti et dices ad eum
dñs deus hebreoꝝ vocauit nos.
Ibimus viam triū dierū in solitu
dinez ut ymolemus dño deo nr̄o
Sed ego scio ꝙ non dimittet vos
rex egipti ut eatis nisi ꝑ manū va
lidā. Extendāq̄ manū meā ⁊ ꝑcu
tiā egiptū in cūctis mirabilib⁹ me
is que facturus sū in medio eorū
post hoc dimittet vos. daboq̄ gra
tiā ꝓpl̄o huic coraz egipciis. Et cū
egredimini nō exibitis vacui. ꝫ po
stulabit mulier a vicina sua ⁊ ab
hospita sua vasa argētea ⁊ aurea
ac vestes. ponetisq̄ eas sup filios
⁊ filias vr̄as ⁊ spoliabitis egiptū.

Respōdēs moyses ¶ Ca. iiij.
ait. Nō credēt m̄ neq̄ audiēt
vocē meā. ꝫ dicēt nō apparuit tibi
dominus. Dixit ergo ad eū. Quid
est quod tenes in manu tua. Rn̄
dit. Virga. Dixitq̄ domin⁹. Proi
ce eā in terrā. Proiecit ⁊ versa est
in colubrū ita ut fugeret moyses.
Dixitq̄ dñs. Extende manū tuaz ⁊
apprehēde caudā eius. Extendit ⁊
tenuit: versaq̄ est in virgam. Vt
credant inquit ꝙ apparuerit tibi
deus patrū tuorū deus abrahā et
deus ysaac et deus iacob. Dixitq̄
dñs rursum. Mitte manum tuam
in sinū tuū. Quā cū misisset in sinū
ꝓtulit leprosam ad instar niuis.
Retrahe ait manum tuaz in sinū
tuū. Retraxit ⁊ protulit iterum ⁊
erat similis carni relique. Si non
crediderint inquit tibi neq̄ audie
rint sermonez signi p̄oris: credent
verbo signi sequētis. Qd̄ si nec du
ob⁹ quidē hijs signis crediderint

neq; audierint vocez tuam sume
aquā flumīs ⁊ effunde eā sup ari
daz ⁊ quicq̄d hauseris de fluuio
vertet̄ in sanguinē. Ait moyses.
Obsecro dn̄e nō sū eloqn̄s ab he
ri ⁊ nudiusterti⁹ et ex quo locut⁹
es ad seruū tuum impedicōris ⁊
tardioris lingue sū. Dixit dn̄s ad
eū Quis fecit os hoīs. Aut q̄s fa
bricatus ē mutū ⁊ surdū. videntē
⁊ cecū. Nōne ego. Perge igit̄ et
ego ero in ore tuo doceboq; q̄d lo
quaris. At ille obsecro dn̄e inq̄t
mitte quē missur⁹ es. Iratus dn̄s
in moysen ait. Aaron frat̄ tu⁹ le
uites scio q̄ eloquēs sit. Ecce ipse
egrediet̄ in occursū tuū videsq; te
letabit̄ corde. Loq̄re ad eū ⁊ pone
verba mea in ore ei⁹ et ego ero in
ore tuo ⁊ in ore illi⁹ et oñdaz vob̄
quid agē debeatis Et ip̄e loq̄tur p
te ad populū ⁊ erit os tuū. tu au
tē eris ei in hijs q̄ ad deū ptinent
Virgāq̄ hāc sume in manu tua ī
qua factur⁹ es signa. Abijt moy
ses ⁊ reuersus est ad ietro socez
suū. Dixitq; ei. Vadaz ⁊ reuertar
ad frēs meos in egiptū ut videā
si adhuc viuant. Cui ait ietro.
Vade in pace. Dixit ergo dn̄s ad
moysen in madiā. Vade ⁊ reuer
tere in egiptū. Mortui em̄ sūt oēs
qui q̄rebāt aīaz tuā Tulit g̊ moy
ses vxorē suā ⁊ filios suos ⁊ impo
suit eos sup asinū reuersusq; est in
egiptū portās v̄gā dei ī manu sua
Dixitq; ei dn̄s reuertenti in egiptū.
Vide ut oīa ostēta q̄ posui in ma
nu tua fatias corā pharaōe. Ego
indurabo cor ei⁹ et non dimittet
populū. Dicesq; ad eū. Hec dic̄ do
min⁹ Fili⁹ meus p̄mogenit⁹ isrl̄
Dixi tibi. Dimitte filiū meū ut seruī
at mihi ⁊ noluisti dimittere eum
Ecce ego interfitiaz filiū tuū p̄mo
genitū. Cūq; eēt in itinē in diuer
sorio occurrit ei dn̄s et volebat
occidē eum. Tulit ilico sephora
acutissimā petrā ⁊ circūcidit p̄pu
tiū filij sui. Tetigitq; pedes eius ⁊
ait Spōsus sāguinū tu mihi es Et
dimisit eū postq̄ dixerat sponsus
sāguinū tu mihi es ob circūcisio
nē. Dixitq; dn̄s ad aaron. Vade
in occursū moysi ī desertū. Qui p
rexit obuiaz ei in mōtez dei ⁊ oscu
latus ē eum. Narrauitq; moyses
aaron oīa v̄ba dn̄i p q̄b⁹ miseāt
eū ⁊ signa q̄ mādaueāt. Venerūt
q; simul ⁊ ꝯgregauerūt cūctos seni
ores filioꝝ isrl̄. Locutusq; ē aarō
oīa v̄ba q̄ dixerat dn̄s ad moysē
⁊ fecit signa corā ꝓpl̄o et credidit
ꝓpl̄us. Audierūtq; q̄ visitassz dn̄s
filios isrl̄ ⁊ q̄ respexit afflictōnez
illoꝝ ⁊ p̄ni adorauerūt. ¶ Ca. v.

Post hec ingressi sūt moyses
⁊ aaron ⁊ dixerūt pharaoni
Hec dicit dn̄s de⁹ isrl̄ Dimitte po
pulū meū ut sacrificet mihi in de
serto. At ille rn̄dit. Quis est dn̄s
ut audiā vocē ei⁹ ⁊ dimittā isrl̄.
Nescio dn̄m ⁊ isrl̄ nō dimittam.
Dixerūtq;. De⁹ hebreoꝝ vocauit
nos ut eam⁹ viā triū dieꝝ in soli
tudinē et sacrificem⁹ dn̄o d̄o nr̄o
ne forte accidat nob̄ pestis ā gla
dius. Ait ad eos rex egipti. Qua
re moyses ⁊ aaron sollicitatis po
pulū ab opib⁹ suis. Ite ad oneā
vr̄a. Dixitq; pharao. Multus est
populus terre. Videtis q̄ turba
succreuerit qn̄to magis si dederitis
eis requiem ab opib⁹. Precepit

ergo in die illo p̄fectis op̄m ⁊ exa
ctoribꝫ ꝓpl̄i dicens. Nequaq̄ vltr̄
dabitis paleas ꝓpl̄o ad ɔfitiēdos
lateres sicut prius. sed ip̄i vadāt
⁊ colligāt stipulas ⁊ mensurā la
terꝫ quā priꝰ fatiebāt. imponetis
sup eos nec minuetis quicq̄ Va
cant em̄ ⁊ idcirco vociferant̄ dicē
tes. Eamꝰ ⁊ sacrificemꝰ d̄o nostro
Opprimāt̄ opibꝫ ⁊ expleant ea ut
nō acq̄escant verb̄ mendacibus
Igit̄ egressi prefecti op̄m ⁊ exacto
res ad populū dixerunt. Sic dicit
pharao. Nō do vobis paleas. Ite
⁊ colligite sicubi īuenire poteritis
nec minuet̄ quicq̄ de ope vestro.
Dispersusqꝫ ē ꝓpl̄s ī oēm terrā egi
pti ad colligendas paleas. Prefe
ctiq̄ op̄m instabāt dicētes. Com
plete opꝰ vestꝫ quotidie ut priꝰ
facere solebatis qn̄ dabant̄ vob̄
palee. Flagellatiqꝫ sūt qui p̄erāt
opibꝰ filioꝝ isrl̄ ab exactoribus
pharaoīs dicētibꝰ. Quare nō im
plestis mēsurā laterꝫ sic̄ p̄us nec
heri nec hodie. Venerūtqꝫ prepo
siti filioꝝ isrl̄ ⁊ vociferati sunt ad
pharaonē dicentes. Cur ita agis
ɔtr̄ seruos tuos. Palee nō dant̄
nob̄ ⁊ lateres similit̄ imperāt̄. En
famuli tui flagellis cedimur ⁊ īiu
ste agitur ɔtra ꝓpl̄m tuū Qui ait.
Vacatis otio ⁊ idcirco dicitis. Ea
mꝰ ⁊ sacrificemꝰ d̄no. Ite ḡ ⁊ ope
ramini. Palee nō dabūtur vob̄ ⁊
reddetis ɔsuetū numeꝝ laterꝫ. Vi
debātqꝫ se p̄positi filioꝝ isrl̄ ī ma
lū eo q̄ diceret̄ eis n̄ minuet̄ q̄cq̄
op̄is de lateribꝰ p̄ singulos dies.
Occurrerūtqꝫ moysi et aaron q̄ sta
bant ex aduerso: egredientes a
pharaone ⁊ dixerūt ad eos. Vi
deat d̄ns ⁊ iudicet. qm̄ fetere feci
stis odorē nostꝫ corā pharaone
⁊ seruis eiꝰ ⁊ prebuistis ei gladiū
ut occideret nos. Reuersusqꝫ ē moy
ses ad d̄nm ⁊ ait. D̄ne: cur afflixi
sti ꝓpl̄m istuꝫ. Quare misisti me.
Ex eo ei q̄ īgressus sū ad pharao
nē ut loq̄rer ex nomīe tuo: afflixit
populū tuum ⁊ nō liberasti eos.

Dixitqꝫ d̄ns ad ¶ Ca. vi.
moysen. Nūc videb̄ q̄ factu
rus sūꝫ pharaoni. Per manū em̄
fortē dimittet eos ⁊ ī manu robu
sta eitiet illos de t̄ra sua. Locutꝰqꝫ
ē d̄ns ad moysen dicens. Ego do
minꝰ qui apparui abrahā. ysaac
⁊ iacob in deo oīpotente et nomē
meū adonay n̄ īdicaui eis. pepigi
qꝫ fedꝰ cū eis ut darē eis t̄raꝫ cha
naā t̄rā peg̃nacōis eoꝝ ī q̄ fuerūt
aduene Ego audiui gēitū filioꝝ is
rahel q̄ egipcij oppresserūt eos et
recordatꝰ sū pacti mei: Ideo dic fi
lijs isrl̄. Ego d̄ns qui educā vos
de ergastulo egiptioꝝ ⁊ eruam de
seruitute ac redimam in brachio
excelso ⁊ iudicijs magnis ⁊ assu
mam vos mihi in populū ⁊ ero ve
ster deus. Et scietis q̄ ego sū d̄ns
deus vester qui eduxerim vos de
ergastulo egiptioꝝ ⁊ induxerim
vos ī terrā sup quā leuaui manū
meā ut darē eā abraham. ysaac
⁊ iacob. daboqꝫ illaꝫ possidendaꝫ
vob̄ ego d̄ns Narrauit ḡ moyses
om̄a filijs isrl̄ qui nō acq̄euerūt
ei ꝓpter angustiā spūs ⁊ opꝰ du
rissimum. Locutusqꝫ est dominus
ad moysen dicēs. Ingredere et lo
quere ad pharaonem regē egipti
ut dimittat filios israhel de terra
sua. Respondit moyses corā d̄no

Ecce filij isrl non audiunt me. Et
quo audiet pharao p̄serti cū in
circūcisus sim labijs. Locutusq;
est dn̄s ad moysen ⁊ aaron ⁊ de
dit mādatū ad filios israhel ⁊ ad
pharaonez regez egipti ut educe
rent filios israhel de terra egipti.
Isti sūt principes domorū p̄ fami
lias suas. Filij ruben p̄mogeniti
isrl̄is enoch et phallu esrom et
charmi. Hee cognacōnes ruben.
Filij simeon iamuel ⁊ iamin ⁊ ia
mi ⁊ aod ⁊ iachin ⁊ soer et saul
filius chanamitidis. Hee ꝓgeni
es simeon. Et hec noīa filioꝝ leui
per cognacōes suas gerson et ca
ath ⁊ merari. Anni aūt vite leui
fuerūt centūtrigītaseptē. Filij ger
son lobni ⁊ semei p̄ ꝯgnacōes su
as. Filij caath amrā ⁊ ysuar ⁊ he
bron et oziel. Anniq̄ vite caath
centūtrigītatres. Filij merari mo
oli ⁊ musi. Hee cognacōes leui p̄
familias suas. Accepit aūt amrā
vxorē iochabeth patruelē suaz q̄
pepit ei aaron ⁊ moysē et mariā.
Fuerūtq; anni vite amrā centūtri
gintaseptē. Filijq̄ ysuar chore ⁊
napheg et zechri. Filijq̄ oziel mi
sael ⁊ elisaphā et sechri. Accepit
aūt aaron vxorē elizabeth filiam
aminadab sororē naason q̄ pepit
ei nadab ⁊ abiu ⁊ eleazar ⁊ ytha
mar. Filijq̄ chore aser ⁊ helcha
na ⁊ abiasab. Hee sūt ꝯgnacōes
choritarū. At vero eleazar filius
aarō accepit vxorē de filiab⁹ phu
tiel q̄ pepit ei phinees. Hij sūt prī
cipes familiaꝝ leuiticaꝝ p̄ cogna
tiones suas. Iste ē aaron et moy
ses q̄bus p̄cepit dn̄s ut educerēt
filios israhel de terra egipti p̄ tur
mas suas. Hij sūt qui loquūt̄ ad
pharaonē regē egipti ut educāt
filios isrl̄ de egipto. Iste est moy
ses ⁊ aaron in die qua locut⁹ est
dn̄s ad moysen ī terra egipti. Et
locut⁹ est dn̄s ad moysen dicēs.
Ego dn̄s. Loquere ad pharaonē
regez egipti oīa que loquar tibi.
Et ait moyses coraz dn̄o. En incir
cumcisus labijs sum. Quo audiet
me pharao. Ca. vij.

Dixitq; dn̄s ad moysen. Ecce
cōstitui te deū pharaonis ⁊
aaron frater tuus erit ꝓpheta tu⁹
Tu loq̄ris ei om̄ia que mādo tibi
⁊ ille loquet̄ ad pharaonē ut di
mittat filios isrl̄ de terra sua. Sed
ego indurabo cor ei⁹ ⁊ multiplica
bo signa ⁊ ostēta mea ī terra egip
ti ⁊ nō audiet vos. Immittamq;
manū meaz sup̄ egiptū et educaz
exercitū meū ⁊ ꝓpl̄m meum filios
isrl̄ de terra egipti p̄ iudicia maxi
ma. Et scient egipcij q̄ ego sū do
min⁹ q̄ extēderim manū meā sup̄
egiptum ⁊ eduxerim filios isrl̄ de
medio eoꝝ. Fecit itaq; moyses ⁊
aarō sicut p̄cepat dn̄s ita egerūt
Erat aūt moyses octogīta anno
rū et aaron octogintatriū quādo
locuti sūt ad pharaonez. Dixitq;
dn̄s ad moysen et aarō. Cū dixe
rit vobis pharao ostēdite signa.
dices ad aaron. Tolle v̄gam tuā
⁊ ꝓice eā corā pharaone ac verta
tur in colubꝝ. Ingressi itaq; moy
ses ⁊ aaron ad pharaonē fecerūt
sicut p̄cepat dn̄s. Tulitq; aaron
virgā corā pharaōe et seruis ei⁹
que v̄sa est in colubrū. Vocauit
aūt pharao sapiētes ⁊ maleficos
⁊ fecerūt etiaz ipsi p̄ incātationes

egiptiacas ⁊ archana quedaꝫ si
milit̄. Proiecerūtq̄ singuli v̄gas
suas que verse sūt ī dracones. Sꝫ
deuorauit virga aarō: v̄gas eoꝝ
Induratūq̄ est cor pharaonis ⁊
nō audiuit eos sicut p̄cepat dn̄s
Dixit aūt dn̄s ad moysē. Ingra
uatū ē cor pharaonis ⁊ nō vult
dimittere ꝓpl'm. Vade ad eū ma
ne. Ecce egredietᷣ ad aq̄s. Et stab
in occursū ei⁹ sup ripā fluminis ⁊
v̄gam que cōuersa ē in draconeꝫ
tolles in manu tua. dicesq̄ ad eū.
Dn̄s deus hebreoruꝫ misit me ad
te dicens Dimitte populū meū ut
sacrificet m̄ in deserto ⁊ vsq̄ ad p̄
sens audire me noluisti. Hec igi
tur dicit dn̄s. In hoc scies q̄ sim
domin⁹. Ecce ꝑcutiā virga que in
manu mea ē aquā fluminis ⁊ ver
tetᷣ in sanguinē. Pisces q̄q̄ q̄ sunt
in fluuio morientur ⁊ ꝯputrescēt
aque ⁊ affligentᷣ egipcij: bibētes
aquaꝫ fluminis. Dixitq̄ dn̄s ad
moysē. Dic ad aaron. Tolle vir
gam tuā ⁊ extende manū tuā sup
aquas egipti ⁊ sup fluuios eorū
⁊ riuos ⁊ paludes ⁊ oēs lacus aq̄
rum ut vertantᷣ in sanguinē et sit
cruor in oī terra egipti tā in ligne
is vasis q̄ ī saxeis. Fecerūtq̄ moy
ses ⁊ aarō sicut p̄cepat dominus
Et eleuans v̄gam ꝑcussit aquaꝫ
fluminis corā pharaone ⁊ seruis
ei⁹ que versa ē in sanguineꝫ ⁊ pi
sces qui erant in flumine: mortui
sūt. Cōputruitq̄ fluui⁹ ⁊ nō pote
rāt egipcij bibere aquā fluminis
⁊ fuit sāguis ī tō terra egipti. Fe
cerūtq̄ similit̄ malefici egiptioꝝ ī
cantacōib⁹ suis. Et īduratū ē cor
pharaoīs: nec audiuit eos sicut
p̄cepat dn̄s. Auertitq̄ se ⁊ īgres
sus ē domū suaꝫ: nec opposuit cor
etiā hac vice. Foderūt aūt omēs
egipcij ꝑ circuitū fluminis aquā ut
biberēt. n̄ eī poterāt bibē aquā flu
mīs. īpletiq̄ sūt septē dies postq̄
ꝑcussit dn̄s fluuiū. ¶ Ca. viij.

Dixitq̄ dn̄s ad moysen. In
gredē ad pharaonē ⁊ dices
ad eū. Hec dicit dn̄s. Dimitte po
pulū meū ut sacrificet m̄. Si autē
nolueris dimittere: ecce ego ꝑcu
tiaꝫ omnes terminos tuos ranis
⁊ ebulliet fluui⁹ ranas que ascen
dēt ⁊ ingredientᷣ domū tuā ⁊ cubi
culū lectuli tui ⁊ sup stratū tuum
⁊ in domos seruoꝝ tuoꝝ ⁊ ī ꝓpl'm
tuū ⁊ in furnos tuos ⁊ in reliq̄as
ciboꝝ tuoꝝ ⁊ ad te ⁊ ad ꝓpl'm tuū
et ad oēs ſuos tuos intrabūt ra
ne. Dixitq̄ dn̄s ad moysē. dic ad
aarō. Extende manū tuā sup fluui
os ⁊ sup riuos ⁊ paludes ⁊ educ
ranas sup terrā egipti. Et extēdit
aarō manū sup aq̄s egipti ⁊ ascē
derūt rane. operuerūtq̄ terraꝫ egi
pti. Fecerūt aūt ⁊ malefici ꝑ īcanta
tiones suas similit̄. eduxerūtq̄ ra
nas sup terrā egipti. Vōuit autē
pharao moysē ⁊ aarō ⁊ dixit eis
Orate dn̄ꝫ ut auferat ranas a me
⁊ a ꝓpl'o meo ⁊ dimittaꝫ ꝓpl'm ut
sacrificet dn̄o Dixitq̄ moyses ad
pharaonē. Cōstitue m̄ qn̄ dep̄cer
ꝓ te ⁊ ꝓ ſuis tuis ⁊ ꝓ ꝓpl'o tuo ut
abigātᷣ rane a te ⁊ a domo tua et
a ſuis tuis ⁊ a ꝓpl'o tuo ⁊ tm̄ ī flu
mīe r̄maneāt. q̄ rn̄dit. Cras. At il
le iux̄ inquit verbū tuum fatiaꝫ ut
scias quoniam non est sicut dn̄s
de⁹ noster ⁊ recedent rane a te ⁊ a
domo tua ⁊ a seruis tuis et a ꝓpl'o

tuo ⁊ tm̄ in flumine remanebunt
Egressiq; sunt moyses ⁊ aaron a
pharaōe ⁊ clamauit moyses ad
dominū ꝑ spōsiōe ranarū quā cō
dixerat pharaōi. Fecitq; dn̄s iu
xta v̄bū moysi ⁊ mortue sūt rane
de domibus ⁊ de villis ⁊ de agris.
Cōgregauerūtq; eas ī immēsos
aggeres ⁊ ꝯputruit terra. Vidēs
aūt pharao q̄ data essz req̄es ingr̄
uauit cor suū ⁊ nō audiuit eos si
cut precepat dn̄s Dixitq; dn̄s ad
moysen. Loq̄re ad aaron. Extēde
virgā tuā ⁊ ꝑcute puluerē terre ⁊
sint scinifes in vniūsa terra egip
ti. Fecerūtq; ita. Et extēdit aaron
manū virgaz tenēs ꝑcussitq; pul
uerē terre ⁊ facti sūt scinifes in ho
minib⁹ et in iumētis. Omnis pul
uis terre v̄sus est in scinifes ꝑ to
tam terrā egipti. Fecerūtq; silr̄iter
malefici incātacōib⁹ suis ut educe
rent scinifes ⁊ nō potuerūt Erātq;
scinifes tā in hominib⁹ q̄ in iumē
tis. Et dixerūt malefici ad phara
onē. Digitus dei est hic Induratū
est cor pharaonis et nō audiuit
eos sicut p̄cepat dn̄s Dixitq̄ dn̄s
ad moysen. Cōsurge diluculo et
sta corā pharaone. Egredietr̄ em̄
ad aquas. Et dices ad eū. Hec di
cit dn̄s. Dimitte ꝓplm̄ meuz ut sa
crificet mihi. Qd̄ si non dimiseris
eum ecce ego mittaz ī te ⁊ ī seruos
tuos ⁊ in populū tuū ⁊ in domos
tuas om̄e gen⁹ muscarū et imple
buntr̄ oēs dom⁹ egiptioꝝ muscis
diūsi generis ⁊ vniūsa terra in q̄
fuerint. Faciāq; mirabilē in die il
la terrā iessen ī qua popul⁹ me⁹ ē
ut non sint ibi musce ⁊ scias qm̄
ego dn̄s ī medio terre. ponāq; di
uisionē inter populū meū ⁊ popu
lū tuū. Cras eit signū istud. Fecit
q; dn̄s ita. Et venit musca gr̄uissiā
in domos pharaōis ⁊ seruoꝝ ei⁹
⁊ in oēm terraz egipti corruptaq;
ē t̄ra ab huiuscemōi muscis. Vo
cauitq; pharao moysen et aarō
⁊ ait eis. Ite ⁊ sacrificate d̄o vr̄o ī
terra hac. Et ait moyses. Non po
test ita fieri. Abhoīnatiōes enim
egiptioꝝ ymolabim⁹ dn̄o d̄o no
stro Qd̄ si mactauerimus ea q̄ co
lūt egipcij corā eis lapidib⁹ nos
obruēt. Viā triū dieꝝ ꝑgem⁹ in
solitudinē ⁊ sacrificabimus dn̄o
deo nr̄o sicut p̄cepit nob̄. Dixitq;
pharao. Ego dimittaz vos ut sa
crificetis dn̄o deo vr̄o in deserto.
verūtamē longius ne abeatis. Ro
gate ꝑ me. Et ait moyses. Egress⁹
a te orabo dn̄m ⁊ recedet musca a
pharaone ⁊ a s̄uis suis ⁊ a ꝓplo
ei⁹ cras. Verūtamē noli vltra fal
lere ut nō dimittas populū sacri
ficare dn̄o. Egressusq; moyses a
pharaone orauit dn̄m. Qui fecit
iuxta v̄bū illi⁹ ⁊ abstulit muscas
a pharaōe ⁊ a seruis suis et a po
pulo ei⁹. Nō sup̄fuit nec vna q̄dē
Et ingr̄uatū ē cor pharaōis ita ut
nec hac quidē vice dimittēt ꝓplm̄

¶ Ca. ix.

Dixit autē dn̄s ad
moysē ingredē ad pharao
nē et loq̄re ad eū. Hec dicit dn̄s
deus hebreoꝝ. Dimitte ꝓplm̄ meū
ut sacrificet mihi Qd̄ si adhuc rē
nuis ⁊ retines eos ecce man⁹ mea
erit sup̄ agros tuos ⁊ sup̄ equos
⁊ asinos ⁊ camelos et oues et bo
ues pestis valde grauis. Et faciet
dn̄s mirabile int̄ possessiōes isrl̄
et possessiōes egiptioꝝ ut nil oīo

pereat ex hijs q̄ ꝑtinent ad filios
isrl̄. Cōstituitq; dn̄s tp̄s dicens.
Cras fatiet dn̄s verbū istud ī t̄ra
Fecit ḡ dn̄s verbū hoc altera die
⁊ mortua sūt oīa animātia egipti
oꝝ. De am̄alibus vero filioꝝ isrl̄
nihil oīno perijt Et misit pharao
ad videndū. nec erat quicq̄ mor
tuū de hijs q̄ possidebat isrl̄. Ingr̄
uatūq; ē cor pharaonis ⁊ non di
misit ꝓpl̄m. Et dixit dn̄s ad moy
sē ⁊ aarō. Tollite plenas manus
cineris de camīo ⁊ sp̄gat illū moy
ses in celū coraꝫ pharaone. sitq;
puluis sup̄ oēm t̄rā egipti Erūt eī ī
hoībus ⁊ iumētis vlcera ⁊ vesice
turgentes in vniūsa terra egipti.
Tulerūtq; cinerē de camino ⁊ ste
terūt coraꝫ pharaone ⁊ sp̄sit illū
moyses in celū. Factaq; sūt vlceā
vesicaꝝ turgentiū ī hoīb⁹ ⁊ iumē
tis: nec poterāt malefici stāē corā
moyse ꝓpt̄ vulnera q̄ in ill̄ erant
⁊ in oī terra egipti. Indurauitq;
dn̄s cor pharaonis ⁊ nō audiuit
eos sicut locut⁹ ē dn̄s ad moysē.
Dixitq̄ dn̄s ad moysen Mane cō
surge ⁊ sta corā pharaōe ⁊ dices
ad eū. Hec dicit dn̄s de⁹ hebreoꝝ
Dimitte ꝓpl̄m meū ut sacrificet m̄
q̄ in hac vice mittaꝫ oēs plagas
meas sup̄ cor tuū ⁊ super ſuos tu
os ⁊ sup̄ populū tuū ut scias q̄ n̄
sit simil̄ mei in oī terra. Nūc enim
extēdens manū ꝑcutiaꝫ te ⁊ popu
lū tuū peste. ꝑibitisq; de t̄ra. Idcir
co aūt posui te ut oñdaꝫ in te for
titudinē meā ⁊ narret̄ nomē meū
in omī terra. Adhuc retines ꝓpl̄m
meū ⁊ nō vis dimittere eum. En
pluam cras hac ipsa hora grādi
nem multā nimis. qual̄ non fuit

in egipto a die qua fūdata ē vsq;
in p̄n̄s temp⁹. Mitte ḡ iam nunc
⁊ ꝯgrega iumenta tua ⁊ oīa que
habes in agro. Hoīes em̄ ⁊ iumē
ta et vniuersa q̄ inuenta fuerint
foris nec ꝯgregata de agris. cecide
ritq; sup̄ ea grando: morient̄. Qui
timuit verbū dn̄i de seruis phara
onis: fecit ꝯfugere seruos suos ⁊
iumēta in domos. qui autē negle
xit sermonē dn̄i: dimisit seruos su
os ⁊ iumēta in agris. Et dixit do
min⁹ ad moysen. Extēde manum
tuā in celū ut fiat grando in vniū
sa terra egipti sup̄ homīes ⁊ super
iumenta ⁊ sup̄ oēm herbā agri in
terra egipti. Extēditq; moyses v̄
gam in celū ⁊ dn̄s dedit tonitrua
⁊ grādinē ac discurrētia fulgura
sup̄ t̄raꝫ. Pluitq; dn̄s grādinē su
p̄ t̄raꝫ egipti ⁊ grādo ⁊ ignis mix
ta ꝑit̄ ferebant̄. Tāteq; fuit mag
nitudinis q̄nta añ nūq̄ apparuit
ī vniūsa terra egipti ex quo gens
illa ꝯdita ē. Et ꝑcussit grando ī oī
t̄ra egipti cūcta q̄ fuerūt in agris
ab hoīe vsq; ad iumentū. Cūctaꝫ
q; herbā agri ꝑcussit grādo ⁊ oē
lignū regionis ꝯfregit. Tm̄ ī t̄ra
iessen vbi erāt filij isrl̄ grando n̄
cecidit. Misitq; pharao et vōuit
moysē ⁊ aarō dicēs ad eos. Pec
caui etiam nunc. Dominus iust⁹
obtulerit corā dño ponet manū
suā sup caput victime sue q̄ ymo
labit̄ in vestibulo tab̄naculi testi
monij. Fundētq̄ filij aarō sāgui
neꝫ ei⁹ p circuitū altaris ⁊ offerēt
de pacificoꝝ hostia sacrifitiū dño
adipē ⁊ caudā totā cū renib⁹ ⁊ pī
guedinē que opit vētrē atq̄ vni
uersa vitalia ⁊ vtrūq̄ renūculuꝫ
cū adipe qui ē iuxta ilia. reticuluꝫ
qꝫ iecoris cū renūculis et adolebit
ea sacerdos sup altare in pabulū
ignis ⁊ oblacōis dñi. Si capra fu
erit ei⁹ oblacō ⁊ obtuleit eā dño
ponet manuꝫ suam sup caput ei⁹
ymolabitq̄ eā ī introitu taberna
culi testimonij. Et fūdēt filij aarō
sāguinē ei⁹ p altaris circuitū. tol
lētq̄ ex ea in pastum ignis dñici
adipē q̄ opit ventrē ⁊ q̄ tegit vni
uersa vitalia duos renūculos cū
reticulo qđ ē sup eos iuxta ilia et
aruinā iecoris cū renunculꝰ. adole
bitq̄ ea sup altare sacerdos in ali
moniā ignis ⁊ suauissimi odoris.
Oīs adeps dñi erit iure ꝑpetuo in
generacōib⁹ et cūctis habitaculꝰ
vr̄is nec sanguinem nec adipem
omnino comedetis. ¶ Ca. iiij.

Locutusq̄ ē dñs ad moysen
dicēs. Loq̄re filijs isrl̄ Aīa
q̄ peccauerit p ignorantiā ⁊ de vni
uersis mādatis dñi q̄ p̄cepit ut nō
fierēt quippiā fecerit si sacerdos q̄
vnct⁹ ē peccauerit delinq̄re faciēs
populū offeret ꝓ peccato suo vitu
lū immaculatū dño. Et adducꝫ il
lū ad ostiū tab̄naculi testīonij co
rā dño. ponetq̄ manū sup caput
ei⁹ ⁊ ymolabit eū dño. Hauriet
q̄ de sāguine vituli: inferēs illū in
tabernaculū testimonij. Cūqꝫ in
tinxerit digitū in sanguinē aspgꝫ
eū septies corā dño ꝯtra velū san
ctuarij. Ponetq̄ de eodē sanguīe
sup cornua altaris thymiamatis
gratissimi dño qđ ē in tabernacu
lo testimonij. Omnē aūt reliquū
sanguinē fundet in basim altaris
holocausti in ītroitu tabernaculi.
Et adipē vituli offeret ꝓ pctō taꝫ
eū qui vitalia opeit q̄ oīa que in
trinsecus sunt duos renūculos ⁊
reticulū qđ ē supra eos iux̄ ilia et
adipē iecoris cū renūculꝰ sic offert̄
de vitulo hostie pacificoꝝ ⁊ ado
lebit ea sup altaē holocausti. Pel
lē vero ⁊ oēs carnes cū capite ⁊ pe
dib⁹ ⁊ ītestinis ⁊ fimo ⁊ reliq̄ cor
pe efferet extra castr̄ in locū mū
dū vbi cineres effundi solēt. incē
detq̄ ea sup lignoꝝ struē que ī lo
co effusoꝝ cineꝝ cremabunt̄. Qđ
si oīs turba filioꝝ isrl̄ ignoraue
rit ⁊ p imperitiā fecerit qđ contra
mandatū dñi ē ⁊ postea intellexe
rit peccatū suū: offeret ꝓ pctō suo
vitulū. Adducetq̄ eū ad ostiū ta
bernaculi ⁊ ponent seniores popu
li manus sup caput eius corā do
mino. Imolatoqꝫ vitulo ī conspe
ctu domini īferet sacerdos qui vn
ctus est de sanguine eius in taber
naculum testimonij tincto digito
aspergens septies contra velum.
Ponetqꝫ de eodē sanguine in cor
nibus altaris quod est coram do
mino in tabernaculo testimonij.

Reliquū aūt sanguinē fūdet iux
ta basim altaris holocausto ꝝ qđ
est in ostio tabnaculi testimonij
Omēzqꝫ eius adipē tollet ⁊ adole
bit sup altare sic faciēs ⁊ de hoc vi
tulo qūo fecit ⁊ prius ⁊ rogāte ꝓ
eis sacdote ꝓpicius erit eis dñs.
Ipsū autez vitulū efferet extra ca
stra atqꝫ ꝯburet sicut ⁊ p̄orē vitu
lum qꝛ est ꝓ peccato multitudīs.
Si peccaueit pn̄ceps ⁊ fecerit vnū
e pluibꝰ ꝑ ignorātiā qđ dñi lege
ꝓhibet ⁊ postea intellexerit pcc̄m
suū offeret hostiā corā dño hircū
de capris immaculatū pōetqꝫ ma
nū suaz sup caput eiꝰ. Cūqꝫ ymo
lauerit eū in loco vbi solet macta
ri holocaustū corā dño qꝛ ꝓ pecca
to est. tinget sacdos digitū in san
guine hostie ꝓ pcc̄o tangens cor
nua altaris holocausti ⁊ reliquū
fundēs ad basim eius. adipē vero
adolebit supra sicut ī victimis pa
cificoꝝ fieri solet Rogabitqꝫ ꝓ eo
sacerdos ⁊ ꝓ pcc̄o eius ⁊ dimittet
ei. Qđ si peccauerit aīa ꝑ ignorāci
am de ꝓpl'o t're ut fatiat quicq̄ de
hijs que dñi lege ꝓhibentur atqꝫ
delinquat et ꝯgnoueit pcc̄m suū
offeret caprā immaculatā ponet
qꝫ manꝰ sup caput hostie q̄ ꝓ pec
cato est ⁊ ymolabit eā in loco ho
locausti. Tolletqꝫ sacdos de san
guine in digito suo et tangēs cor
nua altaris holocausti reliquū fū
det ad basim eius. Omnē aūt adi
pē auferens sicut auferri solet de
victimis pacificoꝝ adolebit super
altare in odorez suauitatis dño ro
gabitqꝫ ꝓ eo ⁊ dimittet ei. Si aūt
de pecoribꝰ obtulerit victimā pro
peccato ouē scilicz immaculatā po
net manū sup caput eius ⁊ ymo
labit eā ī loco vbi solēt cedi holo
causto ꝝ hostie. Sumetqꝫ sacdos
de sanguine eius digito suo et tā
gēs cornua altaris holocausti reli
quū fundet ad basim eius Omēz
qꝫ adipē auferens sicut auferri so
let adeps arietis q̄ ymolat ꝓ pa
cificis cremabit sup altare incēsū
dñi rogabitqꝫ ꝓ eo et ꝓ peccato
eiꝰ ⁊ dimittet ei. ¶ Ca. v.

Si peccauerit aīa et audierit
vocē iurātis testisqꝫ fuerit qđ
ipse vidit aut cōscius ē nisi iudi
cauerit portabit iniq̄tatē suā. Ani
ma q̄ tetigerit aliq̄d immūdū siue
qđ occisū a bestia ē aut per se mor
tuū aut quodlibz aliud reptile et
oblita fuerit immūdicie sue rea ē
et deliq̄t ⁊ si tetigerit quicq̄ de im
mūdicia hōis iuxta omēz impuri
tatez q̄ pollui solet oblitaqꝫ ꝯgno
uerit postea sb̄iacebit delicto Ani
ma q̄ iurauerit et ꝓtulerit labijs
suis ut vel male q̄d faceret vel be
ne ⁊ nō fecerit ⁊ idipsū iuramēto
⁊ sermone firmaueit oblitaqꝫ po
stea ītellexerit delictū suū: agat pe
nitētiaz ꝓ peccato ⁊ offerat de gre
gibus agnam siue capraz orabit
qꝫ ꝓ eo sacerdos ⁊ ꝓ pcc̄is eiꝰ. Si
aūt nō potuerit offerre pecus offe
rat duos turtures vl' duos pullos
colūbarū dño vnū ꝓ pcc̄o ⁊ alte
rum ī holocaustū dabitqꝫ eos sac
doti. Qui primū offerēs ꝓ pcc̄o re
torquebit caput eiꝰ ad pēnulas
ita ut collo adhereat et nō penitꝰ
abrūpat ⁊ aspget de sanguīe eiꝰ
parietē altaris. Quicq̄d autez reli
quū fuerit faciet distillare ad fun
damentum eius qꝛ ꝓ peccato est

Alterꝝ vero ī holocaustū adolebit
ut fieri solet. rogabitq; ꝓ eo sacer
dos ⁊ ꝓ peccato eiꝰ ⁊ dimittet̄ ei.
Qd̄ si nō quiuerit manꝰ eiꝰ duos
offerre turtures aut duos pullos
colūbarꝝ offeret ꝓ pctō suo simile
ptē ephy decimā. Nō mittet in eā
oleuꝫ nec thuris aliq̄d īponet. qꝛ
ꝓ peccato ē. tradetq; eaꝫ sacerdoti
qui plenū ex ea pugillū hauriēs
cremabit sup altare ī monimentū
eius qui obtulerit: rogās ꝓ illo ⁊
expians. reliquā vero ptez ipe ha
bebit in munere Locutusq; ē dn̄s
ad moysē dicēs. Aīa si p̄uaricās
cerimoīas ꝑ errorē in hijs q̄ dn̄o
sunt sāctificata peccauerit: offeret
ꝓ delicto suo arietē immaculatuꝫ
de gregibꝰ q̄ emi pōt duobꝫ sidis
iuxta pondꝰ sāctuarij. ipm̄q; qd̄
intulit dāni restituet ⁊ qn̄taꝫ ptez
ponet supra: tradēs sacerdoti q̄ ro
gabit ꝓ eo offerēs arietē ⁊ dimit
tet̄ ei. Aīa q̄ peccauerit ꝑ ignoran
tiā feceritq; vnū ex hijs q̄ dn̄i lege
ꝓhibent̄ ⁊ peccati rea intellexerit
iniq̄tatē suaꝫ: offeret arietē imma
culatū de gregibꝫ sacdoti iux̄ men
suraꝫ estimationēq; peccati q̄ ora
bit ꝓ eo qꝛ nesciēs fecerit ⁊ dimit
tet̄ ei. qꝛ ꝑ errorez deliquit ī dn̄o.

Locutusq; est dn̄s ¶ Ca. vi.
ad moysē dicens. Aīa q̄ pec
cauerit ⁊ cōtēpto dn̄o negauerit
ꝓximo suo depositū qd̄ fidi eiꝰ cre
ditū fuerat vel vi aliq̄d extorserit
aut calūniā fecerit siue rē ꝑditaꝫ
īuenerit ⁊ infitiās insup peieraue
rit et qd̄libꝫ aliud ex pluribꝰ fece
rit in q̄bꝰ solēt peccare hoīes cōui
cta delicti reddet oīa que ꝑ fraudeꝫ
voluit obtinere integra et qn̄taꝫ ī
sup ptē dn̄o cui damnū intulerat
Pro pctō aūt suo offeret arietem
immaculatū de grege ⁊ dabit euꝫ
sacerdoti iuxta estimacōem mēsu
ramq; delicti q̄ rogabit ꝓ eo coraꝫ
dn̄o ⁊ dimittet̄ illi ꝓ singul̄ que
fatiendo peccauit. Locutusq; ē do
minꝰ ad moysen dicens. Precipe
aaron ⁊ filijs eiꝰ. Hec est lex holo
causti. Cremabit̄ in altari tota no
cte vsqꝫ mane. Ignis ex eodē alta
ri erit. Vestiet̄ tunica sacerdos et
feminalibꝰ lineis. tolletqꝫ cineres
q̄s vorās ignis exussit ⁊ ponens
iuxta altare spoliabit̄ prioribꝰ ve
stimentis indutusqꝫ alijs efferet
eos extra castr̄ ⁊ in loco mūdissi
mo vsqꝫ ad fauillā cōsumi fatiet
Ignis aūt in altari semp ardebit
quē nutriet sacerdos subitiēs lig̃
mane ꝑ singulos dies ⁊ imposito
holocausto desuper adipes adole
bit pacificorꝝ Ignis ē iste ꝑpetuꝰ
q̄ nūq̄ defitiet in altari. Hec ē lex
sacrificij ⁊ libamentorꝝ q̄ offerēt
filij aaron corā dn̄o ⁊ corā altari.
Tollet sacerdos pugillū simile q̄
ꝯspersa ē oleo et totū thus qd̄ su
ꝑ similā ē. adolebitqꝫ illud in alta
ri in monimentū odoris suauissi
mi dn̄o. Reliquā aūt ptem simile
comedet aarō cuꝫ filijs suis absqꝫ
fermēto ⁊ cōmedet in loco sāctua
rij tabnaculi. Jō autē nō fermēta
bit̄. qꝛ ꝑs eiꝰ in dn̄i offert̄ incensū
Sāctū sāctorꝝ erit sic ꝓ pctō atqꝫ
delicto. Mares tm̄ stirpis aarō co
medent illud. Legittimum ac sem
piternū erit in generacōibꝰ vr̄is
de sacrificijs domini. Oīs qui teti
gerit illa sanctificabitur. Locutꝰ
qꝫ est dominꝰ ad moysen dicens

Hec est oblatio aarō ⁊ filioꝝ eiꝰ
quā offerre debent dño in die vn
ctionis sue. Decimaꝫ ꝑtem ephy
offerēt simile in sacrificō sēpiterno
Mediū eius mane et mediū eius
vespe q̄ in sartagīe oleo cōspersa
frigeť. Offeret aūt eā calidam in
odorē suauissimū dño sacerdos q̄
iure p̄ri successerit ⁊ tota cremabi
tur in altari. Om̄e enim sacrifitiū
sacerdotū igne cōsumeť nec quis
q̄ꝫ comedet ex eo. Locutꝰ est autē
dñs ad moysē dicēs. Loq̄re aarō
⁊ filijs eius. Ista ē lex hostie ꝓ pec
cato. In loco vbi offerť holocau
stū ymolabiť coraꝫ dño. Sanctū
sāctoꝝ est Sacerdos q̄ offert ꝯme
det eam in loco scō in atrio tab̄na
culi. Quicq̄d tetigerit carnes eius
sāctificabiť. Si de sanguine illius
vestis fuerit aspsa lauabiť in lo
co sancto. Vas aūt fictile in quo
cocta est cōfrigeť qd̄ si vas eneū
fuerit defricabiť ⁊ lauabiť aqua
Om̄is masculus de genere sacdo
tali vesceť de carnibꝰ eius q̄ꝛ sāctū
sanctoꝝ est Hostia em̄ que cediť
ꝓ pctō cuiꝰ sanguis inferť in tab̄
naculū testionij ad expiandū in
scūario nō ꝯmedeť ꝫ ꝯbureť igni

Hec est q̄ꝫ lex hostie ¶ Ca. vij.
ꝓ delicto. Scā sanctoꝝ ē. Id
circo vbi ymolabiť holocaustū
mactabiť ⁊ victima ꝓ delicto. Sā
guis eius ꝑ gyrū altaris fūdetur
Offerēt ex ea caudaꝫ ⁊ adipē qui
operit vitalia duos renūculos et
pinguedīeꝫ que iuxta ilia ē reticu
lūq̄ꝫ iecoris cū renūculis et adole
bit ea sacerdos sup altaē Incensū
est dñi ꝓ delicto. Om̄is masculus
de sacdotali gn̄e in loco scō vesce
tur hijs carnibꝰ q̄ꝛ sanctū scōꝝ ē
Sicut ꝓ pctō offerť hostia ita et
ꝓ delicto. Vtriusq̄ꝫ hostie lex vna
erit. Ad sacerdotē qui eā obtuleit
ꝑtinebit. Sacerdos q̄ offert holo
causti victīaꝫ habebit pellē eius.
Et om̄e sacrificiū simile qd̄ coqui
tur ī clibano ⁊ quicq̄d in craticu
la vel in sartagine prepať eiꝰ eit
sacdotis a q̄ offerť siue oleo ꝯsp
sa siue arida fuerint. Cūctis filijs
aarō mēsura equa ꝑ singulos di
uideť Hec est lex hostie pacificoꝝ
que offerť dño. Si pro gratiarū
actōe oblacō fueit offerēt panes
absq̄ꝫ fermēto cōspsos oleo et la
gana azima vncta oleo coctāq̄ꝫ si
milā ⁊ colliridas olei admixtiōe
cōspsas: panesq̄ꝫ fermētatos cū
hostia gratiaꝝ q̄ ymolať pro pa
cificis ex quibꝰ vnꝰ pro p̄miciis
offerť dño ⁊ erit sacerdotis q̄ fun
det hostie sanguinē. Cuiꝰ carnes
eadē ꝯmedenť die nec remanebit
ex eis quicq̄ꝫ vsq̄ꝫ mane. Si voto
vel spōte quispiā obtulerit hostiā
eadē siliter edeť die. Sed ⁊ si quid
in crastinū remanserit vesci licitū
est. Quicq̄d aūt tercius inueneit
dies ignis absumet. Si q̄s de car
nibꝰ victime pacificoꝝ die tercō
comederit: irrita fiet eius oblacō
nec proderit offerēti quin pocius
quecūq̄ꝫ aīa tali se edulio cōtami
nauerit p̄uaricacōnis rea eit. Ca
ro q̄ aliq̄d tetigeit immūdum nō
comedeť ꝫ ꝯbureť igni Qui fuerit
immūdus vesceť ex ea Anima pol
luta q̄ ederit de carnibꝰ hostie pa
cificoꝝ q̄ oblata est dño peibit de
populis suis et q̄ tetigeit immūdi
ciam hōis vel iumenti siue oīs rei

que polluere potest ⁊ ꝯmederit de huiuscemodi carnib⁹: interibit de ꝑplis suis Locut⁹q̄ ē dn̄s ad moysē dicēs. Loquere filijs isrl̄ Adipē ouis ⁊ bouis ⁊ capre nō comedetis. Adipē cadaueris morticini et ei⁹ am̄al̄ qd̄ a bestia captuꝫ ē habebitis in varios vsus. Si q̄s adipē qui offerri debet in incensū dn̄i ꝯmederit ꝑibit de ꝑplo suo. sāguinē q̄ oīs aīal̄ nō sumetis in cibo taꝫ de auib⁹ q̄ de pecorib⁹. Oīs am̄a que ederit sāguinē: ꝑibit de populis suis. Locutusq̄ ē dn̄s ad moysen dicens. Loquere filijs isrl̄ dicens. Qui offert victimā pacificorū dn̄o: offerat simul ⁊ sacrifitiuꝫ idest libamēta ei⁹. Tenebit maībus adipē hostie ⁊ pectusculū. Cūq̄ ambo oblata dn̄o cōsecrauerit tradet sacerdoti q̄ adolebit adipeꝫ sup altare. pectusculū āt erit aarō ⁊ filiorū ei⁹. Armus q̄ dext̄ de pacificoꝝ hostijs cedet ī p̄mitias sacerdotis. Qui obtulerit sanguineꝫ ⁊ adipē filioꝝ aaron: ipe habebit ⁊ armū dextꝝ in porcōne sua. Pectusculuꝫ em̄ eleuacōis ⁊ armū separacōis tuli a filijs isrl̄ de hostijs eoꝝ pacificis ⁊ dedi aarō sacerdoti et filijs ei⁹ lege ꝑpetua ab omī populo isrl̄. Hec ē vnctō aaron ⁊ filioꝝ ei⁹ in cerimonijs dn̄i: die q̄ obtulit eos moyses ut sacerdocōfūgerēt ⁊ q̄ p̄cepit eis dari dn̄s a filijs isrl̄ r̄ligiōe ꝑpetua ī gn̄acōib⁹ suis. Ista ē lex holocausti ⁊ sacrificij ꝑ pctō atq̄ delicto ⁊ ꝑ ꝯsc̄tiōe ⁊ pacificoꝝ victimis quā ꝯstituit dn̄s moysi in mōte synai. qn̄ mādauit filijs isrl̄ ut offerrēt oblacōnes suas dn̄o ī deserto synai.

Locutusq̄ ē dn̄s ad moysē dicens. Tolle aaron cū filijs suis. vestes eoꝝ ⁊ vnctionis oleū. vitulū ꝑ peccato. duos arietes. canistꝝ cū azimis ⁊ cōgregabis oēm cetū ad ostiū tabernaculi. Fecit moyses ut dn̄s imperarat. ꝯgregataq̄ oī turba an̄ fores tab̄naculi ait. Iste ē s̄mo quē iussit dn̄s fieri. Statimq̄ obtulit aarō ⁊ filios eius. Cūq̄ lauisset eos vestiuit pontificē subucula linea. accingēs eū baltheo ⁊ īduēs eū tunica iacīctina ⁊ desup humerale īposuit qd̄ astringēs cingulo aptauit rationali in q̄ erat doctrina ⁊ veitas. Cidariq̄ texit caput ⁊ sup eā cōtra frontē posuit laminā aureā ⁊ ꝯsecratā ī sāctificacōe sic̄ p̄cepat ei dn̄s. Tulit ⁊ vnctionis oleū q̄ liniuit tabernaculū cuꝫ oī supp ellectili sua. Cūq̄ sāctificās aspsissꝫ altare septē vicib⁹ vnxit illud ⁊ oīa vasa ei⁹. labꝝq̄ cū basi sua sanctificauit oleo. Qd̄ fūdēs sup caput aarō: vnxit eū ⁊ ꝯsecrauit. Filios q̄ ei⁹ oblatos cōsecrauit. vestiuitq̄ tunicis lineis ⁊ cinxit baltheis. imposuitq̄ mitr̄s ut iusserat dn̄s. Obtulit et vitulū ꝑ peccato. Cūq̄ sup caput ei⁹ posuisset aarō ⁊ filij ei⁹ man⁹ suas ymolauit eū hauriens sanguineꝫ ⁊ tīcto digito tetigit cornua altaris ꝑgiꝝ. Quo expiato ⁊ sāctificato fudit reliquū sang̃nē ad fūdamēta ei⁹. Adipē vero q̄ eāt sup vitalia ⁊ reticulū iecoris duosq̄ renūculos cū aruinulis suis adoleuit super altare: vitulū cū pelle ⁊ carnib⁹ ⁊ fimo cremās extr̄ castr̄ sic̄ p̄cepat dn̄s. obtulit ⁊ arietē ī holocaustū

Sup cui⁹ caput cū imposuissent
aaron et filij ei⁹ man⁹ suas ymo
lauit eū ⁊ fudit sāguinē ei⁹ p cir
cuitū altaris. Ipsūq; arietez in fru
sta ɔcidēs caput ei⁹ ⁊ artus ⁊ adi
pē adoleuit igni lotis pri⁹ intesti
nis et pedib⁹. Totūq; simul arie
tem incēdit sup altaē eo ꝙ essz ho
locaustū suauissimi odoris dño
sicut p̄cepat ei. Obtulit et arietez
secūdū in ɔsecrationez sacdotū po
suerūtq; sup caput ei⁹ aarō ⁊ filij
eius manus suas. Quem cū ymo
lassz moyses sumēs de sāguine te
tigit extremū auicule dextre aarō
⁊ pollicē manus ei⁹ dextre similit
⁊ pedis. Obtulit ⁊ filios aarō Cū
q; de sāguine arietis ymolati teti
gisset extremū auricule singulo⁊
dextre ⁊ pollices manus ac dextri
pedis reliquū fudit sup altaē p cir
cuitū. Adipē vero ⁊ caudā omēm
q; pinguedinē que operit intesti
na reticulūq; iecoris ⁊ duos renes
cū adipib⁹ suis ⁊ armo dextro se
parauit. Tollēs autez de canistro
azimo⁊ qd erat corā dño panes
absq; fermēto ⁊ colliridaz aspsā
oleo laganūq; posuit sup adipes
⁊ armū dextrū tradens simul oīa
aaron ⁊ filijs ei⁹. Qui postq̄ leua
uerūt ea corā dño rursū suscepta
de manib⁹ eo⁊ adoleuit sup alta
re holocausti eo ꝙ cōsecracōis es
set oblatio in odorē suauitatis sa
crificij dñi. Tulitq; pectusculū ele
uans illud corā dño de ariete ɔse
cracōis in ptez suam sicut p̄cepat
ei dñs Assumēsq; vnguentū ⁊ sā
guinē qui eāt in altari aspsit sup
aaron ⁊ vestimēta ei⁹ ⁊ sup filios
illius ac vestes eorū. Cūq; sāctifi
cassz eos in vestitu suo p̄cepit eis
dicēs. Coquite carnes ante fores
tabnaculi ⁊ ibi comedite eas. Pa
nesq̄ ɔsecracōis edite q̄ positi sūt
in canistro sicut p̄cepit mihi dñs
dicēs. Aaron ⁊ filij eius comedēt
eos. Quicq̄d aūt reliquū fuerit de
carne ⁊ panibus ignis absumet
De ostioq̄ tabnaculi nō exibitis
septē dieb⁹ vsq; ad diem quo im
plebit tempus ɔsecracōis vestre
Septē enim dieb⁹ finit ɔsecratio
sicut in p̄sentiaꝝ factū est ut rit⁹
sacrificij ɔpleret die ac nocte ma
nebitis in tabnaculo obs̄uantes
custodias dñi ne moriamini. Sic
em̄ mihi p̄ceptū ē. Fecerūtq; aarō
⁊ filij eius cūcta q̄ locut⁹ est dñs
per manū moysi. ¶ Ca. ix.

Facto autez octauo die voca
uit moyses aarō ⁊ filios ei⁹
ac maiores natu isrl. dixitq; ad
aaron. Tolle de armēto vitulū p
peccato et arietez in holocaustum
vtrūq; immaculatū ⁊ offer illos
corā dño ⁊ ad filios isrl loq̄ris.
Tolle hircū p peccato ⁊ vitulum
atq; agnū anniculū et sine macu
la in holocaustū: bouē ⁊ arietez p
pacificis ⁊ ymolate eos corā dño
in sacrifitio singulorū simlā ɔsp
sāz oleo offerētes Hodie em̄ dñs
apparebit vobis. Tulerūt ḡ cūcta
que iusserat moyses ad ostiū ta
bernaculi: vbi cū omnis multitu
do astaret ait moyses. Iste est ser
mo quē p̄cepit dñs: facite ⁊ appa
rebit vob̄ gloria eius. Et dixit ad
aaron. Accede ad altare ⁊ ymola
pro peccato tuo Offer holocaustū
⁊ dep̄care p te et pro populo. Cū
q; mactaueris hostiaz populi ora

ꝓ eis sicut p̄cepit dn̄s. Statimq̄ aarō accedēs ad altaē ymolauit vitulū ꝓ peccato suo cui⁹ sanguinez obtulerūt ei filij sui In quo tīgēs digitū tetigit cornuā altaris ⁊ fudit residuuz ad basim eius. Adipemq̄ et renūculos ac reticulū iecoris que sūt ꝓ pctō adoleuit sup altare sicut p̄cepat dn̄s moysi. Carnes vero ⁊ pellē ei⁹ extra castra ɔbussit igni. Imolauit ⁊ holocausti victimaz. Obtuleītq̄ ei filij sui sanguinē ei⁹ quē fudit per altaris circuitū. Ip̄am etiā hostiā in frusta cōcisaz cū capite ⁊ membris singulis obtulerūt que om̄a sup altare cremauit igni. lotis aq̄ prius ītestinis ⁊ pedib⁹. Et ꝓ peccato ꝓpl̄i offerēs. mactauit hircū expiatoq̄ altari fecit holocaustū addens ī sacrifitio libamēta q̄ pariter offerunt ⁊ adolens ea sup altare. absq̄ ceremonijs holocausti matutini. Imolauit ⁊ bouez atq̄ arietē hostias pacificas ꝓpl̄i. Obtulerūtq̄ ei filij sui sanguinē quē fudit sup altare in circuitu. adipē aūt bouis ⁊ caudā arietis renūculosq̄ cū adipib⁹ suis ⁊ reticulū iecoris posuerunt sup pectora. Cūq̄ cremati eēnt adipes sup altare: pectora eoꝝ et armos dextros separauit aarō eleuās corā dn̄o sicut p̄cepat moyses. Et extēdēs manū ad ꝓpl̄m bn̄dixit ei. sicq̄ cōpletis hostijs ꝓ pctō ⁊ holocaustis ⁊ pacificis descēdit. Ingressi aūt moyses ⁊ aarō ī tab̄naculū testimonij ⁊ deīceps egressi bn̄dixerūt ꝓpl̄o. Apparuitq̄ gloria dn̄i oī multitudini ⁊ ecce egressus ignis a dn̄o deuorauit holocaustū ⁊ adipes qui erant sup altare. Qd cū vidissent turbe: laudauerūt dominuz ruentes in faties suas. ¶ Ca. x.

Arreptisq̄ nadab et abiu filij aaron thuribulis suis imposuerūt ignē et incensū desup offerētes corā dn̄o ignē alienū qd eis p̄ceptū non erat Egressusq̄ ignis a dn̄o deuorauit eos ⁊ mortui sūt corā dn̄o. Dixitq̄ moyses ad aarō. Hoc ē qd locut⁹ ē dn̄s. Sāctificabor ī hijs qui appropīquāt m̄ ⁊ ī ɔspectu oīs populi glorificabor. Qd audiens tacuit aarō. Vocatis autē moyses misahele ⁊ elisaphan filijs oziel patrui aaron ait ad eos. Ite ⁊ tollite fratres vestros de ɔspectu sanctuarij ⁊ asportate extra castr̄. Cōfestimq̄ ꝑgētes tulerūt eos sicut iacebāt vestitos lineis tunicis ⁊ eiecerūt foās ut sibi fuerat impatū Locutusq̄ ē moyses ad aarō ⁊ ad eleazar ⁊ ythamar filios eius Capite vr̄a nolite nudare ⁊ vestimēta nolite scīdē ne forte moriamī ⁊ sup oēm cetū oriat̄ indignacō. Frēs vr̄i et oīs dom⁹ isrl̄ plāgāt īcendiū qd dn̄s suscitauit. vos aūt nō egredi emini fores tab̄naculi alioqn̄ ꝑibitis. Oleū q̄ꝓpe sācte vnctōis ē sup vos Qui fecerūt oīa iuxta p̄ceptū moysi. Dixitq̄ dn̄s ad aaron Vinū ⁊ oē qd inebriare pōt nō bibetis tu ⁊ filij tui qn̄ intrabitis in tab̄naculuz testimonij ne moriamī qꝛ p̄ceptū sempiternū ē ī generationes vestras ⁊ ut habeatis sciētiā discernendi int̄ sanctū ⁊ ꝓphanū int̄ pollutū ⁊ mūdū. doceatisq̄ filios isrl̄ oīa legittima mea q̄ locut⁹ ē dn̄s ad eos ꝑ manū moysi

Locutusq̃ est moyses ad aarõ ⁊
ad eleazar ⁊ ythamar filios ei⁹
qui erãt residui Tollite sacrifitiũ
qd̃ remãsit de oblatione dñi ⁊ co
medite illud absq̃ fermẽto iuxta
altare qꝛ sãctũ sanctoꝝ est. Come
detis autẽ in loco scõ qd̃ datũ est
tibi ⁊ filijs tuis de oblacõib⁹ dñi
sicut p̃ceptũ est mihi Pectusculũ
q̃ qd̃ oblatũ est ⁊ armũ qui sepa
tus est edetis in loco mũdissimo
tu ⁊ filij tui ⁊ filie tue tecum. Tibi
em̃ ac libeis tuis reposita sũt de ho
stijs salutaribus filioꝝ isrl̃ eo q̃
armũ et pectus ⁊ adipes q̃ cremã
tur in altari eleuauerũt corã dño
⁊ ꝑtineãt ad te et ad filios tuos
lege ꝑpetua sicut p̃cepit dñs. Int̃
hec hircũ qui oblat⁹ fuerat ꝓ pec
cato cũ quereret moyses exustuꝫ
repit iratusq̃ cõ eleazar ⁊ ytha
mar filios aaron qui remãserãt
ait. Cur nõ comedistis hostiaꝫ ꝓ
peccato in loco scõ que sanctasan
ctoꝝ est ⁊ data vob̃ ut portetis ini
quitatẽ multitudinis ⁊ rogetis ꝓ
ea in cõspectu dñi pres̃tim cũ de sã
guine illius nõ sit illatũ intra sã
cta ⁊ comedere debueratis eã in sã
ctuario sicut p̃ceptũ est mihi. Res
põdit aaron. Oblata est hodie vi
ctima ꝓ peccato et holocaustũ co
ram dño: mihi autẽ accidit qd̃ vi
des. Qũo potui comedere eam aut
placere dño in cerimonijs mente
lugubri. Qd̃ cũ audisset moyses
recepit satisfactionẽ. ¶ Ca. xi.

Locutus ẽ dñs ad moysẽ et
aaron dicẽs dicite filijs isrl̃
Custodite oĩa que scripsi vob̃ ut
sim deus vester. Hec sũt animalia
que ꝯmedere debetis de cũctis ani
mãtibus terre. Om̃e qd̃ habet di
uisaꝫ vngulaꝫ et ruminat ĩ pecori
bus ꝯmedetis. Quicq̃d aũt rumi
nat ⁊ habet vngulaꝫ sed nõ diui
dit eã sicut camelus et cetera nõ
comedetis illud ⁊ int̃ immũda re
putabitis Cirogrillus q̃ ruminat
vngulãq̃ non diuidit immũdus
est: lepusq̃ nã et ipse ruminat ꝫ
vngulam nõ diuidit ⁊ sus q̃ cum
vngulã diuidat non ruminat ho
rum carnib⁹ nõ vescemini nec ca
dauera ꝯtingetis qꝛ immũda sũt
vobis. Hec etiã sũt que gignũtur
in aquis et vesci licitũ est. Omne
qd̃ habꝫ pẽnulas ⁊ squamas tã
in mari q̃ in fluminib⁹ ⁊ stagnis
comedetis. Quicq̃d aũt pennulas
⁊ squamas nõ habet eorum q̃ in
aquis mouẽt̃ ⁊ viuũt abhomina
bile vob̃ execrandũq̃ eit Carnes
eoꝝ nõ comedetis et morticina vi
tabitis. Cũcta que nõ habẽt pen
nulas et squamas ĩ aq̃s polluta
erũt. Hec sũt que de auib⁹ ꝯmede
re nõ debetis ⁊ vitanda sũt vobis
Aquilã ⁊ griphũ et alietũ et mil
uũ ac vulturem iuxta gen⁹ suũ ⁊
om̃e coruini geneis in similitudi
nem suã strucõnẽ ⁊ noctuã ⁊ laꝝ
⁊ accipitrẽ iuxta genus suũ bubo
nem ⁊ mergulũ ⁊ ibin ⁊ cignũ ⁊
onocrotalũ et porphirionem he
rodionẽ ⁊ caradriõ iuxta genus
suũ vpupãq̃ ⁊ vesp̃tilionẽ. Om̃e
de volucrib⁹ qd̃ gradit̃ sup q̃tuor
pedes abhominale erit vob̃. Quic
quid aũt ambulat quidẽ sup q̃tu
or pedes ꝫ habet lõgiora retro cru
ra ꝑ que salit sup terrã comedere
debetis ut est brucus ĩ genere suo
⁊ atthacus atq̃ ophiomachus

atq; locusta singula iuxta genus
suū. Qui cq̄d aūt ex volucrib⁹ q̄tu
or tm̄ habet pedes execrabile erit
vob̄ et quicūq; morticina eoꝝ teti
gerit polluet̄ ⁊ erit immūd⁹ vsq;
ad vesperū ⁊ si necesse fuerit ut por
tet quippiā horū mortuū lauabit
vestimenta sua ⁊ īmūd⁹ erit vsq;
ad occasū sol. Om̄e aīal qd̄ habz
quidē vngulaz ꝫ nō diuidit eam
nec ruminat: immūdū erit ⁊ quic
q̄d tetigerit illud ꝯtaminabitur.
Qd̄ ambulat sup man⁹ ex cūctis
animātib⁹ que īcedūt quadrupe
dia: īmūdū erit. Qui tetigerit mor
ticina eoꝝ polluet̄ vsq; ad vesperꝝ
⁊ q̄ portauerit huiuscemodi cada
uera lauabit vestimēta sua et im
mūd⁹ erit vsq; ad vesp̄m. qꝛ oīa
hec immūda sūt vobis. Hecq̄ int̄
polluta reputabunt̄ de hijs q̄ mo
uent̄ in terra: mustela ⁊ mus ⁊ co
codrillus singula iuxta gen⁹ suū
migale cameleon ⁊ stellio ⁊ lacer
ta ⁊ talpa: oīa hec immūda sunt
Qui tetigerit morticina eoruz īmū
d⁹ erit vsq; ad vesperū ⁊ sup quē
ceciderit quicq̄ de morticinis eoꝝ
polluet̄. Tam vas ligneū ⁊ vesti
mentū q̄ pelles ⁊ cilitia et in quo
cūq; fit opus tingent̄ aq̄ et pollu
ta erūt vsq; ad vesperꝝ ⁊ sic postea
mūdabunt̄. Vas aūt fictile ī qd̄
horꝝ quicq̄ intro ceciderit polluet̄
⁊ ideo frangendū ē. Oīs cibz quē
comedetis si fusa fuerit sup eū aq̄
immūd⁹ erit ⁊ oē liquens qd̄ bi
bit̄ de vniuerso vase īmūdū erit
Et quicq̄d de morticinis huiusce
modi ceciderit sup illud īmūdum
erit siue dibani siue citropedes de
struent̄ et īmundi erūt. Fontes
vero ⁊ cisterne ⁊ oīs aquaꝝ ꝯgre
gatio munda erit. Qui morticinū
eoruz tetigerit polluet̄. Si ceciderit
sup sementē nō polluēt eā. sinau
tē quispiā aqua sementē ꝑfudeit
⁊ postea morticinis tacta fuerit: ili
co polluet̄. Si mortuū fuerit am̄al
qd̄ licet vob̄ comedere q̄ cadauer
ei⁹ tetigerit immūd⁹ erit vsq; ad
vesperꝝ. Et qui comederit ex eo q̄p
piam siue portauerit lauabit ve
stimēta sua ⁊ immund⁹ erit vsq;
ad vesperꝝ. Oē qd̄ reptat sup t̄raz
abhominabile erit nec assumet̄ ī
cibū Quicq̄d sup pectus q̄drupes
gradit̄ et multos hz pedes siue ꝑ
humū tr̄hit̄ nō comedetis. qꝛ ab
hominabile ē. Nolite cōtaminare
aīas vrās nec tangatis q̄cq̄ eoꝝ
ne īmūdi sitis. Ego sū dn̄s de⁹ vr̄
Sācti estote. qꝛ ego sāct⁹ sū ne pol
luatis aīas vrās ī oī reptili quod
mouet̄ sup terrā. Ego eī sū dn̄s q̄
eduxi vos de terra egipti ut eēm
vobis in deū. Sācti eitis. qꝛ ego sā
ctus sū. Ista ē lex animantiū ac vo
lucꝝ ⁊ oīs aīe viuentis q̄ mouet̄
in aqua ⁊ reptat in terra: ut diffe
rētias noueritis mūdi ⁊ immūdi
⁊ ut sciatis quid comedere ⁊ r̄spu
ere debeatis. ¶ Ca. xij.

Locutusq; ē domin⁹ ad moy
sen dicens. Loquere filijs is
rahel ⁊ dices ad eos. Mulier si su
scepto semine pepit masculū īmū
da erit septē diebus iuxta dies se
pacōnis menstrue ⁊ die octauo
circūcidetur infantulus: ip̄a vero
trigintatrib⁹ diebus manebit in
sāguine purificacōis sue. Oē scm̄
nō tāget nec īgredieť ī scūariū do
nec impleant̄ dies purgacōis sue

Sinaũt feminã peperit immũda
erit duabꝰ ebdomadibꝰ iuxta ritũ
fluxus mẽstrui et sexagintasex di
ebus manebit in sanguine puri
ficacõis sue. Cũq; expleti fuerint
dies purificacõis sue ꝑ filio siue
ꝑ filia deferet agnũ anniculum ĩ
holocaustũ ⁊ pullum colũbe siue
turturẽ ꝑ peccato ad ostiũ tabna
culi testĩonij ⁊ tradet sacdoti q̃ of
feret illa corã dño et orabit ꝑ ea
⁊ sic mũdabit a ꝓfluuio sangui
nis sui. Ista ẽ lex pariẽtis mascu
lũ aut feminã Qd si nõ inuenerit
manꝰ eius nec potuerit offerre ag
nũ sumet duos turtures vel duos
pullos colũbarũ vnũ in holocau
stũ ⁊ alterꝫ ꝑ pctõ. Orabitq; ꝑ ea
sacdos ⁊ sic mũdabit. ¶ Ca. xiij.

Locutusq; est dñs ad moysẽ
⁊ aaron dicẽs. Homo in cu
ius cute et carne ortus fuerit diu
sus color siue pustula aut lucens
quippiã id est plaga lepre addu
cet ad aarõ sacdotẽ vel ad vnum
quẽlibet filioꝝ eius Qui cũ videit
leprã in cute et pilos in albũ mu
tatos colorẽ ipsãq; speciem lepre
humiliorez cute et carne reliq̃ pla
ga lepre est ⁊ ad arbitriũ eius se
parabit Sinaũt lucẽs cãdor fuerit
in cute nec humilior carne reliq̃ ⁊
pili coloris pristini reducet eũ sa
cerdos septẽ diebus ⁊ ꝯsiderabit
die septĩo. Et si quidẽ lepra vltra
nõ creuerit nec trãsierit ĩ cute pri
ores terminos: rursũ reducet eũ
septẽ diebꝰ alijs ⁊ die septĩo ꝯtẽ
plabit Si obscurior fuerit lepra ⁊
non creuerit in cute mundabit eũ
q̃ scabies est: lauabitq; homo ve
stimẽta sua ⁊ mundus erit. Qd si
postq̃ a sacdote visus est ⁊ reddi
tus mũdicie iterũ lepra creuerit
adducet ad eũ ⁊ immũdicie ꝯdẽ
nabit. Plaga lepre si fuerit in ho
mine adducet ad sacdotẽ ⁊ vide
bit eũ. Cũq; color albus ĩ cute fu
erit ⁊ capilloꝝ mutauerit aspectũ
ipsaq̃ caro viua apparuerit lepra
vetustissima iudicabit atq; inoli
ta cuti. Cõtaminabit itaq; eũ sac
dos ⁊ non reducet q̃ ꝑspicue im
mũdicie est. Sinaũt efflorueit dis
currẽs lepra in cute ⁊ opueit om
nez carnez a capite vsq; ad pedes
q̃cq̃d sb aspectu oculoꝝ cadit ꝯsi
derabit eũ sacdos et teneri lepra
mũdissima iudicabit eo q̃ omis ĩ
candorem v̇sa sit ⁊ idcirco homo
mũdus erit. Quando vero caro vi
uens ĩ eo apparuerit tũc sacdotis
iuditio polluet ⁊ int immũdos re
putabit Caro em̃ viua si lepra as
pergit immũda est. Qd si rursum
v̇sa fuerit in alborẽ et totũ hominẽ
opuerit cõsiderabit eũ sacdos et
mũdum esse decernet Caro aũt ⁊
cutis ĩ qua vlcus natũ est ⁊ sana
tum ⁊ ĩ loco vlceris cicatrix alba
apparuerit siue subrufa adducet
homo ad sacerdotẽ. Qui cũ viderit
locũ lepre huĩliorez carne reliq̃ et
pilos v̇sos in cãdorẽ ꝯtaminabit
eũ. Plaga em̃ lepre orta ẽ in vlce
re. Qd si pilus coloris ẽ pristini et
cicatrix subobscura ⁊ vicina car
ne nõ est huĩlior reducet eũ sep
tez diebꝰ. Et si quidẽ creuerit adiu
dicabit eũ lepre. sinaũt steterit in
loco suo vlceris est cicatrix et ho
mo mũdus erit. Caro aũt ⁊ cutis
quaz ignis exusserit et sanata al
baz siue rufaz habuerit cicatricẽ

ɔsiderabit eā sacerdos. Et ecce ver
sa ē in alborē ⁊ locus eius reliqua
cute ē humilior: cōtamīabit eū. qꝛ
plaga lepre in cicatrice orta ē. Qꝫ
si pilorꝫ color nō fuerit īmutatus
nec humilior plaga carne reliq̄ ⁊
ip̄a lepre speties fuerit sb̄ obscuā
recludet eū septē dieb⁹ ⁊ die septi
mo ɔtēplabit̄. Si creuerit in cute
lepra ɔtaminabit eū. sinaūt in lo
co suo cādor steterit nō satis dar⁹
plaga ɔbustionis ē ⁊ idcirco mū
dabit̄. qꝛ cicatrix ē ɔbusture. Vir
siue mulier in cui⁹ capite vel bar
ba germinauerit lep̄: videbit eos
sacerdos. Et si quidē humilior fue
rit locus carne reliq̄ et capill⁹ fla
uus. solitoqꝫ sb̄tilior ɔtaminabit
eos. qꝛ lepra capitis ac barbe est
Sinaūt viderit locū macule eq̄lez
vicine carni ⁊ capillū nigꝛ: reclu
det eos septē diebꝫ ⁊ die septimo
intuebit̄. Si nō creuerit macula ⁊
capillus sui coloris ē ⁊ locus pla
ge carni reliq̄ equal̄: radet̄ homo
absqꝫ loco macule ⁊ r̄cludet̄ septē
diebus aliis. Si die septimo visa
fuerit stetisse plaga ī loco suo. nec
humilior carne reliq̄ mūdabit eū
lotisqꝫ vestib⁹ suis mundus erit.
Sinaūt post emūdacōem rursus
creuerit macula in cute nō queret
ampli⁹ vtꝛ capillus in flauū co
lorē sit ɔmutatus. qꝛ apte immū
dus est. Porro si steterit macula
⁊ capilli nigri fuerint: nouerit ho
minē sanatū eē ⁊ ɔfident̄ eū ꝓnū
tiet mūdū. Vir siue mulier ī cui⁹
cute cādor apparuerit: intuebitur
eos sacerdos. Si dep̄henderit sub
obscuꝛ alborē lucere in cute: sciat
nō eē leprā. sed maculam coloris
candidi ⁊ hominez mundū. Vir
de cuius capite capilli fluūt calu⁹
⁊ mund⁹ est. Et si a fronte cecide
rint pili: recaluaster ⁊ mūd⁹ est.
Sinaūt in caluitio siue in recalua
tione albus vel rufus color fuerit
exortus ⁊ hoc sacerdos viderit: cō
dēnabit eum. haut dubie lepre q̄
orta ē ī caluicō Quicūqꝫ ḡ macula
tus fuerit lep̄r ⁊ sepatus ē ad ar
bitriū sacerdotis. hēbit vestimēta
dissuta. caput nudū. os veste ɔte
ctū. cōtaminatū ac sordidū se cla
mabit. Omī tpe quo leprosus ē ⁊
immūd⁹: solus habitabit extra
castra. Vestis lanea siue linea q̄
leprā habuerit in stamīe atqꝫ sb̄
tegmīe ā certe pell̄ vel quicq̄d ex
pelle cōfectū ē: si alba vel rufa ma
cula fuerit īfecta: lepra reputabit̄
oñdet̄qꝫ sacerdoti. Qui ɔsideratā re
cludet septē diebꝫ ⁊ die septīo rur
sus aspitiēs si dep̄henderit creuisse
lepra ꝑseuerans ē: pollutū indica
bit vestimentū ⁊ oē in q̄ fuerit in
uēta ⁊ idcirco ɔburet̄ flāmis. Qꝫ
si eā viderit non creuisse: p̄cipiet
et lauabunt id in quo lepra est
recludetqꝫ illud septē dieb⁹ aliis.
Et cū videit fatiē quidē p̄stinā nō
reuersā nec tñ creuisse leprā: īmū
dū iudicabit ⁊ igne ɔburet eo q̄
infusa sit in sup̄fitie vestimēti vel
ꝑ totū lepra. Sinaūt obscurior fu
erit locus lepre postq̄ vestis ē lo
ta abrūpet eum ⁊ a solido diuidet
Qꝫ si vltra apparuerit in hiis lo
cis que p̄us īmaculata erāt lep̄r
volatilis ⁊ vaga debet igne ɔburi
Si cessauerit lauabit aq̄ ea q̄ pura
sūt secūdo ⁊ mūda erunt. Ista est
lex lepre vestimenti lanei et linei

stamimis atq; subtegmis omisq;
supellectilis pellicee quo mūdari
debeat vel ɔtaminari. ¶ Ca. xiiij.

Locutusq; est dñs ad moysē
dicēs. Hic ē ritus leprosi qñ
mūdatus est. Adducet ad sacdo
tem. Qui egressus de castris cū in
uenerit leprā esse mūdatam pci
piet ei q̄ purificat ut offerat duos
passeres viuos ꝑ se quos vesci li
citū est ⁊ lignū cedrinū v̄miculū
q; ⁊ ysopū Et vnū ex passeribus
ymolari iubebit in vase fictili sup
aquas viuētes: aliū aūt viuū cū
ligno cedrino ⁊ cocco et ysopo ti
get in sanguine passeris ymolati
q̄ asperget illū q̄ mūdādus est sep
ties ut iure purget ⁊ dimittet pas
serē viuū ut in agrū auolet Cūq;
lauerit homo vestimēta sua radet
oēs pilos corporis et lauabit aq̄
purificatusq; ingrediet castra ita
dumtaxat ut maneat extra taber
naculū suū septē dieb⁹ et die sep
tīa radet capillos capitis. barbā
q; ⁊ supcilia ac toci⁹ corporis pi
los. Et lotis rursū vestib⁹ ⁊ corpe
die octauo assumet duos agnos
immaculatos ⁊ ouē ānicula abs
q; macula et tres decimas simile
sacrificiū q̄ ɔspersa sit oleo ⁊ seor
sum olei sextariū. Cūq; sacdos pu
rificās hoīem statuerit eum ⁊ hec
omnia corā dño in ostio taberna
culi testimonij tollet agnū ⁊ offe
ret eū ꝑ delicto oleiq; sextariuz. Et
oblatis ante dñm omibus ymo
labit agnū vbi solet ymolari ho
stia ꝑ peccato ⁊ holocaustū id est
in loco scō. Sicut em̄ ꝑ pctō ita et
pro delicto ad sacerdotē ptinet ho
stia. Sāctasanctoꝝ est. Assumēs
q; sacdos de sanguine hostie que
ymolata est ꝑ delicto ponet super
extremū auricule dextre ei⁹ q̄ mū
dat et sup pollices manus dextre
⁊ pedis ⁊ de olei sextaio mittet in
manum suā sinistrā tingetq; digi
tū dextrū in eo ⁊ asperget corā dño
septies. Qd autē reliquū est olei ī
leua manu fūdet sup extremū au
ricule dextre eius q̄ mūdat ⁊ super
pollices manus ac pedis dextri et
sup sanguinē q̄ effusus est ꝑ deli
cto ⁊ sup caput ei⁹. Rogabitq; ꝑ
eo corā dño et faciet sacrificiū ꝑ
pctō. Tūc ymolabit holocaustū
et ponet illud in altari cū libamē
tis suis ⁊ homo rite mūdabit Qd
si paup est ⁊ nō potest man⁹ ei⁹
inuenire q̄ dicta sunt ꝑ delicto su
met agnū ad oblacōez ut roget
pro eo sacdos. decimazq; ptē simi
le ɔsperse oleo in sacrificiū et olei
sextariū duosq; turtures siue du
os pullos colūbe quorū vnus sit
pro peccato ⁊ alter in holocaustū
offeretq; ea die octauo purificati
onis sue sacerdoti ad ostiū tabna
culi testimonij coraz dño. Qui sus
cipiēs agnū ꝑ delicto ⁊ sextarium
olei leuabit simul ymolatoq; ag
no de sanguine ei⁹ ponet sup ex
tremū auricule dextre eius q̄ mū
dat et sup pollices man⁹ eius ac
pedis dextri. Olei vero ptē mittet ī
manum suā sinistrā in quo tīgēs
digituz dextre man⁹ asperget sepci
es corā dño tāgetq; extremū dex
tre auricule illius q̄ mūdat ⁊ pol
lices manus ac pedis dextri ī loco
sanguīs q̄ effusus est pro delicto
Reliquaz aūt ptez olei que est in
sinistra manu mittet super caput

purificati ut placet ꝑ eo dominū
⁊ turturē siue pullū columbe offe
ret: vnū ꝑ delicto ⁊ alterꝫ in holo
caustū cū libamentis suis. Hoc ē
sacrifitiū leprosi. q̄ habere nō pōt
oīa in emūdacōeꝫ sui. Locutusqꝫ ē
dn̄s ad moysē ⁊ aarō dicēs Cūqꝫ ī
gressi fueritis terrā chanaā quā
ego dabo vob̄ in possessionē si fue
rit plaga lepre in edib⁹ ibit cui⁹
est domus nūtians sacerdoti ⁊ di
cet. Quasi plaga lepre videt̄ mihi
eē in domo mea At ille p̄cipiet ut
efferant̄ vniuersa de domo prius
q̄ ingrediat̄ eam ⁊ videat vtꝫ le
prosa sit: ne immūda fiant oīa q̄
in domo sunt. Intrabitqꝫ postea
ut ꝯsideret leprā dom⁹ ⁊ cū videit
in pietibus illius q̄si valliculas
pallore siue rubore deformes ⁊ hu
miliores supfitie reliqua egredieť
ostiū dom⁹ ⁊ stati claudet illam se
ptez dieb⁹. reuersusqꝫ die septio cō
siderabit eaꝫ Si inuenerit creuisse
leprā iubebit erui lapides in q̄bꝫ
lepra est ⁊ ꝓitiet eos extra ciuita
tē in locū immundū. domū autez
ip̄am radi intrinsecus ꝑ circuitū ⁊
spgi puluerē rasure extra vrbē in
locū immunduꝫ. lapidesqꝫ alios
reponi ꝑ hijs q̄ ablati fuerant et
luto alio liniri domū Si aūt postq̄
eruti sūt lapides ⁊ puluis elatus
et alia t̄ra lita ingressus sacerdos
viderit reuersaꝫ leprā ⁊ pietes re
spsos macul: lepra ē ꝑseuerās ⁊
īmūda dom⁹. Quaꝫ stati destruēt
et lapides ei⁹ ac ligna atqꝫ vniū
sū puluerē ꝓitiēt extra opidū in
locū immūdū. Qui intrauerit do
mum quando clausa est immun
dus erit vsqꝫ ad vesperum ⁊ qui
dormierit in ea ⁊ comederit quip
piaꝫ lauabit vestimenta sua. Qd̄
si introiens sacerdos videit leprā
nō creuisse in domo postq̄ denuo
lita fuerit: purificabit eaꝫ reddita
sanitate. Et in purificacōne ei⁹ su
met duos passeres lignūqꝫ cedri
num ⁊ vermiculū atqꝫ ysopuꝫ et
ymolato vno passere in vasi ficti
li sup aquas viuas tollet lignū
cedrinū ⁊ ysopū ⁊ coccuꝫ ⁊ passe
reꝫ viuū ⁊ tinget oīa in sanguine
passeris ymolati atqꝫ in aq̄s vi
uentibus ⁊ aspget domū septies
purificabitqꝫ eā taꝫ ī sāguine pas
seris q̄ in aquis viuētib⁹ ⁊ ī pas
sere viuo. lignoqꝫ cedrino et yso
po atqꝫ vermiculo. Cūqꝫ dimiseit
passerē auolare in agꝫ libere: ora
bit ꝑ domo ⁊ iure mūdabit̄. Ista
ē lex oīs lepre et ꝑcussure lepre ve
stiū ⁊ domoꝝ cicatricis ⁊ erūpen
tiū papulaꝝ. lucētis macule et in
varias speties colorib⁹ īmutatis:
ut possit sciri q̄ tempe mūdū q̄d
vel immundū sit. ¶ Ca. xv.

Locutusqꝫ ē dn̄s ad moysē ⁊
aaron dicens. Loquimini fi
lijs isrl̄ ⁊ dicite eis Vir q̄ patitur
fluxū seminis immūd⁹ erit ⁊ tūc
iudicabit̄ huic vitio subiacere cū
ꝑ singula momenta adheseit car
ni ei⁹ atqꝫ ꝯcreuerit fedus humor
Omne stratū in q̄ dormierit immū
dū erit ⁊ vbicūqꝫ sederit. Siquis
hoīm tetigerit lectū ei⁹ lauabit ve
stimēta sua ⁊ ip̄e lotus aq̄ īmūd⁹
erit vsqꝫ ad vesperꝫ Si sederit vbi
ille sederat ⁊ ip̄e lauabit vestimē
ta sua ⁊ lotus aqua immūd⁹ erit
vsqꝫ ad vesperꝫ. Qui tetigerit car
nem ei⁹ lauabit vestimenta sua

ꝛ ipse lotus aqua immūdus erit
vsq; ad vesperꝝ. Si salinā huiusce
modi homo iecerit sup eū qui mū
dus est lauabit vestimēta sua et
lotꝰ aqua immūdus erit vsq; ad
vesperū. Sagina sup qd̄ sederit im
mūdū erit ꝛ quicq̄d sub eo fuerit
qui fluxū seminis patitur pollutū
erit vsq; ad vesperū. Qui portaue
rit horū aliq̄d lauabit vestimēta
sua ꝛ ipse lotus aqua immūdus
erit vsq; ad vesp̄m. Omnis quez
tetigeit q̄ talis est nō lotis añ ma
nibus lauabit vestimenta sua ꝛ
lotꝰ aq̄ immūdus erit vsq; ad ves
perū. Vas fictile qd̄ tetigerit ꝯfri
get̄: vas aūt ligneū lauabit̄ aq̄.
Si sanatꝰ fuerit q̄ hmōi sustinet
passionez numerabit septez dies
post emūdationē sui ꝛ lotis vesti
bus ꝛ toto corpe in aquis viuēti
bus erit mūdus. Die aūt octauo
sumet duos turtures ā duos pul
los colūbe ꝛ veniet in ꝯspectu dñi
ad ostiū tabernaculi testīonij da
bitq; eos sacerdoti. Qui faciet vnū
pro peccato ꝛ alterꝝ in holocaustū
rogabitq; ꝓ eo corā dño ut emū
detur a fluxu seminis sui. Vir de q̄
egredit̄ semen coitus lauabit aq̄
om̄e corpus suū ꝛ immūdus erit
vsq; ad vesperū. Vestē et pellem
quā habueit lauabit aqua ꝛ im
mūda erit vsq; ad vesp̄m. Mulier
cū qua coieit lauabit̄ aqua ꝛ im
mūda eit vsq; ad vesperū. Mulier
que redeūte mēse patit̄ fluxū san
guinis septē diebꝰ separabitur.
Om̄is q̄ tetigeit eaz immūdus eit
vsq; ad vesperū ꝛ locus ī quo dor
mierit vel sederit diebꝰ separatio
nis sue polluet̄. Qui tetigerit lectū
suū lauabit vestimēta sua ꝛ ipse
lotus aq̄ immūdus erit vsq; ad
vesp̄m. Om̄e vas sup qd̄ illa sede
rit quisquis attigerit lauabit ve
stimēta sua ꝛ ipse lotus aq̄ pollu
tus erit vsq; ad vesp̄m. Si coieit
cū ea vir tp̄e sāguinis mēstrual̄
immūdus erit septē diebꝰ ꝛ om̄e
stratū in q̄ dormierit polluet̄. Mu
lier que patit̄ multis diebꝰ fluxū
sanguinis nō in tēpore mēstruali
vel q̄ post mēstruū sanguinē flue
re non cessat: q̄ꝑdiu sb̄iacet huic
passioni immūda erit q̄si sit in tē
pore mēstruo Om̄e stratū in quo
dormierit ꝛ vas in quo sederit pol
lutū erit. Quicūq; tetigerit eaz la
uabit vestimēta sua et ipse lotus
aqua immūdus erit vsq; ad ves
perū. Si steterit sanguis ꝛ fluere
cessauerit numerabit septez dies
purificacōis sue ꝛ die octauo offe
ret ꝓ se sacerdoti duos turtures ā
duos pullos colūbarū ad ostiū
tab̄naculi testimonij qui vnū fa
tiet ꝓ pctō et alterꝝ in holocaustū
rogabitq; ꝓ eo corā dño ꝛ ꝓ fluxu
immūdicie eius. Docebitis ergo
filios isrl̄ ut caueāt immūditias
et nō moriātur in sordibꝰ suis cū
polluerint tab̄naculū meū qd̄ est
inter eos. Ista est lex eius q̄ pati
tur fluxū semīs et q̄ polluit̄ coitu
et q̄ menstruis tp̄ibꝰ sepat̄ vel q̄
iugi fluit sāguine ꝛ hominis qui
dormierit cū ea. ¶ Ca. xvi.

Locutusq; ē dñs ad moysen
Post mortē duoꝝ filioꝝ aa
ron qñ offerētes ignē alienū int̄
fecti sūt. Et p̄cepit ei dicēs. Loq̄re
ad aaron frēz tuū ne oī tempe in
grediat̄ sāctuariū qd̄ ē intra velū

corā ꝓpitiatorio quo tegit̄ archa
ut nō moriat̄. qꝛ in nube apparebo
sup oraculū. nisi hec añfecerit. Vi
tulū ꝓ peccato offeret ⁊ arietē ī ho
locaustū. Tunica linea vestiet̄: fe
minalib⁹ lineis verenda celabit.
Accīget̄ zona linea: cidarī lineā
imponet capiti. Hec em̄ vestimē
ta sūt sācta: quib⁹ cūctis cū lotus
fuerit īduet̄. Suscipietqꝫ ab vniū
sa multitudine filiorū isrl̄ duos
hircos ꝓ peccato ⁊ vnū arietē in
holocaustū. Cūqꝫ obtulerit vitulū
⁊ orauerit ꝓ se ⁊ ꝓ domo sua du
os hircos stare fatiet corā dño ī
ostio tabnaculi testīonij: mittēs
qꝫ sup vtrūqꝫ sortē. vnā dño ⁊ al
teraꝫ capro emissario cui⁹ exierit
sors dño offeret illū ꝓ peccato: cu
ius aūt ī caprū emissariū: statuit
eū viuū coraꝫ dño ut fūdat p̄ces
sup eū ⁊ emittat eū in solitudinē
Hijs rite celebratis offeret vitulū
⁊ rogās ꝓ se et ꝓ domo sua ymo
labit euꝫ. Assumptoqꝫ thuribulo
qđ de prunis altaris impleuerit ⁊
hauriēs māu ꝯpositū thimiama
in incensū vltra velū ītrabit ī san
cta ut positis sup ignē aromatibꝫ
nebula eoꝝ ⁊ vapor opiat oracu
lū qđ ē sup̄ testimoniū ⁊ nō mori
at̄. Tolletqꝫ de sāguine vituli et
aspget digito septies ꝯtra ꝓpitia
toriū ad orientē. Cūqꝫ mactaueit
hircū ꝓ pctō ꝓpli inferet sāguineꝫ
ei⁹ intra velū sicut p̄ceptuꝫ ē de sā
guīe vituli ut aspgat e regiōe ora
culi et expiet scūariū ab immūdi
cijs filioꝝ isrl̄ ⁊ a p̄uaricacōnibꝫ
eoꝝ cūctisqꝫ pctis. Juxt̄ hūc ritū fa
tiet tabnaculo testimonij qđ fixū
ē inter eos in medio sortiuꝫ habi
tacōnis eoꝝ. Nullus hoīm sit ī ta
bernaculo qñ pōtifex sanctuariū
ingredit̄ ut roget ꝓ se et ꝓ domo
sua ⁊ ꝓ vniuerso cetu isrl̄: donec
egrediat̄ tabernaculū. Cū aūt exi
erit ad altare qđ corā dño ē oret
ꝓ se ⁊ sūptū sanguinē vituli atqꝫ
hirci fundat sup cornua ei⁹ ꝑ gi
rū. aspergensqꝫ digito septies ex
piet ⁊ sanctificet illud ab immun
dicijs filioꝝ isrl̄. Postq̄ emūda
uerit sanctuariū ⁊ tabernaculū ⁊
altare: tūc offerat hircū viuenteꝫ
et posita vtraqꝫ manu sup caput
ei⁹ cōfiteat̄ oēs iniq̄tates filioꝝ is
rahel ⁊ vniuersa delicta atqꝫ pecca
ta eoruꝫ que imprecās capiti eius
emittet illū ꝑ hominē paratū ī de
sertū. Cūqꝫ portauerit hircū oēs
iniq̄tates eoꝝ in terrā solitariā ⁊
dimissus fuerit in deserto reuerte
tur aarō ī tabernaculū testimonij
⁊ depositis vestib⁹ quib⁹ prius ī
dutus erat cū intraret sāctuariuꝫ
relictisqꝫ ibi lauabit carnē suā in
loco sancto. īduet̄qꝫ vestib⁹ suis
Et postq̄ egressus obtulerit holo
caustū suū ac plebis rogabit tam
ꝓ se q̄ ꝓ ꝓplo ⁊ adipē qui oblat⁹
est ꝓ peccatis adolebit sup altare
Ille vero qui dimiserit capꝝ emis
sariū lauabit vestimēta sua ⁊ cor
pus aqua ⁊ sic ingrediet̄ in castr̄
Vitulū autēꝫ ⁊ hircū q̄ ꝓ peccato
fuerāt ymolati et quoꝝ sanguis
illatus ē in sāctuariū ut expiatio
cōpleret̄: asportabūt foras castra
⁊ ꝯburēt igni taꝫ pelles q̄ carnes
eoꝝ ac fimū et quicūqꝫ ꝯbusserit
ea lauabit vestimēta sua ⁊ carnē
aq̄ ⁊ sic ingrediet̄ castra. Eritqꝫ vo
bis hoc legittimum sempiternuꝫ

Mense autez septimo decima die
mensis affligetis aīas vrās: nul
lūqꝫ opus facietis siue indigena
siue aduena q̄ pegrinant̄ int̄ vos
In hac die expiatio erit vestri at
qꝫ mūdatio ab omīb⁹ pctīs vr̄is
corā dn̄o mūdabimini. Sabbatū
em̄ requiecōis est ⁊ affligetis ani
mas vrās religione ꝑpetua Expi
abit autē sacdos q̄ vnctus fuerit
⁊ cui⁹ man⁹ iniciate sūt ut sacdo
tio fūgat̄ ꝓ pr̄e suo. Induetur qꝫ
stola linea ⁊ vestib⁹ sāctis et ex
piabit scūariū et tab̄naculū testi
monij atqꝫ altare sacerdotesq̄ꝫ ⁊
vniuersū ꝓpl̄m. Eritqꝫ hoc vob̄ le
gittimū sempiternū ut oretis ꝓ fi
lijs israhel ⁊ ꝓ cūctis pctīs eoꝝ se
mel ī anno. Fecit igit̄ sicut p̄cepe
rat dn̄s moysi. ¶ Ca. xvij.

Et locutus est dn̄s ad moy
sen dicēs. Loq̄re aaron et fi
lijs eius ⁊ cūctis filijs isrl̄ dicens
ad eos. Iste est sermo quez man
dauit dn̄s dicēs. Homo quilibet
de domo isrl̄ si occiderit ouez ā bo
uez siue caprā in castris vel extra
castra ⁊ nō obtulerit ad ostiū ta
bernaculi oblacōem dn̄o sangui
nis reus erit. Quasi si sāguinē fu
derit sic peribit de medio ꝓpl̄i sui.
Ideo sacdoti offerre debēt filij isra
hel hostias suas quas occidunt ī
agro ut sāctificētur dn̄o ante osti
um tab̄naculi testimonij et ymo
lent eas hostias pacificas dn̄o.
Fūdetqꝫ sacdos sāguinē sup alta
re dn̄i ad ostiū tab̄naculii testīo
nij ⁊ adolebit adipē in odorez sua
uitatis dn̄o ⁊ nequaq̄ vltra ymo
labūt hostias suas demonib⁹ cū
quib⁹ fornicati sūt. Legittimuz sē
piternū erit illis ⁊ posteris eorū.
Et ad ipsos dices. Homo de filijs
isrl̄ ⁊ de aduenis q̄ peregrinātur
apud vos q̄ obtuleit holocaustū
siue victimā ⁊ ad ostiū tab̄naculi
testimonij nō adduxerit eam ut
offerat̄ dn̄o interibit de ꝓpl̄o suo.
Homo quilibet de domo isrl̄ ⁊ de
aduenis q̄ peregrinātur inter vos
si comederit sāguinez obfirmabo
faciē meā ɔtra animā illius ⁊ dis
perdaz eam de ꝓpl̄o suo qꝛ aīa car
nis in sāguine est ⁊ ego dedi illū
vobis ut sup altare in eo expietis
pro aīabus vestris ⁊ sāguis pro
anime piaculo sit. Idcirco dixi fi
lijs israhel. Omnis aīa ex vob̄ nō
comedet sāguinē nec ex aduenis
qui pegrināt̄ apud vos. Homo
quicūqꝫ de filijs israhel ⁊ de adue
nis q̄ pegrinant̄ apud vos si ve
nacōne atqꝫ aucipio ceperit ferā
vel auez quib⁹ vesci licitū est fun
dat sāguinē eius ⁊ opiat illū ter
ra. Anima enim oīs carnis in sā
guine ē. Vnde dixi filijs isrl̄. Sā
guinez vniuerse carnis nō come
detis: qꝛ anima carnis in sangui
ne ē ⁊ quicūqꝫ comederit illū inte
ribit. Anima q̄ comederit mortici
nū vel captū a bestia tā de indige
nis q̄ꝫ de adueīs lauabit vestimē
ta sua ⁊ semetipsū aqua et ɔtami
natus erit vsqꝫ ad vesperū et hoc
ordine mūdus fiet. Qd̄ si nō laue
rit vestimēta sua vel corpus por
tabit iniq̄tatē suā. ¶ Ca. xviij.

Locutusqꝫ est dn̄s ad moysē
dicēs. Loq̄re filijs isrl̄ et di
ces ad eos. Ego sū dn̄s de⁹ vester
Iuxta ɔsuetudinē terre egipti in q̄
habitastis non facietis et iuxta

morē regionis chanaā ad quam
ego introducturꝰ sū vos nō age
tis. nec in legittimis eoꝝ ambula
bitis. Fatietis iuditia mea et p̄ce
pta mea seruabitis ⁊ ābulabitis
in eis. Ego dn̄s deꝰ vester. Custo
dite leges meas atq; iuditia que
fatiēs homo viuet ī eis. Ego dn̄s
deus vr̄. Oīs hō ad ꝓximaꝫ sāgui
nis sui nō accedet: ut reuelet turpi
tudinē eiꝰ. Ego dn̄s Turpitudinē
p̄ris tui et turpitudineꝫ mr̄is tue
nō discooperies. Mat̄ tua est: nō re
uelabis turpitudineꝫ eiꝰ. Turpi
tudinē vxoris patris tui nō disco
operies. Turpitudo em̄ patris tui
ē. Turpitudinē sororis tue ex pa
tre siue ex mr̄e q̄ domi vel foris ge
nita ē nō reuelab̄. Turpitudineꝫ
filie filij tui vel neptis ex filia nō
reuelab̄. q̄ turpitudo tua ē. Tur
pitudinē filie vxoris p̄ris tui quā
pepit patri tuo ⁊ ē soror tua: non
reuelab̄. Turpitudinē sororis pa
tris tui n̄ discooperies. q̄ caro ē pa
tris tui. Turpitudinē sororis ma
tris tue nō reuelab̄: eo q̄ caro sit
matris tue. Turpitudinē patrui
tui n̄ reuelab̄ nec accedes ad vxo
reꝫ eiꝰ q̄ tibi affinitate ꝯiungitur
Turpitudinē nurꝰ tue nō reuela
bis q̄ vxor filij tui ē. nec discoope
ries ignominiaꝫ eiꝰ. Et vxorē fr̄is
sui nullꝰ accipiat. Turpitudinē
vxoris fratris tui non reuelab̄. q̄
turpitudo fr̄is tui ē. Turpitudi
nē vxoris tue ⁊ filie eiꝰ nō reuela
bis. Filiā filij eiꝰ ⁊ filiā filie illius
non sumes ut reueles ignominiā
eiꝰ. q̄ caro illiꝰ sūt ⁊ tal̄ coitus in
cestꝰ ē. Sororē vxoris tue in pelica
tū illiꝰ nō accipies nec reuelabis
turpitudinē eiꝰ adhuc illa viuē
te. Ad mulierē q̄ patit̄ menstrua
nō accedes nec reuelabis feditatē
eiꝰ. Cū vxore ꝓximi tui nō coibis
nec seminis ꝯmixtione maculabe
ris. De semine tuo nō dab̄ ut ꝯse
cretur ydolo moloch nec pollues
nomē dei tui. Ego dn̄s. Cū mascu
lo nō ꝯmisceaīs coitu femineo. q̄
abhominacō ē. Cū oī pecore nō co
ibis. nec maculaberis cuꝫ eo. Mu
lier nō succūbet iumēto nec misce
bit̄ ei. q̄ scelus est. Nec polluamī
ī oībꝰ hijs quibꝰ cōtaminate sūt
vniūse gētes quas ego eitiaꝫ an̄
ꝯspectū vestꝝ ⁊ quibꝰ polluta est
terra cuiꝰ ego scelera visitabo: ut
euomat habitatores suos Custo
dite legittima mea atq; iuditia ut
nō fatiatis ex oībꝰ abhoīacōibꝰ
istis tā īdigena q̄ colonꝰ q̄ pegri
nāt̄ apud vos. Oēs eī execracōes
istas fecerūt accole t̄re q̄ fuerīt an̄
vos ⁊ polluerūt eā. Cauete g̊ ne ⁊
vos similit̄ euomat cū paria fece
ritis: sicut euomuit gētē q̄ fuit an̄
vos Oīs aīa q̄ fecerit de abhoīacōi
bus hijs quippiā: pibit de medio
ꝓpl̄i sui. Custodite mādata mea.
Nolite facere q̄ fecerūt hij qui fue
rūt an̄ vos ⁊ ne polluamini ī eis.
Ego dn̄s deꝰ vester. ¶ Ca. xix.

Locutus est dominꝰ ad moy
sen dicens. Loquere ad om
nem cetū filiorū israhel ⁊ dices ad
eos. Sancti estote. q̄ ego sanctꝰ
sum dn̄s deus vester Vnusquisq;
patrē suū ⁊ matrem suaꝫ timeat.
Sabbata mea custodite. Ego dn̄s
deus vester. Nolite ꝯuerti ad ydo
la nec deos conflatiles fatietis vo
bis. Ego dominus deus vester.

Si ymolaueritis hostiā pacificoꝝ
dño ut sit placabilis eo die quo
fuerit ymolata ꝯmedetis eā ⁊ die
altero. Quicq̄d aūt residuū fuerit
in diē terciū igne ꝯburetis. Si q̄s
post biduū ꝯmederit ex ea ꝓfan⁹
erit et impietatis reus portabitq̄
iniq̄tatē suaꝫ q̄ sanctū domini pol
luit ⁊ ꝑibit aīa illius de ꝓplo suo.
Cūq̄ messueris segetes terre tue
non tondebis vsq̄ ad solū supfi
tiem terre nec remanētes spicas
colliges neq̄ ī vinea tua racemos
⁊ grana decidētia ꝯgregab̄. ꝫ pau
perib⁹ ⁊ ꝑegrinis carpēda dimit
tes. Ego dñs deus vester. Nō faci
etis furtū: nec mēciemini: nec deci
piet vnusquisq̄ ꝓximū suū Non
periurab̄ in noīe meo: nec pollues
nomē dei tui Ego dñs Non facies
calūniaꝫ ꝓximo tuo: nec vi oppri
mes eū. Nō morabit̄ opus mercē
narij tui apud te vsq̄ mane. Nō
maledices surdo. nec coraꝫ ceco po
nes offendiculū ꝫ timeb̄ dominū
deū tuum q̄ ego sū dñs. Non faci
es q̄d iniquū est: nec iniuste iudi
cabis. Nō ꝯsideres ꝑsonā paupe
ris: nec honores vultū potētis. Iu
ste iudica ꝓximo tuo. Nec eis cri
minator: nec susurro ī popul̄. Nō
stabis ꝯtra sanguineꝫ ꝓximi tui.
Ego dñs. Non oderis fratreꝫ tuū
in corde tuo ꝫ publice argue eum
ne habeas sup illo peccatū Non q̄
ras vlcōeꝫ nec memor eis iniurie
ciuiū tuoꝝ. Diliges amicū tuū sic
teipsuꝫ. Ego dñs. Leges meas cu
stodite. Jumētū tuum nō facies
coire cū alterius generis animāti
bus. Agrū tuū non seres diuerso
semine. Veste q̄ ex duobus texta
est nō indueris. Homo si dormie
rit cū muliē coitu seminis q̄ sit an
cilla etiā nobil̄ ⁊ tamē pretio nō
redēpta nec libertate donata vapu
labūt ambo ⁊ nō morient̄ q̄ non
fuit libera. Pro delicto aūt suo of
feret dño ad ostiū tab̄naculi testi
monij arietē: orabitq̄ ꝓ eo sacer
dos ⁊ ꝓ peccato eius corā dño et
repropiciabit̄ ei dimittet̄q̄ pecca
tum. Quādo ingressi fueritis terrā
⁊ plātaueritis in ea ligna pomife
ra auferetis ꝑputia eorū. Poma
que germināt immūda erūt vob̄
nec edetis ex eis. Quarto autē an
no omnis fruct⁹ eoꝝ sanctificabi
tur laudabilis dño. Quīto autēꝫ
anno ꝯmedetis fruct⁹ ꝯgregātes
poma q̄ ꝓferūt. Ego dñs deus vr̄
Nō ꝯmedetis carneꝫ cū sanguine
Non auguriabimini nec obs̄ua
bitis sōnia. Neq̄ in rotūdū attō
debitis comā nec radetis barbaꝫ.
Et sup mortuo nō incidetis carnes
vr̄as neq̄ figuras aliq̄s aut stig
mata facietis vob̄. Ego dñs. Ne ꝓ
stituas filiā tuaꝫ ne ꝯtaminet̄ ter
ra et impleat̄ piaculo. Sabbata
mea custodite et sanctuariū meū
metuite. Ego dñs. Non declinetis
ad magos nec ab ariolis aliquid
sciscitemini ut polluamini ꝑ eos.
Ego dñs de⁹ vester. Corā cano ca
pite ꝯsurge ⁊ honora ꝑsonā senis
⁊ time dñm deū tuum. Ego sū dñs
Si habitauerit aduena ī terra ve
stra ⁊ morat⁹ fuerit inter vos nō
exprobretis ei sed sit int̄ vos qua
si indigena et diligetis eū q̄si vos
metipsos. Fuistis em̄ ⁊ vos adue
ne in terra egipti. Ego dñs de⁹ vr̄
Nolite facere iniquum aliquid in

iuditio·in regula·in pondere·i mē
sura·Statera iusta ⁊ equa sint pō
dera·iustus modi⁹·equusq; sexta
ri⁹·Ego dn̄s de⁹ vester qui eduxi
vos de terra egipti·Custodite oīa
p̄cepta mea ⁊ vniuersa iuditia ⁊
facite ea Ego dn̄s· ¶ Ca·xx·

Locut⁹q; ē dn̄s ad moysē di
cens·Hec loqueris filijs is
rahel·Homo de filijs isrl̄ ⁊ de ad
uenis qui habitāt in isrl̄ si q̄s de
derit de semīe suo ydolo moloch
morte moriat̄·Popul⁹ terre lapi
dabit eū ⁊ ego ponā fatiē meā cō
tra illū·succidāq; eū de medio po
puli sui eo q̄ dedeit de semine suo
moloch ⁊ ɔtaminauerit sanctua
riū meū ac polluerit nomē sanctū
meū·Qd̄ si negligēs ꝓplus terre ⁊
quasi ꝑuipendēs īperiū meū dimi
serit hoīez qui dedit de semine suo
moloch nec voluerit eū occidere:
ponā fatiez meaz sup hoīem illū ⁊
cognacōez ei⁹·succidamq; ⁊ ip̄m
⁊ oēs qui cōsenserūt ei:ut fornica
retur cū moloch de medio ꝓpl̄i sui
Am̄a que declinauerit ad magos
⁊ ariolos ⁊ fornicata fuerit cū eis
ponā fatiē meaz ɔtra eaz ⁊ interfi
tiam illaz de medio ꝓpl̄i sui·Sācti
ficamini ⁊ estote sācti·q̄ ego san
ct⁹ suz dn̄s de⁹ vester·Custodite
precepta mea ⁊ facite ea·Ego dn̄s
q̄ sanctifico vos·Qui maledixerit
p̄ri suo ā mr̄i:morte moriat̄ Patri
matriq; q̄ maledixerit sāguis ei⁹
sit sup eū Si mechat⁹ q̄s fuerit cū
vxore alteri⁹ ⁊ adulteriū ꝑpetr̄ue
rit cū ɔiuge ꝓximi sui:morte mori
at̄ ⁊ mech⁹ ⁊ adulterā·Qui dormi
erit cū nouerca sua ⁊ reuelauerit
ignominiā patris sui:morte mori
ant̄ ābo·Sāguis eoꝝ sit sup eos·
Si q̄s dormierit cū nuru sua vter
q; moriat̄·q̄ scel⁹ opati sunt·Sā
guis eoꝝ sit sup eos·Qui dormie
rit cū masculo coitu femineo:vter
q; opatus ē nefas:morte morian
tur·Sit sāguis eoꝝ sup eos·Qui
supra vxorē filiā duxerit matrem
ei⁹:scelus opatus ē·Viuus arde
bit cuz eis nec ꝑmanebit tr̄ntū ne
fas in medio vr̄i·Qui cuz iumēto
⁊ pecore coierit:morte moriat̄·pe
cusq̄ occidite Mulier q̄ succubue
rit cuilibz iumēto:sil̄ interfitietur
cum eo·Sāguis eorū sit sup eos·
Qui acceperit sororē suā filiā p̄ris
sui vel filiā mr̄is sue et viderit tur
pitudinē ei⁹·illaq; ɔspexerit fr̄is
ignominiā:nefariā rē opati sunt
Occident̄ ī ɔspectu ꝓpl̄i eo q̄ turpi
tudinē suā mutuo reuelauerint ⁊
portabūt iniq̄tatē suā·Qui coierit
cū muliere ī fluxu mēstruo ⁊ reue
lauerit turpitudinē ei⁹·ip̄aq; ape
ruerit fontē sāguīs sui:interfitiēt̄ ā
bo de medio ꝓpl̄i sui Turpitudinē
matertere ⁊ amice tue nō discoo
peries·Qui hoc fecerit ignominiaz
carnis sue nudauit:portabūt ābo
iniq̄tatez suā·Qui coierit cū vxore
patrui vel auūculi sui ⁊ reuelaue
rit ignominiā cognacōis sue:por
tabūt ābo peccatū suū·Absq; libe
ris moriēt̄·Qui duxerit vxorē fra
tris sui rē fac̄ illicitā:turpitudinē
fr̄is sui reuelauit:absq; filijs erit
Custodite leges meas atq; iudi
tia et facite ea:ne et vos euomat
t̄ra quā īt̄r̄turi estis ⁊ habitaturi
Nolite ābulare ī legitt̄is nationū
q̄s ego expulsur⁹ suz an̄ vos·Oīa
em̄ hec fecerūt ⁊ abhoīat⁹ suz eas

Vobis aūt loquor. Possidete ter
raz eoꝝ quā dabo vob̄ in heredita
tem. terrā fluentem lacte ⁊ melle
Ego dn̄s deus vr̄ q̄ separaui vos
a ceteris ꝓplis. Separate ḡ ⁊ vos
iumentū mundū ab immūdo et
auē mūdā ab immunda. Ne pol
luatis animas vestras ī pecore ⁊
auibus ⁊ cūctis q̄ mouētur in ter
ra ⁊ que vob̄ ostēdi esse polluta.
Eritis sācti mihi quia sāct⁹ ego sū
dn̄s et separaui vos a ceteris po
pulis ut essetis mei. Vir siue mu
lier in quib⁹ phitonicus vel diui
nacōis fuerit spūs morte morian
tur lapidib⁹ obruēt eos Sāguis
eoꝝ sup illos. ¶ Ca. xxi.

Dixitq̄ dn̄s ad moysen. Loq̄
re ad sacerdotes filios aarō
⁊ dices ad eos. Ne ɔtaminet̄ sac̄
dos in mortib⁹ ciuiū suoꝝ nisi tm̄
in ɔsanguineis ac ꝓpīquis id est
sup p̄rem ⁊ matrē ⁊ filiū ⁊ filiam
fratrēq̄ ⁊ sororē virginē que nō
est nupta viro ꝫ nec in p̄ncipe po
puli sui ɔtaminabit̄. Nec radēt ca
put nec barbā neq̄ in carnib⁹ su
is fatiēt incisuras Sancti erūt deo
suo ⁊ nō polluēt nomē eius. Incē
sum em̄ domini et panes dei sui of
ferūt ⁊ ideo sācti erūt. Scortū ⁊ vi
le ꝓstibulū non ducet vxorē nec
eam q̄ repudiata est a marito q̄
cōsecrat⁹ ē deo suo ⁊ panes ꝓposi
tionis offert. Sit ḡ scūs q̄ et ego
scūs sum dn̄s qui sanctifico vos.
Sacerdotis filia si dep̄hensa fuerit
in stupro ⁊ violauerit nomen pa
tris sui flaminis exuret̄. Pontifex
id est sac̄dos maxim⁹ inter frēs
suos sup cuius caput fusū est vn
ctionis oleū ⁊ cuius man⁹ in sac̄
dotio ɔsecrate sunt. vestitusq̄ est
sāctis vestib⁹ caput suū nō disco
operiet vestimēta nō scindet ⁊ ad
om̄ez mortuū nō ingrediet̄ omni
no. Sup p̄req̄ suo ⁊ mr̄e nō cōta
minabit̄ nec egrediet̄ de sanctis
ne polluat sanctuariū dn̄i q̄ oleū
sancte vnctōnis dei sui sup eū est.
Ego dn̄s. Virginē ducet vxorem
Viduā autē ⁊ repudiatā ⁊ sordi
dam atq̄ meretricē nō accipiet ꝫ
puellam de ꝓplo suo ne cōmisceat
stirpē gencis sui vulgo gētis sue
q̄ ego dn̄s qui sc̄ifico eū Locutus
q̄ est dn̄s ad moysē dicens. Loq̄
re ad aarō. Homo de semine tuo
p familias q̄ habuerit maculam
nō offeret panes deo suo nec acce
det ad ministeriū ei⁹. Si cecus fue
rit si claudus si vel paruo vel grā
di ⁊ torto naso si fracto pede si ma
nu si gibb⁹ si lippus si albuginez
habens in oculo si iugez scabiē si
impetiginē in corpe vl̄ herniosus:
om̄is qui habuerit maculā de sei
ne aarō sac̄dotis nō accedet offer
re hostias dn̄o nec panes deo suo
Vescet̄ tamē panib⁹ qui offerūt̄
in scūario. ita dūtaxat ut intra ve
lum nō ingrediat̄ nec accedat ad
altaē q̄ maculā habet ⁊ ɔtamina
re nō debet sāctuariū meū. Ego do
min⁹ qui sanctifico eos. Locutus
est ḡ moyses ad aarō ⁊ ad filios
eius ⁊ ad om̄ez isrl̄ cuncta q̄ sibi
fuerāt imperata. ¶ Ca. xxij.

Locutusq̄ est dn̄s ad moy
sen dicēs. Loq̄re ad aarō et
ad filios ei⁹ ut caueāt ab hijs q̄
cōsecrata sūt filioꝝ isrl̄ ⁊ nō cōta
minēt nomen sanctificatoꝝ mihi
que ipsi offerūt. Ego dn̄s. Dic ad

eos ⁊ ad posteros eoꝝ. Oīs hō q̄
accesserit de stirpe vestra ad ea q̄
cōsecrata sūt ⁊ que obtulerūt filij
isrl̄ dño ī quo est immūditia: pe
ribit corā dño Ego sū dñs. Homo
de semine aarō q̄ fuerit leprosus
aut patiens fluxū seminis: nō ve
scet̄ de hijs que sāctificata sunt m̄
donec sanet̄. Qui tetigerit immū
dū sup mortuo et ex quo egredit̄
semē quasi coitus ⁊ qui tangit re
ptile ⁊ quodlibꝫ immūdū cuiꝰ ta
ctus ē sordidꝰ: immūdꝰ erit vsqꝫ
ad vesp̄m ⁊ nō vescet̄ hijs que sā
ctificata sunt. ꝫ cū lauerit carnem
suā aq̄ ⁊ occubuerit sol: tūc mun
datꝰ vescet̄ de sāctificatis. qꝛ cibꝰ
illiꝰ ē. Morticinū ⁊ captū a bestia
nō ꝯmedēt nec polluent̄ ī eis. Ego
sum dñs. Custodiāt p̄cepta mea
ut nō subiaceāt pctō ⁊ moriant̄ ī
sāctuario cū polluerint illud. Ego
dñs q̄ sāctifico eos. Oīs alienige
na nō ꝯmedet de sanctificatis. In
q̄linus sacerdotis ⁊ mercennariꝰ
nō vescent̄ ex eis. Quē aūt sacdos
emerit ⁊ q̄ vernaculꝰ domꝰ eiꝰ fu
erit: hij ꝯmedēt ex eis. Si filia sac
dotis cuilibꝫ ex populo nupta fue
rit de hijs q̄ sanctificata sūt ⁊ de p̄
micijs non vescet̄. Si aūt vidua
vel repudiata et absqꝫ liberis reu
sa fuerit ad domū p̄ris sui: sicut pu
ella ꝯsueuerat aletur cibis patris
sui. Oīs alienigena comedendi ex
eis nō hꝫ ptātez. Qui ꝯmederit de
sāctificatis p ignorātiā addet qn̄
tā ptē cū eo qd ꝯmedit ⁊ dabit sa
cerdoti ī sāctuariū nec ꝯtamīabūt
sc̄ificata filioꝝ isrl̄ q̄ offerūt̄ dño
ne forte sustineāt iniq̄tatez delicti
sui cū sanctificata ꝯmederint. Ego

dñs qui sanctifico eos Locutusqꝫ
ē dñs ad moysen dicens. Loq̄re
ad aaron ⁊ filios eiꝰ et ad oēs fi
lios isrl̄ dicesqꝫ ad eos Homo de
domo isrl̄ ⁊ de aduenis qui habi
tant apud vos q̄ obtulerit obla
tionē suā vel vota soluēs vel spon
te offerēs quicq̄d illud obtulerit
ī holocaustū dñi ut offerat̄ p vos
masculus īmaculatus erit ex bu
bus ex ouibꝫ ⁊ ex capris Si macu
laꝫ habuerit nō offeretis neqꝫ erit
acceptabile Homo qui obtulerit
victimaꝫ pacificorū dño vel vota
soluens vel sponte offerens tam
de bubꝰ q̄ de ouibꝰ: īmaculatum
offeret ut acceptabile sit Oīs ma
cula nō erit in eo. Si cecū fuerit. si
fractū. si cicatricē hñs. si papulas
ā scabiē aut impetiginē nō offere
tis ea dño nec adolebitis ex eis su
per altare dñi. Bouē ⁊ ouē aure ⁊
cauda amputatis volūtaie offer
re potes. votū aūt ex hijs solui nō
potest. Oē animal qd vel cōtritis
vel tūsis vel sectis. ablatisqꝫ testi
culis est nō offeretis dño ⁊ in ter
ra vestra hoc omnino ne fatiatis
De manu alienigene nō offeretis
panes deo vestro ⁊ quicq̄d aliud
dare voluerit qꝛ corrupta ⁊ macu
lata sūt oīa: nō suscipietis ea. Lo
cutusqꝫ est dñs ad moysē dicens
Bos ouis et capra cuꝫ genita fue
rint septē diebus erūt sub vbere
matris sue. die autē octauo ⁊ dein
ceps offerri poterunt dño Siue il
la bos siue ouis nō ymolabūtur
vna die cum fletibꝰ suis. Si ymo
laueritis hostiam pro gratiarum
actione domino ut possit esse pla
cabilis: eodem die comedetis eaꝫ.

Non remanebit quicq̃ in mane
alterius diei. Ego dñs Custodite
mãdata mea ⁊ facite ea. Ego dñs
Ne polluatis nomẽ meũ sanctum
ut sãctificer in medio filiorũ isrl.
Ego dñs qui sanctifico vos ⁊ edu
xi de terra egipti ut essem vobis ĩ
deum. Ego dñs. ¶ Ca. xxiij.

Locutusq̃ est dñs ad moysẽ
dicens. Loq̃re filijs isrl ⁊ di
ces ad eos. Hee sunt ferie dñi q̃s
vocabitis sãctas. Sex dieb⁹ facie
tis opus: dies septim⁹ q̃ sabba
ti requies est vocabit̃ sãct⁹. Omẽ
opus nõ facietis in eo. Sabbatũ
dñi est ĩ cũctis habitacõib⁹ vr̃is
Hee sunt ḡ ferie dñi sãcte q̃s cele
brare debetis tp̃ibus suis. Mense
primo quartadecĩa die mẽsis ad
vesp̃m phase dñi est et quĩtadeci
ma die mẽsis hui⁹ sollẽnitas azi
mor̃ dñi est. Septẽ dieb⁹ azima
comedetis. Dies primus erit vob̃
celeberrimus scũsq̃. Omne opus
seruile non facietis in eo ꝫ offere
tis sacrificiũ in igne dño septẽ di
ebus. Dies autẽ septim⁹ erit cele
brior et sãctior nullũq̃ ꝑuile op⁹
facietis in eo Locutusq̃ ẽ dñs ad
moysẽ dicens. Loq̃re filijs isrl et
dices ad eos. Cum ingressi fueri
tis terrã quã ego dabo vob̃ ⁊ mes
sueritis segetẽ feretis manipulos
spicar̃ p̃mitias messis vestre ad
sacdotẽ. Qui eleuabit fasciculũ co
raz dño ut acceptabilis sit ꝓ vob̃
altero die sabbati ⁊ sanctificabit
illũ. Atq̃ ĩ eodẽ die quo manipu
lus ꝯsecrat̃ cedet̃ agnus immacu
latus anniculus ĩ holocaustũ do
mini ⁊ libamẽta offerentur cũ eo
due decime simile ꝯsp̃se oleo in in
censũ dñi odoremq̃ suauissimum
libaq̃ vini q̃rta pars hin. Panẽ
⁊ polẽtam ⁊ pultes nõ comedetis
ex segete vsq̃ ad diẽ qua offeãtis
ex ea deo vestro. Preceptũ est sem
piternũ in generacõibus cũctisq̃
habitaculis vestris. Numeãbitis
ergo ab altero die sabbati ĩ quo
obtulistis manipulũ primiciarũ
septem ebdomadas plenas vsq̃
ad alterã diez explecõis ebdoma
de septime id est qñquagĩta dies
et sic offeretis sacrificiũ nouũ do
mino ex omnib⁹ habitacul̃ vr̃is
panes p̃miciar̃ duas de duabus
decimis simile fermẽtate quos co
quetis in p̃mitias dñi Offeretisq̃
cum panib⁹ septez agnos imma
culatos anniculos ⁊ vitulũ de ar
mẽto vnũ ⁊ arietes duos et erũt
in holocaustũ cũ libamẽtis suis ĩ
odorez suauissimũ dño. Facietis
⁊ hircũ ꝓ pctõ duosq̃ agnos an
niculos hostias pacificor̃. Cũq̃
eleuauerit eos sacdos cũ panib⁹
primitiar̃ corã dño cedent in vsũ
eius. Et vocabitis hũc diẽ celeber
rimũ atq̃ scĩssimuz. Omne opus
seruile nõ facietis ĩ eo. Legittimũ
sempiternũ erit in cũctis habita
culis ⁊ generacõib⁹ vr̃is. Postq̃
aũt messueritis segetẽ terre vestre
non secabitis eã vsq̃ ad solũ nec
remanentes spicas colligetis sed
paupib⁹ ⁊ peregrinis dimittetis
eas. Ego sũ dñs de⁹ vr̃. Locutusq̃
est dñs ad moysen dicẽs. Loq̃re
filijs isrl. Mẽse septimo p̃ma die
mensis erit vob̃ sabbatũ memori
ale clangẽtib⁹ tubis ⁊ vocabitur
sanctũ. Omne opus seruile nõ fa
cietis in eo ⁊ offeretis holocaustũ

dño. Locutusq̃ ē dñs ad moysē
dicens. Decimo die mēsis huius
septimi dies expiationuꝫ erit cele
berrim⁹ ⁊ vocabit̃ sāctus. afflige
tisq̃ aīas vestras ī eo ⁊ offeretis
holocaustū dño. Omne op⁹ non
fatietis in tp̄e diei hui⁹ q̄ dies ꝓ
pitiacōnis est: ut ꝓpitiet̃ vobis do
min⁹ deus vester. Omnis aīa que
afflicta nō fuerit die hac ꝑibit de
popul̃ suis ⁊ que opis quippiā fe
cerit: delebo eā de ꝓpl̃o suo. Nihil ḡ
opis fatietis ī eo. Legittimū sēpit̃
nū erit vob̃ in cunctis gn̄acōibus
⁊ habitacōib⁹ vestris. Sabbatū
requiecōnis ē ⁊ affligetis aīas ve
stras. A die nono mēsis septimi:
a vespero vsq̃ ad vesp̄m celebra
bitis sabbata vr̄a. Et locutus est
dñs ad moysē dicēs. Loq̄re filijs
isrl̃. A qn̄to decimo die mēsis hu
ius septimi erunt ferie tab̄naculo
rū septē diebus dño. Dies p̄mus
vocabit̃ celeberrim⁹ atq̃ sanctissi
m⁹. Oē opus seruile nō fatietis in
eo ⁊ septē diebꝫ offeretis holocau
sta dño. Diesq̃ octauus erit cele
berrim⁹ atq̃ sanctissim⁹ ⁊ offere
tis holocaustū dño. Est em̄ cetus
atqꝫ collecte. Om̄e opus seruile n̄
fatietis in eo Hee sūt ferie dñi q̄s
vocabitis celeberrimas atqꝫ san
ctissimas. offeretisq̃ in eis oblati
ones dño holocausta ⁊ libamen
ta iuxta ritū vniuscuiusq̃ diei: ex
ceptis sabbatis dñi donisq̃ vr̄is
et q̄ offertis ex voto vel que spon
te tribuitis dño. A qn̄to decīo ḡ
die mensis septimi qn̄ ꝯgregaue
ritis oēs fructus terre vestre cele
brabitis ferias domī septē dieb⁹
Die p̄mo ⁊ die octauo erit sabba
tu mi dest requies. Sumetisq̃ vo
bis die primo fruct⁹ arboris pul
cherrime spatulasq̃ palmaꝝ ⁊ ra
mos ligni densarum frondiuꝫ et
salices de torrente ⁊ letabimini co
ram domino deo vestro. celebrabi
tisq̃ sollemnitateꝫ eius septeꝫ die
bus per annū. Legittimū sempit̃
nū erit in generationib⁹ vestris.
Mense septimo festa celebrabitis
⁊ habitabitis ī vmbraculis septē
dieb⁹. Omnis qui de gn̄e est isra
hel manebit in tabernaculis ut di
scant postei vestri q̄ in tabernacu
lis habitare fecerim filios isrl̃ cuꝫ
educerem eos de terra egipti. Ego
dñs deus vr̄. Locutusq̃ ē moyses
super sollemnitatibus domini ad
filios israhel. ¶ Ca. xxiiij.

Et locut⁹ ē dñs ad moysen
dicens. Precipe filijs isrl̃ ut
afferāt tibi oleuꝫ de oliuis purissi
mū ac lucidū ad ꝯcinnandas lu
cernas iugit̃ extra velum testimo
nij ī tab̄naculo federis. Ponetqꝫ
eas aaron a vespe vsq̃ in mane
corā dño. culturituq̃ ꝑpetuo ī ge
neracōibꝫ vestris. Sup̄ cādelabꝝ
mūdissimū ponent̃ sēp̄ in ꝯspectu
dñi. Accipiesq̃ similaꝫ ⁊ coques
ex ea duodecī panes q̄ singuli ha
bebūt duas decīas. Quoꝝ senos
alterinsecus sup̄ mēsā purissimā
corā dño statues ⁊ pones sup̄ eos
thus lucidissimuꝫ ut sit panis in
monimentuꝫ oblacōis dño. Per
singula sabbata mutabunt̃ corā
dño suscepti a filijs isrl̃ fedē sēpi
terno. erūtq̃ aarō ⁊ filiorum eius
ut ꝯmedant eos in loco sācto. q̄
sanctū sanctoꝝ ē de sacrificijs do
mini iure ꝑpetuo. Ecce āt egressus

filius mulieris israhelitidis quez
pepeat de viro egiptio inter filios
israhel iurgatus est i castris cum
viro israhelite. Cūqz blasphemas
set nomē dñi ⁊ maledixissz ei ad
ductus est ad moysē. Vocabat
aūt mater eius salumith filia da
bri de tribu dan. Miserūtqz eum i
carcerez donec noscent quid iube
ret dñs. Qui locutus est ad moy
sen dicēs. Educ blasphemū extra
castra ⁊ ponāt oms qui audierūt
manus suas sup caput eius ⁊ la
pidet eū ppl's vniūsus ⁊ ad filios
israhel loqris. Homo q̄ maledixe
rit deo suo portabit peccatū suū et
qui blasphemauerit nomen dñi
morte moriat. Lapidib⁹ opprimet
eum oīs multitudo ppli. Siue ille
ciuis seu pegrinus fuerit qui blas
phemauerit nomē dñi morte mo
riat. Qui pcusserit ⁊ occiderit ho
minē morte moriat. Qui pcusserit
animal reddat vicariū id est ani
mā p aīa. Qui irrogauerit macu
lam cuilibet ciuiū suoꝝ sicut fecit
sic fiet ei. Fracturā p fractuā ocu
lū p oculo dentez p dēte restituet
Qualē inflixerit maculā talē susti
nere coget. Qui pcusserit iumētū
reddat aliud. Qui pcusserit hoīez
puniet. Equū iudiciū sit inter vos
siue pegrin⁹ siue ciuis peccauerit
qr ego sū dñs deus vester. Locut⁹
qz est moyses ad filios isrl' ⁊ edu
xerūt eū qui blasphemauerat ex
tra castra ac lapidib⁹ oppresserūt
Fecerūtqz filij isrl' sicut pcepat do
minus moysi. ¶ Ca. xxv.

Locutusqz est dñs ad moysē
in mōte sinay dicēs. Loqre
filijs isrl' et dices ad eos. Quādo
ingressi fueritis terrā quā ego da
bo vob' sabbatiz et sabbatū dño.
Sex ānis seres agꝝ tuū et sex an
nis putabis vineā tuā colligesqz
fructus eius. Septimo aūt anno
sabbatū erit terre requiecōis dñi
Agrū nō seres ⁊ vineā non puta
bis. Que spōte gignet hum⁹ nō
metes ⁊ vuas p̄mitiaꝝ tuarū nō
colliges q̄si vindemiā. Ann⁹ em̄
requiecōis terre est. Sed erūt vob'
in cibū tibi ⁊ seruo tuo ancille et
mercēnario tuo ⁊ aduene q̄ pere
grinat apud te. Jumentis tuis ⁊
pecorib⁹ oīa que nascunt p̄bebūt
cibū. Numerabq̄ tibi septez ebdo
madas annoꝝ id est septies sep
tem que sil' fatiūt quadragītano
uē et clāges buccina mēse septīo
decima die mēsis ꝓpitiacōis tpe i
vniūsa terra vrā. Sanctificabisqz
annū quinq̄gesimū ⁊ vocabis re
missionē cūctis habitatorib⁹ ter
re tue. Ipse ē em̄ iubileus. Reūtet
homo ad possessionē suaz ⁊ vnus
quisqz rediet ad familiā pristinā
qr iubileus est ⁊ quinq̄gesimus
annus. Non seretis atqz metetis
spōte in agro nascētia et p̄mitias
vindemie nō colligetis ob sāctifi
cacōez iubilei ꝫ statī ablata ꝯme
detis. Anno iubilei redient oīes
ad possessiones suas. Quādo ven
des q̄ppiā ciui tuo vel emes ab eo
ne cōtristes fratrez tuū sed iuxta
numerū annoꝝ iubilei emes ab
eo ⁊ iuxta supputacōez frugū ven
det tibi. Q̄nto plus anni remanse
rint post iubileū tn̄to crescet et p̄
tium. q̄nto min⁹ tēporis numera
ueris tn̄to minoris ⁊ emptio ꝯsta
bit. Tempus em̄ frugū vēdet tibi

Nolite affligẽ ꝛtribules vestros. ℔ timeat vnusquisq; dẽũ suum·qꝫ ego dñs deus vester. Facite pcepta mea & iudicia custodite & ꝛplete ea ut habitaẽ possitis in terra absq; vllo pauore & gignat vobis hum⁹ fruct⁹ suos q̃b⁹ vesca mini vsq; ad saturitatẽ:nulli⁹ imperiuꝫ formidãtes. Q̃ si dixeritis q̃d ꝛmedem⁹ ãno septimo si nõ seruaueim⁹ neq; collegerim⁹ fruges nr̃as dabo bñdictionẽ vob̃ anno sexto & faciet fruct⁹ triũ ãnoꝝ seretisq; ãno octauo & ꝛmedetis vetera fruges vsq; ad nonũ annũ donec noua nascant̃ edetis vetera. Terraq; nõ veneat ĩperpetuũ qꝫ mea ẽ & vos aduene & coloni mei estis. Vñ cũcta regio possessionis vr̃e sb̃ redẽpcõis ꝛditione vendet̃ Si attenuat⁹ frat̃ tu⁹ vendiderit possessiunculã suã & voluerit ꝓximꝰ q̃ ei⁹:põt redimẽ qd̃ ille vẽdiderat. Si nec aũt nõ habuerit ꝓximũ & ipe pretiũ ad redimẽdũ potuerit inuenire:cõputabũt fruct⁹ ex eo tpe quo vendidit & qd̃ reliquũ ẽ reddet ẽptori·sicq; recipiet possessionẽ suã. Q̃d si nõ inuenerit manꝰ ei⁹ ut reddat ꝓtiuꝫ:hẽbit emptor qd̃ emerat vsq; ad annũ iubileũ In ipso em̃ oĩs vendicõ redit ad dñm & ad possessorꝫ pstimũ. Qui vendiderit domũ ĩtra vrb̃ muros hẽbit licẽtiã redimẽdi donec vn⁹ ĩpleat̃ ãn⁹. Si ñ redemerit & ãmi ꝛcu⁹ fuerit euohut⁹:ẽptor possidebit eam & posteri eius ĩperpetuuꝫ & redimi nõ poterit etiam in iubileo. Si autẽ in villa fuerit domus q̃ muros non habet:agroꝝ iure vẽdetur. Si ante redempta non fuerit in iubileo reuertet̃ ad dominum. Edes leuitaꝝ que ĩ vrbib⁹ sũt:sẽp possunt redimi. Si redẽpte nõ fuerint ĩ iubileo reuertent̃ ad dños qꝫ dom⁹ vrbiũ leuitaꝝ ꝓ possessiõ mbꝫ sunt inter filios isrl̃. Suburbana aũt eoꝝ non veneat qꝫ possessio sempiterna est. Si attenuat⁹ fuerit frat̃ tuus & infirm⁹ manu & fulcẽpris eũ quasi aduenam & pegrinũ & vixerit tecũ:ne accipias vsuras ab eo:nec amplius q̃ ꝛdidisti. Time dẽũ tuũ:ut viuere possit frat̃ tuus apud te. Pecuniã tuam nõ dabis ei ad vsuraꝫ & frugũ superabundantiã nõ exiges. Ego dominus dẽ⁹ vester q̃ eduxi vos de terra egipti ut darem vobis terram chanaã & eẽꝫ vester dẽ⁹. Si pauper tate ꝛpulsus vendiderit se tibi frater tu⁹:nõ eum opprimes seruitute famulorꝫ.sed quasi mercenarius & colon⁹ erit·vsq; ad ãnũ iubileũ operabit̃ apud te & postea egredietur cũ liberis suis & reuertetur ad ꝛgnacõem & ad possessionẽ patrꝫ suorꝫ. Mei em̃ serui sũt & ego eduxi eos de terra egipti. Nõ veneant ꝛditõne suorꝫ. Ne affligas eũ potẽtiã.℔ metuito dẽũ tuũ. Seruꝰ & ancilla sint vob̃ de nacõib⁹ q̃ in circuitu vr̃o sũt & de aduenis q̃ peregrinãt̃ apud vos vel q̃ ex hijs nati fuerint in terra vrã. Hos habebitis famulos et hereditario iure trãsmittetis ad posteros ac possidebitis in eternũ. Frẽs aũt vr̃os filios isrl̃ ne opprimatis ꝓ potẽtiaꝫ Si inualuerit apud vos manꝰ aduene atq; peregrini et attenuatus frater tu⁹ vẽdiderit se ei·aut cuiq; de stirpe eius:post venditionem

potest redimi. Qui voluerit ex fra
tribꝰ suis redimet eū ⁊ patruus ⁊
patruelis ⁊ ꝯsāguineꝰ ⁊ affinis.
Si nauīt ⁊ ipse potuerit redimet se
supputatis dūtaxat ānis a tēpore
vendicōis sue vsq; ī annū iubileū
⁊ pecunia q̄ venditus fueāt iuxta
annoꝝ numerū ⁊ racōez mercen
narij supputata Si plures fuerint
anni q̄ remanent vsq; ad iubileū
scd̄m hos reddet ⁊ pretiū. si pau
ci ponet rationē cum eo iuxta an
noꝝ numerum et reddet emptori
qd̄ reliquuz est annorū q̄bus añ
seruiuit mercedibꝰ ꝯputatis. Nō
affliget eū violēter in ꝯspectu tuo
Qd̄ si p hec redimi nō potuerit an
no iubileo egredietꝫ cū libeis suis
Mei em̄ sūt serui filij isrl̄ q̄s eduxi
de terra egipti. Ego dn̄s deus vr̄.

Non facietis vob̄ ¶ Ca. xxvi.
ydolū ⁊ sculptile nec titulos
erigetis nec insignē lapidez pone
tis ī terra vrā ut adoretis eū. Ego
enim sū dn̄s deus vester. Custodi
te sabbata mea ⁊ pauete ad scūa
riū meū. Ego dn̄s Si ī p̄ceptis me
is ambulaueritis ⁊ mādata mea
custodieritis ⁊ feceitis ea: dabo vo
bis pluuias tp̄ibꝰ suis et t̄ra gig
net germē suū ⁊ pomis arbores re
plebunt̄. Apprehēdet messiū tritu
ra vindemiaz ⁊ vindemia occupa
bit sementē ⁊ comedetis panē ve
strū in saturitate et absq; pauore
habitabitis ī terra vrā. Dabo pa
cem in finibꝰ vr̄is dormietis ⁊ nō
erit q̄ exterreat. Auferā malas be
stias ⁊ gladius nō trāsibit termi
nos vr̄os. Persequimini inimicos
vestros ⁊ corruēt corā vob̄. Perse
quent̄ qn̄q; de vr̄is centū alienos
⁊ centū de vob̄ decem milia. Cadēt
inimici vr̄i gladio in ꝯspectu vr̄o.
Respiciā vos ⁊ crescere faciā mul
tiplicabimini ⁊ firmabo pactū me
um vobiscū. Comedetis vetustissi
ma veterū ⁊ vetera nouis supueī
entibꝰ ꝓicietis. Ponā tab̄naculū
meū in medio vr̄i et non abiciet
vos aīa mea. Ambulabo int̄ vos
⁊ ero vester deꝰ vosq; eritis popu
lus meus. Ego dn̄s deus vester q̄
eduxi vos de terra egiptioꝝ ne ser
uiretis eis ⁊ q̄ ꝯfregi cathenas cer
uicū vrārum ut incederetis erecti
Qd̄ si nō audieritis me nec feceri
tis oīa mādata mea ꝯspreueitis
leges meas ⁊ iudicia mea ꝯtēpse
ritis ut nō faciatis ea q̄ a me ꝯsti
tuta sunt ⁊ ad irritū ꝑducatis pa
ctum meū ego q̄q; hec faciā vob̄ Vi
sitabo vos velociter in egestate ⁊
ardore q̄ ꝯficiat oculos vr̄os ⁊ cō
sumat aīas vr̄as. Frustra seretis
sementē que ab hostibꝰ deuorabi
tur. Ponā fatiē meaz ꝯtra vos et
corruetis corā hostibꝰ vr̄is ⁊ sub
iciemini hijs qui oderūt vos. Fu
gietis nemine ꝑsequēte. Si autē
nec sic obedieritis mihi addā cor
repcōes vrās septuplū ꝓpter pec
cata vr̄a ⁊ ꝯterā supbiā duritie ve
stre. Daboq; vob̄ celū desup sicut
ferrū ⁊ terraz eneā. Cōsumetur ī
cassum labor vr̄ non ꝓferet terra
germē nec arbores poma p̄bebūt
Si ambulaueritis ex adūso mihi
nec volueritis audire me addam
plagas vrās vsq; in septuplū ꝓp
ter pctā vrā. Emittāq; ī vos besti
as agri q̄ ꝯsumāt vos ⁊ pecora ve
stra ⁊ ad paucitatē cūcta redigāt
deserteq; fiēt vie vestre. Qd̄ si nec

sic vo lueritis recipe disciplinā sed
ambulaueritis ex aduerso mihi
ego q̄q; ꝯtra vos adūsus īcēdā a
pcussiā vos septies ꝓp̄ peccata vrā
īducamq; sup vos gladiū vlc
rē fēderis mei. Cūq; cōfugeritis in
vrbes mittaz pestilentiā in medio
vestri a tradēmini ī manib⁹ hostiū
postq̄ cōfregero baculū panis ve
stri: ita ut decē mulieres īvno di
bano coquant panes a reddant
eos ad pond⁹ a comedetis a non
saturabimī. Sīn aūt nec p hec au
dieritis me. sī ambulaueritis cōtrē
me a ego īcēdā aduersus vos ī
furore cōtrario a cōcipiam vos se
ptē plagis ꝓp̄ peccata vrā ita ut
comedatis carnes filioz vōz et
filiaz vrāz. Dēstruā excelsa vestrā
a simulacra cōfringā. Cadetis īt
ruinas ydoloz vōz a abhomīa
bit vos aīa mea īmūtū ut vrbes
vestras redigā in solitudinē a de
serta fatiā sanctuaria vrā nec reci
piaz vltra odōrē suauissimū. Dispā
damq; terrā vrām a stupebūt sup
ea īmīci vīi cū habitatoribus illi⁹
fuerint. Vos aūt dispgam in gē
tes a euaginabo post vos gladiū
eritq; terra vrā dēserta a ciuitates
dirute. Tūc placebūt terre sabba
ta sua cūctis diebus solitudīs sue:
qñ fueritis ī terra hostili. Sabba
tisabit a requiescet in sabbatis so
litudinis sue eo q̄ nō requeuerit in
sabbatis vīis qñ habitabatis in ea
Et qui de vob⁹ remāserint dabo pa
uorē in cordib⁹ eoz in regionib⁹
hostiū. Terrebit eos sonitus folij
volātis a ita fugiēt quasi gladiū
Cadent nullo sequēte a corruent
singuli sup frēs suos q̄si bella fu
gientes. Nemo vestz īmīcis au
debit resistē. Peribitis īt gentes
a hostil vos terra cōsumet. Qd si
de hīis aliqui remāserint tabescēt
īq̄tatib⁹ suis in terra īmīcoz suoz
a ꝓpter pcta pēm suoz a sua
affligēt: donec cōfiteant īq̄tates
suas a maioz suoz quib⁹ p̄uari
cati sūt in me et ambulauerūt ex
aduerso mī. Ambulabo igit a ego
ꝯtra eos a īducā illos in terraz
hostilē: donec erubescat īcircūci
sa mēs eoz. Tūc orabūt p impi
etatibus suis a recordabor fēderis
mei q8 pepigi cū iacob a ysaac a
abrahā. Terrēq; memor ero q̄ cū
relicta fuerit ab eis oplacebit sibi
ī sabbatis suis: patiēs solitudinē
ꝓp̄ illos. Ipi vero rogabūt p pec
catis suis eo q̄ abiecerint iudicia
mea a leges meas despexerint. At
tñ etiā cū eēnt ī terra hostiliū pei
t⁹ abieci eos neq; sic despexi vt cō
merent a irritū facerē pactū meū
cū eis. Ego em sū dñs deus eoz. Ego dñs
deus. Hec sunt iudicia atq; pece
pta a leges quas dedit dominus
īter se et īt filios isrl in mōte sy
nai p manū moysi. Ca. xxvij.
Locutusq; est dominus ad
moysen dicens. Loquere fi
liis israhel a dices ad eos. Homo
qui votum fecerit a spoponderit dō
animam suā sub estimatione da
bit pretium. Si fuerit masculus
a vicesimo anno vsq; ad sexagesi
mum annuz dabit quinquagin
ta sidos argenti ad mensuram
sanctuarij. Si mulier triginta.

A qn̄to autē anno vsq̄ ad vicesi
mū masculꝰ dabit viginti sidos·
feīa decē· Ab vno mense vsq̄ ad
annū qn̄tū ꝑ masculo dabūt̄ qn̄
q̄ sidi· ꝑ feīa tres· Sexagenariꝰ ⁊
vltra masculꝰ dabit qn̄decī sidos
feīa decē· Si paup fuerit ⁊ estima
tionē reddē non valebit: stabit
corā sacerdote ⁊ quantū ille esti
mauerit et viderit eum posse red
dere: tātum dabit Aīal aūt quod
ymolari potest dn̄o si q̄s vouerit
sanctū erit ⁊ mutari nō poterit: id
est nec meliꝰ malo nec peiꝰ bono
Qd̄ si mutauerit et ipsū qd̄ muta
tū est ⁊ illud ꝑ quo mutatuꝫ est
cōsecratū erit dn̄o· Aīal immūdū
qd̄ ymolari dn̄o non potest si q̄s
vouerit adducet̄ añ sacerdotē: q̄
diiudicās vtꝝ bonū an malū sit
statuet ꝑtiū· Qd̄ si dare voluerit is
qui offert: addet sup estimacōnē
quintā ꝑteꝫ· Homo si vouerit do
mū suā ⁊ sanctificauerit dn̄o cōsi
derabit eā sacerdos vtrū bona an
mala sit ⁊ iuxta ꝑciū qd̄ ab eo fu
erit ꝯstitutū venūdabit̄· Sinautē
ille q̄ vouerat voluerit redimē eaꝫ
dabit quintā ꝑteꝫ estimacōis su
pra et habebit domū· Qd̄ si agrū
possessionis sue vouerit ⁊ cōsecra
uerit dn̄o iuxta mēsurā sementis
estimabit̄ ꝑcium Si triginta mo
diis ordei serit̄ terra: qn̄quaginta
sidis venūdet̄ argenti· Si stati ab
anno incipientis iubilei vouerit
agrū: qn̄to valere potest tn̄to esti
mabit̄ Sinaūt post aliquātum tē
poris supputabit sacdos pecuniaꝫ
iuxta annoꝝ q̄ reliqui sūt nume
rum vsq̄ ad iubileū ⁊ detrahetur
ex pretio· Qd̄ si voluerit redimere
agꝝ ille q̄ vouerat addet quintaꝫ
partē estimate pecunie et posside
bit eā· Sinaūt noluerit redimere
sed alteri cuilibet fuerit venūdatꝰ
vltra eū qui voueāt redimere nō
poterit qꝛ cū iubilei venerit dies sā
ctificatus erit dn̄o ⁊ possessio ꝯse
crata ad ius ꝑtinet sacdotum· Si
ager emptus est ⁊ nō de possessi
one maioꝝ sāctificatus fuerit do
mino supputabit sacdos iuxta an
noꝝ numeꝝ vsq̄ ad iubileū pre
cium ⁊ dabit ille q̄ vouerat eū do
mino· In iubileo aūt reuertet̄ ad
priorē dn̄m qui vendiderat eū et
habuerat ī sorte possessionis sue·
Omnis estimatio sido scūarij pō
derabit̄· Sidus vigīti obulos ha
bet Primogenita q̄ ad deū ꝑtinēt
nemo sāctificare poterit ⁊ vouere
Siue bos siue ouis fuerit dn̄i sūt
Qd̄ si immundū est aīal redimet
qui obtulit iuxta estimacōeꝫ suā
⁊ addet quintā ꝑtē precij· Si redi
mere noluerit vendet̄ alteri qn̄to
cūq̄ fuerit ante estimatum· Omē
qd̄ dn̄o ꝯsecrat̄ siue homo fuerit
siue aīal siue ager nō veneat nec
redimi poterit quicq̄d semel fuerit
ꝯsecratū Sāctum sāctoꝝ erit dn̄o·
Et omīs ꝯsecratio q̄ offert̄ ab hoī
ne non redimet̄ sed morte morie
tur· Omnes decime terre siue de po
mis arboꝝ siue de frugibꝰ dn̄i sūt
⁊ illi sāctificant̄· Si quis autēꝫ vo
luerit redimere decīas suas addet
quintā ꝑtē eaꝝ oīm decimaꝝ· Bo
ues ⁊ oues et capre q̄ sb̄ pastoris
virga transeūt quicq̄d decimum
venerit sāctificabit̄ dn̄o Nō elige
tur nec bonū nec malū nec altero
cōmutabit̄· Si quis mutauerit ⁊

qd mutatū ē ⁊ ꝑ quo mutatū est
sanctificabit dño et nō redimet.
Hec sunt p̄cepta q̄ mādauit dñs
moysi ad filios isrl̄ ī mōte synai.

¶ Explicit liber Leuiticꝰ ¶ Inci
pit Vaiedaber idest liber
Numeri. ¶ Capitulū p̄mū.

Locutusq̄ ē dñs ad
moysen ī deserto sy
nai ī tabernaculo fe
deris: p̄ma die men
sis secūdi āno alte
ro egressiōis eoꝝ ex egipto dicēs
Tollite sūmā vniuerse ꝯgregacō
nis filioꝝ isrl̄ ꝑ cognacōes ⁊ do
mos suas ⁊ noīa singuloꝝ q̄cq̄d
sexus ē masculini a vicesimo āno
⁊ supra oīm viroꝝ fortiū ex isrl̄ ⁊
numerabitis eas ꝑ turmas suas
tu ⁊ aarō. Erūtq̄ vobiscū p̄ncipes
tribuū ac domoꝝ in ꝯgnacōnibꝰ
suis quoꝝ ista sūt noīa. De tribu
rubē elysur filius sedeur. De tribu
symeō: salamihel filiꝰ surisaddai
De tribu iuda: naasō filiꝰ amina
dab De tribu ysachar: nathana
el filius suar. De tribu zabulon:
eliab filius helō. Filioꝝ autez io
seph de tribu ephr̄im: elisama fi
liꝰ āmiud. De tribu manasse: ga
malihel filius phadassur. De tri
bu beniamin: abidan filiꝰ gedeo
nis. De tribu dan: abiezer filius
amisaddai De tribu aser: phegiel
filius ochran. De tribu gad: elia
saph filiꝰ duel. De tribu neptalī
ahira filius enā. Hij nobilissimi
p̄ncipes multitudinis ꝑ tribz ⁊ co
gnacōnes suas ⁊ capita exercitꝰ
israhel quos tulerunt moyses et
aarō cū omni vulgi multitudine
⁊ congregauerūt primo die men
sis secundi recēsētes eos ꝑ cogna
tiones ⁊ domos ac familias ⁊ ca
pita et noīa singuloꝝ a vicesimo
āno ⁊ sup̄ sicut p̄cepat dñs moy
si. Numeratiq̄ sūt ī deserto synai
de ruben p̄mogenito israhel ꝑ ge
neracōnes ⁊ familias ac domos
suas ⁊ nomina capitū singulorū
oē qd sexus ē masculini a vicesiō
āno ⁊ supra ꝓcedentiū ad bellū q̄
dragintasex milia qn̄genti. De fi
lijs symeō ꝑ gn̄acōes ⁊ familias
ac domos ꝯgnationū suaꝝ recen
siti sūt ꝑ noīa ⁊ capita singulorū
oē qd sexꝰ est masculini a vicesiō
āno ⁊ supra ꝓcedentiū ad bellum
qn̄quagītanouēmilia trecenti De
filijs gad ꝑ gn̄acōnes ⁊ familias
ac domos ꝯgnationū suaꝝ recen
siti sūt ꝑ noīa singuloꝝ a vigīti ā
nis ⁊ sup̄ oēs q̄ ad bella ꝓcederēt
q̄draginta qn̄q̄ milia sexcēti qn̄q̄
ginta. De filijs iuda ꝑ gn̄acōnes
⁊ familias ac domos ꝯgnationū
suaꝝ ꝑ noīa singuloꝝ a vicesimo
āno ⁊ sup̄ oēs q̄ poterāt ad bella
ꝓcedē recēsiti sūt septuagītaq̄tuor
milia sexcenti. De filijs ysachar ꝑ
gn̄ationes ⁊ fāilias ac domos co
gnacōnū suaꝝ ꝑ noīa singl̄oꝝ a
vicesiō āno ⁊ sup̄ oēs q̄ ad bella
ꝓcederēt recēsiti sūt qn̄q̄gintaq̄tu
or milia q̄dringēti. De filijs zabu
lō ꝑ gn̄acōnes ⁊ fāilias ac domos
ꝯgnacōnū suaꝝ recensiti sūt ꝑ no
mina singuloꝝ a vicesimo āno ⁊
supra oēs qui poterāt ad bella ꝓ
cedere quinquagītaseptemmilia
quadringenti. De filijs ioseph fi
liorum ephr̄im per generacōnes

ꝛ familias ac domos cognacōnū
suaꝝ recēsiti sūt ꝑ noīa singuloꝝ
a vicesimo anno ꝛ supra omēs q̄
poterāt ad bella ꝓcedere q̄dragin
ta milia quingēti Porro filiorum
manasse ꝑ generacōnes ꝛ famili
as ac domos cognacōnū suaꝝ re
censiti sūt ꝑ noīa singuloꝝ a vigī
ti annis ꝛ supra oēs qui poterāt
ad bella ꝓcedere trigintaduo mi
lia ducēti. De filijs beniamin ꝑ ge
nerationes ꝛ familias ac domos
cognacōnū suaꝝ recēsiti sunt noī
bus singuloꝝ a vicesimo āno et
supra omīs qui poterant ad bella
ꝓcedere trigītaquīq; milia q̄drin
gēti De filijs dan ꝑ generacōes ꝛ
familias ac domos ꝯgnacōnū su
arum recēsiti sūt noībus singulo
rum a vicesimo āno ꝛ supra oēs
qui poterāt ad bella ꝓcedere sexa
gintaduo milia septingenti. De fi
lijs aser ꝑ generacōes ꝛ familias
ac domos cognacōnū suaꝝ recēsi
ti sūt ꝑ noīa singuloꝝ a vicesimo
anno ꝛ supra oēs q̄ poterant ad
bella ꝓcedere quadragīta milia ꝛ
mille quingēti De filijs neptalim
per generacōes et familias ac do
mos cognationū suaꝝ recēsiti sūt
noībus singuloꝝ a vicesimo an
no ꝛ supra oēs qui poterāt ad bel
la ꝓcedere quinq̄gintatria milia
quadringēti Hij sūt quos nume
rauerūt moyses ꝛ aaron et duode
cim principes isrl' singulos ꝑ do
mos ꝯgnacōnum suaꝝ fuerūtq;
omīs numerus filioꝝ israhel ꝑ do
mos et familias suas a vicesimo
anno ꝛ supra q̄ poterant ad bella
ꝓcedere sexcenta tria milia virorū
quingēti quinq̄ginta. Leuite aūt
in tribub⁹ familiarū suaꝝ nō sūt
numerati cū eis. ¶ Ca. ij.

Locutusq; est dn̄s ad moysē
dicēs. Tribū leui noli nume
raē neq; pones sūmā eoꝝ cū filijs
israhel ꝫ ꝯstitue eos sup tab̄nacu
lū testimonij. Cūcta vasa eius et
quicq̄d ad cerimonias ꝑtinet ipī
portabūt tab̄naculū ꝛ oīa vtensi
lia eius et erunt in ministerio ac
per gyrū tab̄naculi metabūt̄. Cū
ꝓficiscēdū fuerit deponent leuite
tab̄naculū cum castra metanda
erigēt. Quisquis externorū acces
serit occidet̄. Metabūt̄ aūt castra
filij isrl' vnusquisq; ꝑ turmas et
cuneos atq; exercitū suū. porro le
uite ꝑ gyrū tab̄naculi figēt tento
ria ne fiat indignatio super multi
tudinē filioꝝ israhel ꝛ excubabūt
in custodijs tab̄naculi testimonij
Fecerunt ḡ filij isrl' iuxta omīa q̄
precepat dn̄s moysi. Locutusq; ē
dn̄s ad moysē ꝛ aarō dicēs. Sin
guli ꝑ turmas signa atq; vexilla
ꝛ domos cognacōnū suaꝝ castra
metabunt̄ filioꝝ israhel per gyrū
tab̄naculi federis. Ad orientem iu
das figet tētoria ꝑ turmas exerci
tus sui: eritq; pn̄ceps filiorū eius
naason filius aminadab ꝛ omīs
de stirpe eius sūma pugnantiū se
ptuagintaq̄tuor milia sexcētorū.
Juxta eū castra metati sunt de tri
bu ysachar quorū princeps fuit
nathanael filius suar ꝛ omīs nu
merus pugnatoꝝ eius quinq̄gn̄
taquatuor milia q̄dringēti. In tri
bu zabulon princeps fuit heliab
filius helon omīsq; de stirpe eius
exercit⁹ pugnatoꝝ quinq̄ginta
septē milia quadringēti. Vniūsi

qui ī castris iude adnumerati sūt
fuerūt centū octoginta sex milia q̄
dringenti ⁊ p turmas suas primi
egredient̄. In castris filioꝝ rubē
ad meridianā plagā eit pn̄ceps
elisur filiꝰ sedeur et cūctꝰ exercitꝰ
pugnatoꝝ eiꝰ q̄ numerati sunt q̄
dragintasexmilia qn̄genti. Juxta
eū castrametati sūt de tribu syme
on quoꝝ pn̄ceps fuit salamihel
filiꝰ surisaddai ⁊ cūctꝰ exercitus
pugnatoꝝ eiꝰ q̄ numerati sūt qn̄
q̄gintanouēmilia trecenti. In tri
bu gad pn̄ceps fuit eliasaph fili
us duel ⁊ cūctus exēcitus pugna
toꝝ eiꝰ q̄ numerati sūt quadragī
taqn̄q̄ milia sexcēti qn̄quaginta
Oēs q̄ recensiti sūt in castris rubē
centū qn̄quagintamilia ⁊ mille q̄
dringenti qn̄quaginta p turmas
suas in secūdo loco ꝓficiscent̄. Le
uabit̄ aūt tab̄naculū testimonij
per offitia leuitaꝝ ⁊ turmas eoꝝ.
Rūo erigeť ita ⁊ deponeť. Singu
li p loca ⁊ ordines suos ꝓficiscen
tur. Ad occidentalē plagaꝫ erunt
castra filioꝝ ephraim quorū pn̄
ceps fuit helisama filius āmiud.
Cūctus exēcitus pugnatoꝝ eiꝰ q̄
numerati sūt q̄dragintamilia. Et
cū eis tribus filioꝝ manasse quo
rū pn̄ceps fuit gamaliel filiꝰ pha
dassur. cūctusq̄ exercitus pugna
toꝝ eiꝰ qui numerati sūt triginta
duomilia ducenti In tribu filioꝝ
beniamin pn̄ceps fuit abidā filiꝰ
gedeonis ⁊ cūctꝰ exēcitus pugna
toꝝ eiꝰ q̄ recēsiti sūt trigintaqn̄q̄
milia q̄dringēti. Oēs q̄ numerati
sūt in castris ephraim centū octo
milia centū p turmas suas tercij
ꝓficiscent̄. Ad aq̄lonis ptē castr̄
metati sūt filij dan quoꝝ pn̄ceps
fuit abiezer filiꝰ amisaddai. Cū
ctus exercitus pugnatoꝝ eiꝰ qui
numerati sūt sexagintaduomilia
septingēti. Juxta eū fixere tētoria
de tribu aser quoꝝ princeps fuit
phegiel filiꝰ ochran. Cūctus exē
citus pugnatorū eiꝰ q̄ numerati
sūt q̄draginta milia ⁊ mille quin
gēti. De tribu filioꝝ neptalim pn̄
ceps fuit ahira filiꝰ enan. Cūctꝰ
exēcitus pugnatoꝝ eiꝰ qn̄quagī
tatria milia q̄dringenti. Oēs qui
numerati sūt in castris dā fuerūt
centū qn̄quagintaseptē milia sex
cēti ⁊ nouissimi ꝓficiscentur. Hic
numerus filioꝝ isrl̄ p domos co
gnacōnū suaꝝ ⁊ turmas diuisi ex
ercitus sexcētatria milia quingēti
qn̄quaginta. Leuite āt nō sūt nu
merati int̄ filios isrl̄. Sic eī p̄cepe
rat dn̄s moysi. Fecerūtq̄ filij isrl̄
iux̄ oīa q̄ mādauerat dn̄s. Castr̄
metati sūt p turmas suas ⁊ ꝓfecti
p familias ac domos patꝝ suoꝝ.

Hee sūt gn̄acōes aarō Ca. iij.
⁊ moysi ī die q̄ locutꝰ ē dn̄s
ad moysē ī mōte synai ⁊ hec noīa
filioꝝ aarō. Primogenitꝰ eiꝰ na
dab. deinde abiu ⁊ eleazar ⁊ ytha
mar. Hec noīa filioꝝ aarō sacerdo
tū q̄ vncti sūt ⁊ q̄oꝝ replete ⁊ ꝯsecr̄
te manꝰ ut sacerdotio fūgerēt̄. Mor
tui sūt em̄ nadab ⁊ abiu cū offer
rent ignē alienū in ꝯspectu dn̄i in
deserto synai absq̄ libeis. fūctiq̄
sūt sacerdocō eleazar ⁊ ythamar
coram aaron patre suo. Locutus
q̄ est dn̄s ad moysē dicens. Ap
plica tribū leui ⁊ fac staē ī ꝯspectu
aaron sacerdotis ut ministrent ei
⁊ excubēt ⁊ obseruent quicq̄d ad

cultū ptinet multitudinis corā ta
bernaculo testionij ut custodiāt
vasa tabnaculi seruiētes in mini
sterio eius. Dabisq; dono leuitas
aaron ⁊ filijs eius quib⁹ traditi
sūt a filijs isrl. aaron aūt ⁊ filios
eius ɔstitues sup cultū sacerdocij.
Externus q̄ ad ministrādū acces
serit morietur. Locutusq; ē dn̄s ad
moysē dicēs. Ego tuli leuitas a fi
lijs isrl p omni p̄mogeito q̄ ape
rit vuluā in filijs isrl erūtq; leui
te mei. Meū est em̄ omne p̄moge
nitū. Ex quo pcussi p̄mogenitos ī
terra egipti sc̄ificaui mihi quicq̄d
primū nascit in isrl. Ab hoīe vsq;
ad pec⁹ mei sūt. Ego dn̄s. Locutus
q; est dn̄s ad moysē in deserto si
nai dicēs. Numerā filios leui p do
mos patr̄ suor̄ et familias oēm
masculū ab vno mēse ⁊ supra Nu
merauit moyses ut p̄cepat dn̄s
⁊ inuēti sunt filij leui p noīa sua:
gerson ⁊ caath ⁊ merari. Filij ger
sō: lebni ⁊ semei. Filij caath: am
ram ⁊ iessaar hebron ⁊ oziel. Filij
merari: mooli ⁊ musi. De gerson
fuere fāilie due: lebnitica et semei
tica quar̄ numerātus est ppl'us se
xus masculini ab vno mēse et su
pra septem milia quingētor̄. Hij
post tabnaculū metabūtur ad oc
cidentē sb principe eliasaph filio
lael ⁊ habebūt excubias in taber
naculo federis ipsū tabnaculū et
opimentū eius tētoriū qd trahit
ante fores tecti federis ⁊ cortinas
atrij: tētoriūq; qd appendit in in
troitu atrij tabnaculi ⁊ quicquid
ad ritū altaris ptinet funes taber
naculi ⁊ oīa vtēsilia eius Cogna
tio caath hēbit populos amrami

tas ⁊ iessaaritas ⁊ hebronitas et
ozielitas. Hee sūt familie caathi
tarū recēsite p noīa sua oēs gene
ris masculini ab vno mense ⁊ su
pra octo milia sexcēti habebūt ex
cubias sc̄uarij ⁊ castra metabūt
ad meridianā plagā Princepsq;
eor̄ eit elisaphan fili⁹ oziel ⁊ cu
stodiāt archā mensāq; et cādela
brū altaria ⁊ vasa sc̄uarij ī q̄bus
ministrat ⁊ velū cūctāq; huiusce
modi suppellectilē. Princeps aūt
principū leuitar̄ heleazar fili⁹ aa
ron sacdotis erit sup excubitores
custodie sc̄uarij At vēo de merari
erūt ppl'i moolite ⁊ musite recēsite
p noīa sua oēs geneis masculini
ab vno mense et supra sex milia
ducēti. Princeps eor̄ suriel filius
abiaiel in plaga septētrionali ca
stra metabūt. Erūt sub custodia
eor̄ tabule tabnaculi et vectes et
colūne ac bases earū et oīa q̄ ad
cultū huiuscemodi ptinēt: colum
neq; atrij p circuitū cum basibus
suis ⁊ paxilli cum funib⁹. Castra
metabūt ante tabnaculū federis
id est ad oriētalē plagā. moyses
⁊ aaron cū filijs suis habentes cu
stodiā sāctuarij in medio filiorū
isrl. Quisquis alienus accesserit
morietur. Om̄es leuite quos numerā
uerūt moyses ⁊ aarō iuxta p̄cep
tum dn̄i p familias suas in genē
masculino a mēse vno ⁊ supra fu
erūt vigintiduo milia. Et ait dn̄s
ad moysen. Numera p̄mogēitos
sex⁹ masculini de filijs israhel ab
vno mēse ⁊ supra ⁊ habebis sum
mā eor̄. Tollesq; leuitas mihi p
omni p̄mogenito filior̄ isrl. Ego
sum dn̄s. Et pecora eor̄ p vniūsis

primogenitis pecoꝝ filiorum isrl.
Recensuit moyses sicut p̄ceperat
dn̄s p̄mogenitos filioꝝ isrl ⁊ fue
rūt masculi ꝑ nomina sua a mēse
vno ⁊ supra vigintiduomilia du
centi septuagintatres. Locutusq̄
ē dn̄s ad moysē. Tolle leuitas ꝓ
primogenitis filioꝝ isrl ⁊ pecora
leuitarum ꝓ pecoribꝫ eoꝝ. erūtq̄ le
uite mei. Ego sū dn̄s. In pretio āt
ducentoꝝ septuagītatriū qui ex
cedūt numeꝝ leuitaꝝ: de p̄moge
nitis filiorum isrl accipies qn̄q̄ si
clos ꝑ singula capita ad mensu
rā sanctuarij. Siclus habet vigin
ti obulos. Dabisq̄ pecuniaꝫ aarō
⁊ filijs eiꝰ pretiū eoꝝ q̄ supra sūt
Tulit igit̄ moyses pecuniā eoꝝ q̄
fuerant amplius ⁊ quos redeme
rat a leuitis ꝓ p̄mogenitis filioꝝ
isrl mille trecētoꝝ sexagintaqn̄q̄
siclorꝝ iux̄ pōdꝰ sanctuarij ⁊ dedit
eaꝫ aaron ⁊ filijs eiꝰ iuxta verbū
qd̄ precepat sibi dn̄s. ¶ Ca. iiij.
Locutusq̄ est dn̄s ad moysē
⁊ aarō dicens. Tolle sūmā
filioꝝ caath de medio leuitarū ꝑ
domos ⁊ familias suas a tricesiō
anno ⁊ supra vsq̄ ad qn̄quagesi
mū annū. oīm q̄ īgrediūt̄ ut stēt
⁊ ministrent in tab̄naculo federis
Hic ē cultus filioꝝ caath. Taber
naculū federis ⁊ sanctū scōꝝ ingre
dient̄ aarō ⁊ filij eiꝰ qn̄ mouēda
sūt castra et deponēt velū qd̄ pen
det an̄ fores. inuoluētq̄ eo archā
testimonij ⁊ opient rursū velami
ne iacīctinaꝝ pelliū. extēdētq̄ desu
ꝑ palliū totū iacīctinū ⁊ inducēt
vectes. Mēsamq̄ ꝓposicōis inuol
uēt iacinctino pallio ⁊ ponent cū
eo thuribula et mortariola scia
thos ⁊ cratheras ad liba funden
da. Panes semꝑ in eo erūt. Exten
dētq̄ desuꝑ palliū coccineū quod
rursū operient velamēto iacincti
naꝝ pellium ⁊ inducēt vectes. Su
ment ⁊ palliū iacinctinū q̄ operi
ent cādelabꝝ cū lucernis ⁊ forcipi
bꝰ suis ⁊ emūctorijs ⁊ cunctis va
sis olei q̄ ad cōcīnādas lucernas
necessaria sūt ⁊ suꝑ oīa ponēt ope
rimentū iacīctinaꝝ pelliū ⁊ indu
cent vectes. Necnō ⁊ altare aureū
inuoluēt iacinctino vestimēto et
extendēt desuꝑ opimentū iacīcti
naꝝ pelliū. inducentq̄ vectes. Oīa
vasa q̄bꝰ ministr̄t̄ in sanctuario
inuoluēt iacīctino pallio ⁊ exten
dēt desuꝑ opimētuꝫ iacīctinaꝝ pel
liū: īducētq̄ vectes. Sꝫ ⁊ altare mū
dabūt cinere ⁊ īuoluēt illud pur
pureo vestimēto ponētq̄ cum eo
oīa vasa q̄bꝰ ī ministeio eiꝰ vtūt̄
idest igniū r̄ceptacula fuscinulas
ac tridētes vncinos ⁊ batilla. Cū
cta vasa altaris operient simul ve
lamine iacinctinaꝝ pelliū ⁊ indu
cēt vectes. Cūq̄ inuoluerint aarō
⁊ filij eiꝰ sāctuariū ⁊ oīa vasa eiꝰ
in omocōe castroꝝ: tūc intrabūt
filij caath ut portēt inuoluta ⁊ n̄
tangāt vasa sanctuarij ne moriā
tur. Ista sūt oneā filioꝝ caath in
tab̄naculo federis suꝑ q̄s eit elea
zar filiꝰ aaron sacerdotis. ad cuiꝰ
ꝑtinet curā oleū ad concīnādas
lucernas ⁊ ꝯposicōis incensū ⁊ sa
crifitiū quod semꝑ offertur ⁊ ole
um vnctionis ⁊ quicq̄d ad cultū
tabernaculi pertinet. omniumq̄
vasorum que in sanctuario sunt.
Locutusq̄ est dominꝰ ad moysen
et aaron dicens. Nolite perdere

ppl'm caath de medio leuitaꝝ·ꝫ hoc facite eis ut viuãt & nõ moriãtur si tetigerint scã sãcta·Aaron et filij eius intrabũt:ipsiq; disponẽt opa singulo & diuidẽt quid portare q̃s debeat·Alij nulla curiositate videãt q̃ fũt in sãctuario p̃ quã̃ꝑ imoluant & alioquĩ moriantur·Locutusq; ẽ dñs ad moysẽ dicẽs Tolle sũmaz etiã filioz gerson p domos ac familias & cognacões suas a trigita annis & supra vsq; ad annos q̃nquaginta·Numera oẽs q̃ ingrediũt & mĩnistrãt in tabernaculo fœderis·Hoc est officiũ familie gersomitarũ ut portẽt cortinas tabnaculi & tectũ fœderis opimentũ aliud & sup oĩa velamẽ ianuę tabnaculi fœderis·cortinas atrij & velũ in introitu qđ est añ tabernaculũ·Oĩa que ad altare ptinẽt fumiculos & vasa mĩnisterij iubẽte aarõ & filijs eius portabũt filij gerson et sciẽt singuli cui deꝫeant operi mãcipari·Hic est cultus familie gersomitarũ in tabnaculo fœderis·Erũtq; sub manu ythamar filij aarõ sacẽdotis·Filios q̃ meãri p familias & domos patrũ suorũ recẽsebis a trigĩta annis & supra vsq; ad annos quinq̃gĩta oẽs q̃ ingrediũt ad officiuz mĩnisterij sui & cultũ fœderis testimonij·Hec fũt onera eoz̃ portabũt tabulas tabnaculi & vectes eius colũnas & bases eaz̃:colũnas q̃ atrij p circuitũ cũ basibus & paxillis & funibus suis·Oĩa vasa & suppellectilẽ ad numerum accipiẽt sicq; portabũt·Hoc ẽ officiũ familie meraritarũ & mĩnisteriũ in tabnaculo fœderis:erũtq; sub manu ythamar filij aaron sacẽdotis·Recẽsuerũt igit moyses & aaron et pncipes synagoge filios caath p cognacões & domos patrũ suoz̃ a trigĩta ãnis & supra vsq; ad annũ q̃nquagesimũ oẽs q̃ ingrediũt ad mĩnisteriũ tabnaculi fœderis & mũẽti sunt duo milia septingẽti quinq̃ginta·Hic ẽ numer9 ppli caath q̃ mĩtrãt tabnaculũ fœderis·Hos numeauit moyses & aarõ iuxta ꝓmonẽ dñi per manũ moysi·Numerati sũt & filij gersõ p cognacões et domos patrũ suoz̃ a trigĩta annis & supra vsq; ad quinq̃gesimũ annũ oẽs q̃ ingrediũtur ut mĩnistrẽt ĩ tabnaculo fœderis & mũẽti fũt duo milia sexcẽti trigĩta·Hic est ppl9 gersomitarũ quos numerauerũt moyses & aarõ iuxt verbũ dñi·Numerati sũt & filij merari p cognacões & domos patrũ suoz̃ a trigĩta annis & supra vsq; ad annum quinq̃gesimũ oẽs q̃ ingrediũt ad expledos ritus tabnaculi fœderis et mũẽti fũt tria milia ducẽti·Hic est numerus filioz̃ merari quos recẽsuerũt moyses & aaron iuxta imperiũ dñi p manũ moysi·Oẽs qui recẽsiti fũt de leuitis & quos fecit ad nomen moyses & aaron & principes israhel p cognationes et domos patrum suorum a trigĩta annis & supra vsq; ad annum quinquagesimum ingredientes ad mĩnisterium tabnaculi & onera portanda fuerunt simul octo milia q̃ngẽti octogĩta·Juxta vbũ dñi recẽsuit eos moyses vnũquẽq; iuxt officiũ & onera sua sicut p̃ceperat dñs·¶ Ca·v·

Locutusq; est dñs ad moysē
dicens. Precipe filijs isrl' ut
eiciant de castris oēm leprosū ⁊ q̄
semine fluit pollutusq; ē sup mor
tuo. Taz masculū q̄ feminā eicite
de castris ne ɔtaminēt ea cū habi
tauerint vobiscū. Fecerītq; ita filij
isrl' ⁊ eiecerūt eos extra castra sic
locutus erat dñs moysi Locutus
est dñs ad moysē dicēs Loquere
ad filios isrl'. Vir siue mulier cū
fecerint ex oībz peccatis que solēt
hominib⁹ accidere ⁊ p negligētiā
tñsgressi fuerīt mādatū dñi atq;
deliq̄rint ɔfitebūtur peccatū suū ⁊
reddent ip̄m caput qn̄tāq; ptē de
sup ei in quē peccauerīt. Sinautez
nō fuerit q̄ recipiat dabūt dño ⁊
erit sacerdotis: excepto ariete qui
offert̄ p expiacōe ut sit placabi
lis hostia. Oēs q̄ p̄mitie quas of
ferent filij israhel ad sacerdotē pti
nēt et quicq̄d in sāctuariū offert̄
a singul' ⁊ tradit̄ manibz sacerdo
tis ipsi⁹ erit. Locutus est dñs ad
moysen dicēs. Loquere ad filios
israhel ⁊ dices ad eos. Vir cuius
vxor errauerit maritūq; ɔtēnens
dormierit cū altero viro ⁊ hoc ma
ritus dep̄hendere nō q̄ueit ꝫ latet
adulteriū ⁊ testib⁹ argui nō pōt
q̄ nō est inuēta in stupro. si spūs
zelotipie ɔcitauerit virū ɔtra vxo
rē suaz q̄ vel polluta ē vel falsa su
spicōne appetit̄ adducet eā ad sa
cerdotē ⁊ offeret oblacōem p illa
decimā ptē sati farine ordeacee Nō
fūdz sup eā oleū nec īponet thus
q̄ sacrifitiū zelotipie ē ⁊ oblacō
inuestigās adulteriū. Offeret igit̄
eā sacerdos ⁊ statuet coram dño.
assumetq; aquā sāctaz īvase ficti
li ⁊ pauxillū terre de pauimēto ta
b̄naculi mittet ī eā. Cūq; steterit
mulier ī ɔspectu dñi disco opiet ca
put ei⁹ ⁊ ponet sup man⁹ illi⁹ sa
crifitiū recordacōis ⁊ oblatiōem
zelotipie Ip̄e aūt tenebit aquas
amarissimas in quas cū execracō
ne maledicta ɔgessit. adiuābitq;
eā ⁊ dicet. Si nō dormiuit vir alie
n⁹ tecū ⁊ si non polluta es deserto
mariti thoro: nō te nocebūt aque
iste amarissime ī quas maledicta
ɔgessi. Sinaūt declīasti a viro tuo
atq; polluta es ⁊ ɔcubuisti cū alte
ro: hijs maledictiōib⁹ sb̄iacebis.
Det te dñs ī maledictionē exēplū
q; cūctoꝝ in ꝓplo suo. Putrescere
fatiat femur tuū ⁊ tumēs vter⁹ tu⁹
dirūpat̄ Ingrediāt̄ aq̄ maledicte
ī ventrē tuū ⁊ vtero tumescēte pu
trescat femur. Et rñdebit mulier.
Amē amē. Scribetq; sacdos ī bello
ista maledicta ⁊ delebit ea aquis
amarissimis ī quas maledicta cō
gessit ⁊ dabit ei bibere. Quas cuz
exhauserit tollz sacdos de maū ei⁹
sacrifitiū zelotipie ⁊ eleuabit illd
corā dño imponetq; illud sup al
tare: ita dūtaxat ut pri⁹ pugillū
sacrificij tollat de eo qd offert̄ et
incendat sup altare ⁊ sic potū det
mulieri aq̄s amarissimas. Quas
cū biberit si polluta ē ⁊ ɔtēpto vi
ro adulterij rea: pertransibūt eaz
aque maledictionis ⁊ inflato ven
tre cōpu: rescet femur. eritq; mu
lier in maledictionem et in exem
plum omni populo. Quod si pol
luta non fuerit erit innoxia ⁊ fati
et liberos. Ista est lex zelotipie Si
declinaueit mulier a viro suo ⁊ si
polluta fuerit. marit⁹ q; zelotipie

spiritu cōcitatus adduxerit eā in
cōspectu dñi et fecerit ei sacerdos
iuxta oīa que scripta sūt: maritꝰ
absq; culpa erit ⁊ illa recipiet ini
quitatē suā. ¶ Ca. vi.

Locutus ē dñs ad moysē di
cēs. Loquere ad filios isrl ⁊
dices ad eos. Vir siue mulier cū
fecerint votū ut sāctificētur ⁊ se volu
erint dño ɔsecrare a vino ⁊ oē qd
inebriare potest abstinebūt. Ace
tū ex vino et ex q̄libet alia pocōe
⁊ quicq̄d de vua exp̄mitur nō bibēt
vuas recētes siccasq; nō comedēt
cūctis diebꝰ q̄bꝰ ex voto dño ɔse
crantur. Quicquid ex vinea esse po
test ab vua passa vsq; ad acinuz
nō ɔmedēt. Omni tpe separacōis
sue nouacula nō trāsibit p caput
eius vsq; ad ɔpletū diē quo dño
cōsecratur. Sāctus erit crescēte cesa
rie capitis eius. Omni tpe ɔsecra
tionis sue sup mortuū nō ingredi
etur nec sup p̄ris quidē ⁊ matris ⁊
fratris sororisq; funē ɔtaminabi
tur. qr cōsecratio dei sui sup caput
eius est. Oībus diebꝰ separacōnis
sue sāctus erit dño. Si autez mor
tuus fuerit subito q̄spiā coram eo
polluetur caput ɔsecracōis eius qd
radet ilico et in eadē die purgatio
nis sue et rursū septīa. In octaua
aūt die offeret duos turtures vel
duos pullos colūbe sacerdoti ī in
troitu federis testimonij: facietq;
sacerdos vnū p pctō ⁊ alterū ī ho
locaustū ⁊ depcabitur p eo qr pecca
culo delicta mea. sed cuāsti iniq̄ta
tē meā. Mōs cadēs defluit ⁊ saxuz
transfert̄ de loco suo. Lapides ex
cauāt aque ⁊ alluuiōe paulatim
terra ɔsumitur ⁊ hoīes ergo simili
ter ꝑdes. Roborasti eū paululum
ne īppetuum trāsiret. Immutab̄
faciez eius ⁊ emittes eū. Siue no
biles fuerīt filij eius siue ignobi
les nō intelliget. Attamē caro ei⁹
dum viuet dolebit ⁊ aīa illi⁹ sup
semetipso lugebit. ¶ Ca. xv.

Respōdens autē eliphā thēa
nites dixit. Nunq̄d sapiens
rn̄debit quasi in ventū loquēs: ⁊
implebit ardore stomachū suū.
Arguis verbis eum qui nō est eq̄
lis tui: ⁊ loqueris qd̄ tibi nō expe
dit. Qn̄tū in te ē euacuasti timorē
⁊ tulisti preces coraz deo. Docuit
eī iniq̄tas tua os tuū ⁊ imitaris lī
guaz blasphemātiū. Cōdēnabit
te os tuū ⁊ nō ego ⁊ labia tua re
spondebūt tibi. Nunq̄d prim⁹ hō
tu natus es ⁊ ante colles format⁹
Nunq̄d ɔsilium dei audisti ⁊ infe
rior te erit ei⁹ sapiencia. Quid no
sti qd̄ ignorem⁹ quid ītelligis qd̄
nesciam⁹. Et senes ⁊ antiqui sūt
in nobis multo vetustiores q̄ pa
tres tui. Nunq̄d grande est ut cō
soletur te de⁹. Sed verba tua pr̄
ua hoc ꝓhibēt. Quid te eleuat cor
tuū ⁊ quasi magna cogitās atto
nitos habes oculos. Quid tumet
con̄ deum spūs tuus ut ꝓferas de
ore tuo hui⁹ cemōi sermōes Quid
est homo ut immaculat⁹ sit: ⁊ ut
iust⁹ appareat natus de muliere.
Ecce inter sanctos ei⁹ nemo īmu
tabilis et celi non sunt mūdi ī cō
spectu ei⁹: qn̄to magis abhomīa
bilis ⁊ inutilis homo qui bibit q̄
si aquā iniquitatē. Ostendā tibi
audi me quod vidi narrabo tibi
Sapientes confitētur ⁊ nō abscō
dunt pr̄es suos. Quib⁹ solis data
est terra ⁊ non transiuit alienus
ꝑ eos. Cūctis dieb⁹ suis impi⁹ sup
bit: ⁊ nūer⁹ annoꝝ incert⁹ est ty
rānidis ei⁹. Sonit⁹ terroris semꝑ
in aurib⁹ illi⁹ ⁊ cū pax sit: ille sēp
īsidias suspicat̄. Nō credit q̄ reu
ti possit de tēbris ad lucē circūspe
ctās vndiqz gladiū cū se moueit
ad q̄rendū panē. Nouit q̄ ꝑatus

sit ī manu ei⁹ tenebraꝝ dies. Ter
rebit eū tribulacō et āgustia val
labit eū sicut regez qui prepatur
ad preliū. Tetēdit aduersus deuz
manū suā ⁊ ɔtr̄ omīpotētez robo
rat⁹ est. Cucurrit aduersus eū ere
cto collo ⁊ pingui ceruice armat⁹
est. Operuit faciē ei⁹ crassitudo et
de lateribus ei⁹ aruina depēdet.
Habitauit in ciuitatibz desolatis
⁊ in domib⁹ desertis q̄ in tumulos
sunt redacte. Nō ditabit̄ nec perse
uerabit substātia ei⁹ nec mittet
ī terrā radicē suā. Nō recedet de te
nebris. Ramos ei⁹ arefaciet flā
ma ⁊ auferet̄ spū oris eius. Non
credet frustr̄ errore decept⁹ ꝙ ali
quo p̄tio redimēdus sit. Anteq̄
dies eius impleāt̄ pibit ⁊ manus
ei⁹ arescēt. Ledetur q̄si vinea in p̄
mo flore botrus ei⁹ ⁊ quasi oliua
ꝓitiēs florē suuz. Cōgregacō em̄
ypocrite steril̄ ⁊ ignis deuorabit
tabernacula eoꝝ q̄ munera liben
ter accipiūt. Cōcepit dolorē ⁊ pe
perit iniq̄tatē ⁊ vterus ei⁹ prepat
dolos. ¶ Ca. xvi.

Respondēs aūt iob dixit. Au
diui frequent̄ talia. Cōsolatores
onerosi om̄es vos estis. Nūquid
habebūt finē verba vētosa. Aut
aliq̄d tibi molestū ē si loquaris.
Poterā ⁊ ego similia vr̄i loq̄. Atz
vtinā esset aīa vr̄a ꝓ anima mea
Cōsolarer ⁊ ego vos sermonib⁹
⁊ mouerē caput meū sup vos. Ro
boraremvos ore meo ⁊ mouerē la
bia mea q̄si pcens vobis. Sz q̄d
agam. Si locut⁹ fuero nō q̄escit
dolor meus ⁊ si tacuero nō recedet
a me. Nūc aūt oppressit me dolor
me⁹ ⁊ in nihilū redacti sūt oēs ar
tus mei. Ruge mee testimonium
dicunt contr̄ me ⁊ suscitat̄ falsilo
quus adūsus faciē meā ɔtr̄dicēs
m̄. Collegit furorē suū in me ⁊ cō
minās m̄ infremuit cōtr̄ me dēti
bus suis. Hostis me⁹ terribilib⁹
ocul̄ me intuitus ē. Aperuerūt su
per me ora sua ⁊ exprobrātes per
cusserūt maxillā meā saciati sunt
penis meis. Cōclusit me de⁹ ap̄d
iniquū ⁊ manib⁹ impiorū me tra
didit. Ego ille quondā opulētus
repēte ɔtrit⁹ sū tenuit ceruicē me
am. Cōfregit me ⁊ posuit sibi q̄si
in signū. circūdedit me lanceis su
is ɔulunerauit lūbos meos. Non
pepcit ⁊ effudit ī t̄ra viscera mea
Cōscidit me vulnere sup vulnus
irruit ī me q̄si gygas. Saccū con
sui sup cutē meā ⁊ operui cinē car
nem meaz. Facies mea intumuit
fletu ⁊ palpebre me caligauerūt
Hec passus sū absq̄ iniq̄tate ma
nus mee cū haberē mūdas ad de
um preces. Terra ne opias sāgui
nē meū neq̄ inueniat ī te locum
latēdi clamor meus. Ecce em̄ in ce
lo testis me⁹ ⁊ ɔscius meus in ex
celsis. Verbosi amici mei. ad deum
stillat oculus me⁹. Atq̄ vtinā si
iudicaret̄ vir cuz deo q̄uo iudicat̄
filius hōis cū collega suo. Ecce ei
breues āni trāseunt ⁊ semitā per
quā nō reūtar ābulo ¶ Ca. xvij.

Spiritus me⁹ attenuabitur
dies mei breuiabunt̄ ⁊ solū
mihi sup est sepulchꝝ. Nō pecca
ui ⁊ in amaritudinibus moratur
ocul⁹ me⁹. Libera me ⁊ pone me
iux̄ te ⁊ cuiusuis man⁹ pugnet cō
tr̄ me. Cor eoꝝ lōge fecisti a disci
plina ꝓpterea non exaltabuntur

Predā pollicet̄ soc̄ijs a oculi filio
rū ei⁹ deficient· Posuit me quasi ī
puerbiū vulgi a exēplum sum co
raz eis· Caligauit ad indignatio
nez oculꝰ meus a mēbra mea q̄si
in nihilū redacta sunt· Stupebāt
iusti sup hoc a innocēs contr̄ hypo
critam suscitabitur· Et tenebit u
stꝰ viaz suaz a mundꝰ manibus
addet fortitudinē· Igit̄ oēs vos cō
uertimini a venite a nō inueniaz
in vobis vlluz sapientē· Dies mei
transierūt cogitacōnes mee dissi
pate sunt torquētes cor meū· No
ctē verterunt in diez: a rursū post
tenebras spero lucē· Si sustinuēo
infernꝰ domus mea est: a in tene
bris strauī lectulū meū· Putredi
mꝰ dixi pater meꝰ es: mater mea a
soror mea vermiꝰ· Vbi est ergo
nūc p̄stolacō mea: a patientiam
meā quis cōsiderat· In p̄fundissi
mū infernū descendēt oīa mea·
Putasne saltē ibi erit requies mi

Respondens aūt ℭ Ca· xviij·
baldad suites dixit· Vsq
ad quē finez verba iactabis· Ĩ
telligę prius a sic loquamur· Quaē
putatꝰ sumꝰ ut iumēta: a sordu
miꝰ coraz te· Qui p̄dis animā tuā
in furore tuo· Nūquid p̄pter te de
relinquetur terra Et trāsferentur
rupes de loco suo· Nōne lux ipsi
extinguetur: nec splendebit flam
ma ignis eiꝰ· Lux obtenebrescz
in tabernaculo illius: a lucerna q̄
sup eū est extinguetur· Artabūt
gressus virtutis eiꝰ: a p̄cipitabit
eū consiliū suum· Immisit enim
in rete pedes suos a in maculis eiꝰ
ambulat· Tenebit planta illius
laqueo a exardescet cōtra eū sitis·
Abscōdita est in terra pedica eiꝰ
a decipula illiꝰ sup semitaz· Vndi
q̄ terrebūt eū formidines a inuol
uent pedes eius· Attenuet̄ fame
robur eius et media inuadat co
stas illius· Deuoret pulchritudi
nē cutis eius a cōsumat brachia
illiꝰ primogenita mortis· Auellat̄
de tabernaculo suo fiducia eiꝰ a cal
cet sup eum quasi rex interitꝰ· Da
bitet in tabernaculo illiꝰ socij eiꝰ
q̄ non ē: aspergatur in tabernaculo
eiꝰ sulphur· Deorsuz radices eius
siccētur· sursū autē atterat̄ messis
eiꝰ· Memoria illiꝰ pereat de terra et
nō celebret̄ nomē eiꝰ ī plateis· Ex
pellet eū de luce in tenebras a de
orbe trāsferet eū· Non erit semen
eius neq̄ p̄genies in populo suo:
nec vlle reliquie in regionibꝰ eius·
In die eiꝰ stupebunt nouissimi et
p̄mos inuadet horror· Hec sūt er
go tabernacula iniqui a iste locꝰ
eius q̄ ignorat deū· ℭ Ca· xix·

Respondēs autē iob dixit· Vs
quequo affligitis animam
meaz a atteritis me sermonibꝰ
Ecce decies cōfunditis me a nō eru
bescitis opprimentes me· Nempe
et si ignoraui mecū erit ignoran
tia mea· At vos cōtra me erigimi
a arguitis me obprobriis meis·
Saltem nunc intelligite quia deꝰ
nō equo iudicō afflixerit me a fla
gellis suis me cinxerit Ecce clama
bo vim patiens et nemo audiet:
vociferabor a nō ē q̄ iudiciū· Sem
tā meā circūsepsit a trāsire nō pos
sū a ī calle meo tenebras posuit Spo
liauit me gloria mea a abstulit co
ronā de capite meo· Destruxit me
vndiq̄ a peo a q̄si euulsę arboris

abstulit

spem meā. Iratꝰ est contr̄ me fu
ror eiꝰ ⁊ sic me habuit q̄si hostez
suū. Simul venerūt latrōes eiꝰ ⁊
fecerūt sibi viā ꝑ me ⁊ obsederūt ī
gyro tabernaculū meū. Fratres
meos longe fecit a me ⁊ noti mei
q̄si alieni recesserūt a me. Dereliq̄
rūt me ꝓpinqui mei ⁊ q̄ me noue
rāt obliti sūt mei. Inquilini domꝰ
mee ⁊ ancille mee sicut alienū ha
buerūt me ⁊ quasi ꝑegrinꝰ fui in
oculis eorū. Seruū meū vocaui ⁊
nō r̄ndit ore ꝓprio dep̄cabar illū.
Halitū meū exhorruit vxor mea
⁊ orabā filios vteri mei. Stultiq̄z
despitiebant me et cū ab eis reces
sissem detrahebāt mihi. Abhomi
nati sūt me quōdā cōsiliarij mei
⁊ quē maxime diligebā auersatꝰ
est me. Pelli mee cōsumptis car
nibus adhesit os meū ⁊ derelicta
sūt tm̄modo labia circa dētes me
os. Miseremī mei miseremini mei
saltez vos amici mei q̄ manꝰ dn̄i
tetigit me. Quare ꝑseq̄mini me si
cut deꝰ ⁊ carnibus meis satuāmi
ni. Quis mihi tribuat ut scribāt̄
sermōes mei. Quis m̄ det ut exa
rent̄ ī libro stilo ferreo ⁊ plūbi la
mina vel celte sculpātur in silice.
Scio em̄ q̄ redēptor meꝰ viuat et
in nouissimo die de terra surrectu
rꝰ sū. Et rursū circūdabor pelle mea
⁊ in carne mea videbo deū. Quē vi
surus sū ego ipse ⁊ oculi mei ꝯspe
cturi sunt ⁊ non alius. Reposita ē
hec spes mea in sinu meo. Quare
ergo nūc dicitis ꝑseq̄mur eū ⁊ ra
dicē verbi inueniamꝰ cōtr̄ eum.
Fugite ergo a facie gladij q̄niaz
vltor iniq̄tatū gladius ē ⁊ scitote
esse iudicium. ¶ Ca. xx.

Respōdens autez sophar naa
mathites dixit. Idcirco co
gitacōes mee varie succedūt sibi
⁊ mēs ī diuersa rapit̄. Doctrinaz
qua me arguis audiā ⁊ spūs in
telligētie mee r̄ndebit mihi. Hoc
scio a principio ex q̄ est positꝰ ho
mo sup terrā q̄ laus impiorꝫ bre
uis sit ⁊ gaudium ypocrite ad in
star pūcti. Si ascēderit vsqz ad ce
lū supbia eiꝰ ⁊ caput eiꝰ nubes te
tigerit quasi sterq̄limū in fine per
detur ⁊ qui eū viderāt dicent Vbi
ē. Velut somniū auolās non in
uenietur. trāsiet sicut visio noctur
na. Oculꝰ qui eū viderat nō vide
bit neqz vltr̄ intuebit̄ eū locꝰ suꝰ
Filij eius atterent̄ egestate ⁊ ma
nꝰ illius reddent ei dolorez suū. Os
sa eius īplebūtur vicijs adolescē
tie eius ⁊ cū eo ī puluere dormiēt.
Cum em̄ dulce fuerit in ore eius
malū abscōdit illud sub lingua
sua. Parcz illi ⁊ nō dereliquet illd̄
⁊ celabit ī gutture suo Panis eiꝰ
in vtero illiꝰ vertet̄ in fel aspiduz
intrinsecꝰ. Diuitias quas deuora
uit euomet et de vētre illius extr̄
het eas deꝰ. Caput aspidū fuget
⁊ occidet eū lingua vipere. Nō vi
deat riuulos flumīs torrētis mell̄
⁊ butiri. Luet que fecit oīa nec ta
mē cōsumet̄. Iux̄ multitudinē ad
inuētionū suaꝝ sic ⁊ sustinebit q̄
niā cōfringens nudauit paupis
domū rapuit ⁊ nō edificauit eaz
nec ē satiatus venter eiꝰ. Et cū ha
buerit q̄ cōcupierat possidere nō
poterit. Nō remāsit de cibo eius et
ꝓpterea nihil ꝑmanebit de bonis
eius. Cum satiatus fuerit artabi
tur estuabit ⁊ omnis dolor irruet

sup eū. Vtinaz impleatur venter
eius ut emittat in eum irā furois
sui ⁊ pluat sup illū bellum suū. Fu
giet arma ferrea ⁊ irruet in arcū
ereum: eductus ⁊ egrediēs de va
gina sua ⁊ fulgurās ī amaritudi
ne sua. Vadent ⁊ veniēt sup eum
horribiles. ōnes tenebre abscōdi
te sunt in occultis ei⁹. Deuorabit
eum ignis qui nō succenditur. af
fligetur relict⁹ in tabernaculo suo
Reuelabunt celi iniq̄tatē ei⁹ ⁊ ter
ra cōsurget aduersus eū. Apertū
erit germen dom⁹ illius detrahet
in die furoris dei. Hec est pars ho
minis impij a deo ⁊ hereditas ver
borum eius a domino.

¶ Capitulū vicesimū p̄mū.

Respondens autem iob dixit
Audite queso sermōes me
ōs ⁊ agite penitētiam. Sustinete
me ut ⁊ ego loquar ⁊ post mea si
videbitur verba ridete. Nunq̄d cō
tra hominē disputacō mea est ut
merito non debeaz cōtristari. At
tēdite me ⁊ obstupescite ⁊ suppo
nite digitū ori vestro. Et ego quā
do recordatus fuero ptimesco: et
cōcutit carnem meaz tremor. Qua
re ergo impij viuunt: sbleuati sūt
cōfortatiq̄ diuicijs. Semen eoꝝ
pmanet corā eis: ꝓpinquoꝝ tur
ba ⁊ nepotum in cōspectu eorum.
Dom⁹ eorū secure sunt ⁊ pacate ⁊
non est virga dei sup illos. Bos
eoꝝ concepit ⁊ nō abortiuit. vac
ca pepit ⁊ non est p̄uata fetu suo
Egrediuntur quasi greges puuli
eorū ⁊ infantes eoꝝ exultant lusi
b⁹. Tenent tympanuz ⁊ cytha
ram ⁊ gaudent ad sonitū organi.
Ducūt in bonis dies suos ⁊ in pū
cto ad infernū descēdunt. Qui di
xerunt deo recede a nobis ⁊ scienti
am viarū tuarum nolum⁹. Quis
est ōnipotens ut seruiam⁹ ei. Et
quid nobis ꝓdest si orauerimus
illum. Verūtamen quia nō sunt
in manu eorū bona sua: consiliuz
impioꝝ longe sit a me. Quociēs
lucerna impiorum extinguetur ⁊
supueniet eis inūdatio ⁊ doloēs
diuidet furoris sui. Erunt sicut pa
lee ante faciem venti ⁊ sicut fauil
la quā turbo dispergit. De⁹ serua
bit filijs illius dolorem patris: et
cū reddiderit tunc sciet. Videbūt
oculi ei⁹ interfectōem suaz ⁊ de fu
rore ōnipotentis bibet. Quid enī
ad eum pertinet de domo sua post
se. Et si numerus mensiū ei⁹ dimi
dietur. Nunq̄d deum docebit q̄s
piam scientiaz qui excelsos iudi
cat. Iste moritur robust⁹ ⁊ san⁹
diues et felix: viscera eius plena
sunt adipe ⁊ medullis ossa illius
irrigantur. Alius vero moritur ī
amaritudine anime sue absq̄ vl
lis opibz ⁊ tamen simul in pulue
re dormient ⁊ vermes operiēt eos
Certe noui cogitacōnes vestras:
⁊ sentencias contra me iniquas
dicitis enim. Vbi est dom⁹ prin
cipis ⁊ vbi tabernacula impiorū
Interrogate quēlibet de viatori
bus ⁊ hec eadem illum intelligere
cognoscetis. Quia in diē ꝑdicōis
seruatur malus ⁊ ad diez furoris
ducetur. Quis arguet coram eo
vias eius ⁊ que fecit quis reddet
illi. Ipse ad sepulchra ducetur ⁊
in congerie mortuoruz vigilabit
Dulcis fuit glaries cocyti ⁊ pt⁹ se
oēz hoīez trh̄z ⁊ añ se īnūerabiles

Quo igit̃ cõsolamini ne frustr̃ cũ
rñsio vr̃a repugnare oñsa sit ve
ritati. ¶ Capi. xxij.

Respõdẽs ãt eliphas thema
nites dixit. Nũquid deo põt
cõpari homo etiã cum pfcẽ fuerit
sciẽtie. Quid pdest deo si iust⁹ fue
ris ã q̃d ei cõfers si immaculata
fuerit vita tua. Nunq̃d timẽs ar
guet te ⁊ veiet tecũ in iudiciũ et
non ꝓpter malitiã tuã plurimã ⁊
infinitas iniq̃tates tuas. Abstu
listi em̃ pign⁹ fratrũ tuoꝝ sine cã
⁊ nudos spoliasti vestib⁹. Aquaꝫ
lasso nõ dedisti et esuriẽti subtra
xisti panẽ In fortitudine brachij
tui possidebas terrã ⁊ potẽtissim⁹
obtinebas eam. Viduas dimisi
sti vacuas ⁊ lacertos pupillorũ
cõminuisti. Proptẽa circũdatus
es laqueis ⁊ cõturbat te formido
subita. Et putabas te tẽbras nõ
visurũ ⁊ ĩpetu aquaꝝ inundãciũ
nõ oppressuꝫ iri. An cogitas ꝙ de
us excelsior celo sit ⁊ sup stellarũ
verticẽ sb̃limet̃. Et dicis. Quid ei
nouit de⁹. Et quasi p caliginẽ iu
dicat. Nubes latibulũ ei⁹ nec nr̃a
ꝯsiderat ⁊ circa cardines celi pam
bulat Nunq̃d semitaꝫ seculoꝝ cu
stodire cupis quã calcauerũt viri
iniq̃ qui sb̃lati sũt ante tẽp⁹ suum
⁊ fluui⁹ sb̃uertit fundamẽtũ eoꝝ
Qui dicebant d̃o recede a nobis ⁊
quasi nihil possit facere õnipotẽs
estimabãt eũ cũ ille implesset do
mos eorũ bonis. Quorũ sẽtẽtia ꝓ
cul sit a me. Videbũt iusti et leta
bũtur ⁊ innocẽs sb̃sãnabit eos.
Nõne succisa ẽ erectio eoꝝ ⁊ reliq̃
as eorũ deuoãuit ignis. Acquie
sce igit̃ ei ⁊ habeto pacem ⁊ p hec
habeb̃ fruct⁹ optimos. Suscipe ex
ore illi⁹ legẽ ⁊ pone sermones ei⁹
in corde tuo. Si reuersus fueis ad
õnipotẽtem edificaberis ⁊ lõge fa
ciet iniq̃tatẽ a tab̃naculo tuo. Da
bit ꝓ terra silicem ⁊ pro silice tor
rentes aureos. Eritq̃ õnipotẽs cõ
tra hostes tuos ⁊ argentũ coacer
uabit̃ tibi. Tũc sup õnipotẽteꝫ de
licijs afflues ⁊ eleuabis ad deũ fa
cieꝫ tuã. Rogabis eũ ⁊ exaudiet
te ⁊ vota tua reddes. Decernes reꝫ
⁊ veniet tibi ⁊ in vijs tuis splẽde
bit lumen. Qui em̃ hũiliat⁹ fueit
erit in gloria ⁊ q̃ inclinauerit ocu
los ip̃e saluabit̃. Saluabit̃ inno
cẽs saluabitur autẽ mũditia ma
nuum suarum. ¶ Ca. xxiij.

Respõdens autẽ iob ait. Nũc
quoqꝫ ĩ amaritudĩe ẽ s̃mo
me⁹ ⁊ man⁹ plage mee aggraua
ta est sup gemitũ meũ Quis mihi
tribuat ut cognoscã ⁊ inueniam
illũ ⁊ veniaꝫ vsqꝫ ad soliũ eius.
Ponã corã eo iudiciũ et os meuꝫ
replebo increpacõib⁹ ut sciaꝫ ver
ba que mihi rñdeat ⁊ intelligam
q̃d loquat̃ mihi. Nolo multa for
titudine cõtendat mecũ nec mag
nitudĩs sue mole me p̃mat. Pro
ponat equitatẽ cõtra me ⁊ pueni
et ad victoriã iuditiũ meũ. Si ad
orientẽ iero nõ apparet si ad occi
dẽtem nõ intelligaꝫ eũ. Si ad sini
strã quid agã. Nõ apprehẽdam
eũ. Si me vertam ad dexterã nõ vi
debo illum. Ipse vero scit viã me
am ⁊ pbabit me quasi auꝝ q̃d p
ignem tñsit. Vestigia ei⁹ secutus
est pes me⁹ viam ei⁹ custodiui et
non declinaui ex ea. A mandatis
labioꝝ ei⁹ non recessi ⁊ ĩ sinu meo

abscondi verba oris ei⁹. Ipse enim sol⁹ est ⁊ nemo auertere pōt cogitacōem eius ⁊ anīa ei⁹ qdcūq; voluit hoc fecit. Cūq; expleuerit in me volūtatez suam ⁊ alia multa similia presto sūt ei. Et idcirco a facie ei⁹ turbatus sū ⁊ ɔsiderās eu; timore sollicitor. De⁹ molliuit cor meū ⁊ ōnipotens ɔturbauit me. Nō eī perij ꝓpter imminētes tenebras: nec faciem meaz opuit caligo.

¶ Ca. xxiiij.

AB ōnipotēte nō sunt abscondita tpa. qui aūt nouerunt eum ignorāt dies illi⁹. Alij terminos trāstulerunt: dirupuerūt greges ⁊ pauerūt eos. Asinū pupilloꝝ abegerūt ⁊ abstulerūt ꝓ pignore bouē vidue. Subuerterunt pauperū viaz ⁊ oppresserūt pariter māsuetos t̄re. Alij quasi onagri ī deserto egrediūtur ad op⁹ suum: vigilantesq; ad predaz prepant panez liberis. Agrū nō suū demetunt ⁊ vineaz ei⁹ quē vi oppresserūt vindemiāt. Nudos dimittunt hoīes indumēta tollentes quib⁹ nō est opimentū in frigore. quos ymbres montiū rigant et nō habentes velamē amplexātur lapides. Vim fecerunt dep̄dantes pupillos ⁊ vulgū pauperē spoliauerūt Nudis ⁊ incedētib⁹ absq; vestitu ⁊ esurientib⁹ tulerūt spicas Inter aceruos eoꝝ meridiati sunt: q̄ calcatis torcularib⁹ sitiūt. De ciuitatib⁹ fecerūt viros gemere ⁊ anima vulneratoꝝ clamauit ⁊ deus inultū abire nō patit̄. Ipsi fuerūt rebelles lumī. Nescierūt vias ei⁹ nec reuersi sūt ꝑ semitas illi⁹ Mane primo ɔsurgit homicida: interficit egenū ⁊ pauperem. ꝑ noctē vero erit q̄si fur. Ocul⁹ adulteri obseruat caliginē dicēs nō me videbit ocul⁹ ⁊ operiet vultū suū. Perfodit in tenebris domos sicut in die condixerāt sibi ⁊ ignorauerūt lucē. Si subito apparuerit aurora arbitrātur vmbrā mortis et sic ī tenebris quasi in luce ābulāt. Leuis est sup faciez aque. Maledcā sit pars ei⁹ in terrā: nec ābulet ꝑ viaz vineaꝝ Ad nimiū calorē trāsiet ab aquis niuiū ⁊ vsq; ad inferos peccatū illi⁹. Obliuiscat̄ ei⁹ misericordia. Dulcedo illi⁹ vermes Non sit in recordacōe. sed ɔterat̄ sic lignuz infructuosū. Pauit enim sterilem ⁊ que nō parit et vidue bene non fecit. Detraxit fortes in fortitudine sua ⁊ cū steterit nō credet vite sue. Dedit ei de⁹ locū penitentie ⁊ ille abutitur eo in supb a Oculi autē ei⁹ sunt in vijs illi⁹ Eleuati sūt ad modicum ⁊ nō subsistent ⁊ humiliabūtur sicut ōnia ⁊ auferentur ⁊ sicut sūmitates spicarum cōterentur. Quod si non ē ita quis me potest arguere eē mētitum ⁊ ponere ante deum verba mea.

¶ Ca. xxv.

RESpondens autē baldad suites dixit. Potestas ⁊ terror apud eum est qui facit cōcordiā in sublimib⁹ suis. Nunq̄d est nūerus militū ei⁹ ⁊ sup quē nō surgz lumē illius. Nunq̄d iustificari potest homo cōpatus deo: aut apparere mūd⁹ natus de muliere. Ecce luna ec̄ nō splendet ⁊ stelle n̄ sūt munde in cōspectu eius q̄ntomagis hō putredo ⁊ filius hominis vermis.

¶ Ca. xxvi.

Respondēs aūt iob dixit. Cu
ius adiutor es. Nūquid im
becillis ⁊ sustētas brachiū ei⁹ q̄
non ē fortis. Cui dedisti cōsilium
Forsitan illi qui nō hēt sapientiā
⁊ prudētiam tuam ostēdisti pluri
mā. Quē docere voluisti. Nōne eū
qui fecit spiramentū. Ecce gygā
tes gemūt sb̄ aquis et qui habi
tant cū eis. Nud⁹ est inferus corā
illo ⁊ nullū ē opimentū p dicōni
Qui extēdit aq̄lonem sup vacuū
⁊ appendit terrā sup nihili. Qui li
gat aquas in nubib⁹ suis ut nō
erūpant pariter deorsum. Qui tenet
vultū solij sui ⁊ expādit sup illd̄
nebulam suā. Terminū circūde
dit aquis vsq̄ dum finiātur lux ⁊
tenebre. Colūne celi cōtremiscūt.
⁊ pauent ad nutū eius In fortitu
dine illi⁹ repēte maria cōgregata
sūt ⁊ prudētia eius pcussit supbū
Spūs ei⁹ ornauit celos ⁊ obstetri
cāte manu ei⁹ edict⁹ ē coluber tor
tuosus. Ecce hec ex parte dicta sūt
viaꝝ eius. Et cū vix paruā stillaꝫ
sermonis ei⁹ audierim⁹ quis po
terit tonitruū magnitudinis illi
us intueri. ¶ Capitu. xxvij.

Addidit quoq̄ iob assumēs
pabolam suā ⁊ dixit. Viuit
de⁹ qui abstulit iudiciū meū ⁊ oī
potens q̄ ad amaritudinē addu
xit amāꝫ meā. q̄ donec supest ali
tus in me ⁊ spūs dei in narib⁹ me
is non loq̄ntur labia mea iniq̄ta
tē. nec lingua mea meditabit mē
datiuꝫ. Absit a me ut iustos esse
vos iudicē. Donec defitiā nō rece
dam ab innocētia mea. Justifica
cōem meaꝫ quā cepi tenere nō de
serā. Neq̄ em̄ reprehēdit me cor
meū in ōni vita mea. Sicut impi⁹
inimic⁹ me⁹ ⁊ aduersari⁹ meus q̄
si iniqu⁹. Que ē em̄ spes ypocrite
si auare rapiat ⁊ nō liberet de⁹ aī
mā eius. Nunq̄d de⁹ audiet cla
morē eius cū venerit sup eū angu
stia. Aut poterit in ōnipotēte de
lectari ⁊ inuocare deū ōni tpe. Do
cebo vos p manū d̄i que ōnipotēs
habeat nec abscōdam. Ecce ōnes
vos nostis ⁊ q̄d sine causa vana
loq̄mini. Hec ē pars hōinis īpij
apud deū ⁊ hereditas violētoruꝫ
quā ab oīpotente suscipient. Si
multiplicati fuerint filij ei⁹ in gla
dio erūt ⁊ nepotes ei⁹ nō satura
bunt pane. Qui reliq̄ fuerint ex
eo sepeliētur ī interitu ⁊ vidue illi
us nō plorabūt. Si cōportauerit
q̄si terra argentū ⁊ sicut lutū pre
pauerit vestimēta: p̄pabit quidē
sed iust⁹ vestiet illis ⁊ argentum
innocens diuidet. Edificauit sic ti
nea domū suam ⁊ sicut custos fe
cit vmbraculū. Diues cū voluerit
nihil secū auferꝫ apiet oculos su
os ⁊ nihil inueniet. Apprehēdet eū
quasi aq̄ inopia nocte opprimet
eū tēpestas. Tollet eū vent⁹ vrēs
⁊ auferet ⁊ velut turbo rapiet eū
de loco suo. Et mittet sup eū et nō
parcet de manu ei⁹ fugiens fugi
et. Stringet sup eum man⁹ suas:
⁊ sibilabit sup illū ītuēs locū ei⁹.

Habet argētū ¶ Ca. xxviij.
venarū suarum p̄ncipia et
auro locus ē in quo cōflatur. Fer
rū de terra tollit ⁊ lapis solut⁹ ca
lore in es vertit. Temp⁹ posuit te
nebris ⁊ vniūsorum finē ipse cō
siderat. Lapideꝫ quoq̄ caliginis ⁊
vmbrā mortis diuidet torrens a

populo pegrinãte eos q̃s oblit⁹
est pes egẽtis hoĩs ⁊ inuios. Ter
ra de q̃ oriebat̃ panis: in loco suo
igni subuersa ẽ. Locus saphiri la
pides eius ⁊ glebe illi⁹ aurũ. Semi
taꝫ ignoauit auis nec intuit⁹ est
oculos vulturis. Nõ calcauerũt
eaꝫ filij institoꝝ nec ꝑtrãsiuit per
eã leena. Ad salicẽ extẽdit manũ
suaꝫ subuertit a radicib⁹ montes.
In petris riuos excidit ⁊ õne p̃ci
osum vidit ocul⁹ ei⁹. Profũdaq̃
fluuioꝝ scrutat⁹ est ⁊ abscõdita
ꝓduxit in lucẽ. Sapiẽtia vero vbi
inuenit̃ ⁊ quis ẽ locus intelligen
tie. Nescit homo preciũ ei⁹ nec in
uenitur in terra suauit̃ viuentiũ.
Abissus dicit nõ ẽ in me et mare
loquitur nõ est mecũ. Non dabit̃
aurũ obrisũ ꝓ ea: nec appendetur
argentũ in cõmutacõe ei⁹. Nõ cõ
feretur tinctis in die coloribꝰ: nec
lapidi sardonico p̃ciosissimo vel
saphiro. non adequabitur ei auꝝ
vel vitrũ: nec cõmutabũtur vasa
ꝓ ea auri excelsa ⁊ eminẽtia non
ꝯmemorabũtur cõpacõe ei⁹. Tra
hit̃ autẽ sapiẽtia de occultis. nõ
adeq̃bitur ei topasion de ethio
pia: nec tincture mundissiẽ cõpo
netur. Vñ ergo sapientia venit ⁊
q̃s est loc⁹ intelligẽtie. Abscõdi
ta est ab oculis õnium viuentiũ
volucres q̃ꝫ celi latet. Perdicio et
mors dixerunt auribꝰ nostris au
diuim⁹ famã ei⁹. De⁹ intelligit vi
am ei⁹ ⁊ ipse nouit locũ illius. Ip
se enim fines mũdi intuet̃ ⁊ õnia
que sub celo sunt respicit. Qui fe
cit ventis pond⁹ ⁊ aquas appen
dit mẽsura. Qñ ponebat pluuijs
legẽ ⁊ viaꝫ ꝓcellis sonantib⁹: tũc
vidit illaꝫ ⁊ enarrauit ⁊ p̃parauit
⁊ inuestigauit ⁊ dixit homini. Ec
ce timor domini ipsa est sapiẽtia
⁊ recedere a malo intelligẽtia.

¶ Capitulum. xxix.

Addiditq̃ꝫ iob assumens pa
bolam suam ⁊ dixit. Quis m̃
tribuat ut sim iux̃ menses pristi
nos ſm dies q̃bus deus custodi
ebat me. Qñ splendebat lucerna
eius sup caput meũ ⁊ ad lumẽ ei⁹
ambulabã in tenebris. Sicut fui
ĩ dieb⁹ adolescentie mee: qñ deus
secreto eãt in tabnaculo meo. Qñ
erat õnipotens mecũ ⁊ in circuitu
meo pueri mei. Quãdo lauabam
pedes meos butiro ⁊ petra funde
bat mihi riuos olei. Qñ ꝓcedebã
ad portaꝫ ciuitatis ⁊ in platea pa
bant cathedram mihi. Videbãt
me iuuenes ⁊ abscõdebant̃ ⁊ se
nes assurgẽtes stabant. Princi
pes cessabant loqui ⁊ digitum su
perponebant ori suo. Vocem suã
cohibebant duces ⁊ lingua eorũ
gutturi suo adherebat. Auris au
diens beatificabat me ⁊ ocul⁹ vi
dens testimoniũ reddebat mihi
eo ꝙ liberassem paupeꝫ vociferã
tẽ ⁊ pupillũ cui nõ esset adiutor.
Bñdictio pituri sup me veniebat
⁊ cor vidue cõsolatus sum. Justi
cia indutus sũ ⁊ vestiui me sicut
vestimento ⁊ dyademate iudicõ
meo. Ocul⁹ fui ceco ⁊ pes claudo.
Pat̃ erã pauperũ ⁊ causã quã ne
sciebã diligẽtissime inuestigabã.
Conterebam molas iniq̃ et de dẽ
tib⁹ illi⁹ auferebã p̃dã. Dicebãq̃ꝫ
In nidulo meo moiar ⁊ sic palma
multiplicabo dies. Radix mea
apta ẽ sec⁹ aq̃s ⁊ ros morabitur

in emissione mea. Gloria mea sp innouabit & arcus meus in manu mea instaurabit. Qui me audie bant expectabāt sententiam & intē ti tacebant ad cōsiliū meū. Verb meis addē mihil audebāt & sup illos stillabat eloquium meū. Expe ctabant me sic pluuiā & os suum aperiebant q̄si ad ymbrem sero tinū. Si q̄ ridebam ad eos nō cre debant & lux vultus mei nō cadebat in terrā. Si voluissez ire ad eos se debam primus. Cūq; sederē q̄si rex circūstante exercitu erā tū meren tium consolator. Capi. xxx.

Nunc autē derīdēt me iunio res tēpore quoz nō dignabar pōnere cū canib⁹ gregis mei Quoz virtus manuū mihi erat p mihilo & vita ipa putabātur idig ni. Egestate & fame steriles q̄ rode bant i solitudine squalētes cala mitate & miseria. Et mādebāt her bas & arboz cortices & radix ium pero⁹ erat cibus eoz. Qui de qual libz ista rapiētes cū singula repe rissent ad ea cū clamore current. In desertis habitabāt torrētū & in cauernis terre vel sup glareaz. Qui inter huiusmōi letabant & ēē sibi sentib⁹ delicias cōputabāt. Filij stulto⁹ū & ignobiliū & i ter ra penit⁹ nō parētes. Nūc in eoz cāticū versus sum & fact⁹ sū eis in puerbiū. Ablōmant̄ me & lōge fugiūt a me & faciē meaz ospuere nō verent̄. Pharetrā em̄ suā ape ruit & afflixit me & frenū posuit in os meū. Ad dexterā oriētis calami tatis mee ilico surrexerūt. Pedes meos subuerterūt oppresserūt q̄si fluctib⁹ semitis suis. Dissipauerūt itinera mea. Insidiati sūt mihi et preualuerūt & nō fuit qui ferret au xiliū. Quasi rupto muro & aperta ianua irruerūt sup mea ad meas miserias deuoluti sūt. Redact⁹ sū i mihilū. Abstulisti q̄si vēt⁹ desi derium meū & velut nubes ptrāsiit sa lus mea. Nūc autē in memetipso marcescit aīa mea et possident me dies afflictōis. Nocte os meū pforat̄ doloribus & q̄ me comedūt nō dormiūt. In multitudie eoruz osumit̄ vestimētū meū & q̄si capi tio tunice sic cinxerūt me. Cōpa tus sum luto & assimilat⁹ sū fauil le & cineri. Clamo ad te & non ex audis me. sto & nō respicis me. Mutat⁹ es mihi in crudelez & i duci a man⁹ tue adūsaris mihi. Ele uasti me & quasi super vētum po nens elisisti me valide. Scio quia morti tradas me vbi ostituta est dom⁹ōi viuēti. Verūtamē nō ad cōsūpcōem eoz emittis manū tu am & si corruerint ipē saluab. Fle bam quondaz sup eo q̄ afflictus erat & opatiebat̄ aīa mea pau peri. Expectabā bona & venerūt mi mala. pstolabar lucē & erupērūt tenebre. Interiora mea efferbue rūt absq; vlla requie puenerūt me dies afflictōis. Merēs incedebaz sine furore cōsurgēs in turba da mani. Frat̄ fui draconū & socius struciorū. Cutis mea denigrata est super me & ossa mea aruerūt pre caumate. Versa ē in luctū cithara mea & organū meum in vocem flentium. Capitulū. xxxi.

Pepigi fedus cū oculis meis ut ne cogitarē q̄dē de virgine Quā em̄ partē haberet in me de⁹

ɛsup a hæreditatē ōmipotēs de ex
celsis. ¶Nūquid nō pdicto ē imq
a alienacō opantib⁹ imusticiaz ɛ
¶Nonne ipe cōsiderat vias meas a
cūctos gressus meos dinumeāt·
¶Si ambulaui in vanitate a festi
uit in dolo pes me⁹: appēdat me i
statera iusta a sciat de⁹ simplicita
tē meā·¶Si declinauit gressus me⁹
de via a si secut⁹ ē oculꝰ meus cor
meū·a si in manib⁹ meis adhæsit
macula: seram a ali⁹ comedat: et
pgenies mea eradicet·¶Si deceptꝰ
tū est cor meū sup muliere a si ad
ostiuz amici mei insidiat⁹ fū: scor
tum alteri⁹ sit vxor mea a sup illā
incuruent alij·¶Hoc em̄ nephas ē
a imq̄tas maxima: ignis vsq; ad
pdictōem devorans a ōmia eradi
cans gemmina·¶Si cōtēpsi subire
iudiciū cum seruo meo a ancilla
mea cū disceptarent aduersū me
Quid em̄ faciam cū surrexerit ad
iudicandū deus a cum q̄sierit q̄d
rñdebo illi. ¶Nunq̄d nō in vtero fe
cit me qui a illum opatus ē a for
mauit me in vulua vn⁹. ¶Si nega
ui q8 volebant paupibus: a ocu
los vidue expectare feci·¶Si come
di buccellaz meā sol⁹ a non come
dit pupillus ex ea·Quia ab infā
cia mea creuit mecū miseracio: et
de vtero mr̄is mee egressa ē mecū
¶Si despexi pretereūtem eo q̄ non
habuerit indumētū a absq; ope
rimento paupem·¶Si nō bñdixe
rūt mihi latera eius a de velleribz
ouiū meaz calefact⁹ est·¶Si leuaui
sup pupillū manū meaz etiā cum
viderem me in porta supior ē: hūe
rus meus a iunctura sua cadat a
brachiū meum cū suis ossib⁹ con
fringat·¶Semp enī quasi tumen
tes sup me fluctus timui dei a pō
dus eius ferre non potui·¶Si puta
ui aurū robur meum a obrīso di
xi fiducia mea·¶Si letatus sum sup
multis diuiciis meis a q̄ pluima
reperit manus mea·¶Si vidi solez
cum fulgeret a lunam incēdē da
rea letatū est in abscōdito cor me
um a osculatus fū manū meā ore
meo·que est imq̄tas maxima: et
negacō contrā deū altissimū ¶Si ga
uisus fū ad ruinaz ei⁹ qui me o de
rat et exultaui q⁹ inuenisset eū ma
lū·¶Non enī dedi ad peccādū gut
tur meuz: ut expeterez maledicen
amīmā eius·¶Si nō dixerūt viri ta
bernaculi mei: quis det de carnib⁹
eius ut saturemur·¶Foris nō man
sit pegrin⁹: ostiū meū viatori pa
tuit·¶Si abscōdi quasi homo pecca
tum meū a celaui in sinu meo in
quitatem meaz·¶Si expaui ad mꝰ
titudinem nimiam et despectio p
pinq̄ꝝ terruit me a nō magis ta
cui nec egressus sum ostiuz·Quis
mihi tribuat adiutoꝛez ut desi de
rium meum audiat ōmipotēs·a
libz scribat ipse qui iudicat: ut i
humero meo portē illum a ciram
dē illum quasi coronā mihi. ¶De
singulos grad⁹ meos pnūciabo
illū a quasi principi offerā eū·¶Si
aduersū me terra mea damat: a
cū ipsa sulci ei⁹ deflēt·¶Si fruct⁹ ei⁹
comedi absq; pecūia a aīam agri
colaz ei⁹ afflixi: p frumēto oriat
mihi tribulus a pro ordeo spina·

¶Jserūt autē tres ¶Ca·xxxij·
viri isti rēspondere iob: eo q⁹
iustus sibi videretur·Et iratus
indignatusq; est helyu filius

barachel buzites de cogñtiõe ram
Iratus ē autez aduersũ iob eo ꝙ
iustum se eē diceret corã deo. Por
ro aduersũ amicos eiꝰ indigna
tus ē eo ꝙ non inuenissent rñsio
nem racõnabilē ꝫ tm̃modo ꝯdem
nassent iob. Igitur helin expecta
uit iob loqñtem eo ꝙ seniores es
sēt q̃ loquebãtur. Cũ aũt vidissz
ꝙ tres rñdere ñ potuissent iratꝰ ē
vehemẽter. Rñdensqꝫ helin filius
barachel buzites dixit. Iunior sũ
tpe vos autē antiq̃ores. Idcirco
dimisso capite veritꝰ sũ vobis ĩdi
care meã sentẽtiã. Sperabã em̃ ꝙ
etas ꝓlixior loq̃ret ⁊ annoꝝ mul
titudo doceret sapientiã. Sed ut vi
do spũs est in hominibꝰ ⁊ inspiã
tio õnipotẽtis dat intelligentiaz.
Nõ sũt lõgeui sapiẽtes nec senes
intelligũt iudiciũ. Ido dicã audi
te me oñdam vobis eciã ego me
am sciam. Expectaui em̃ sermões
vestros audiui prudẽtiã vr̃az do
nec disceptaremini sermonibꝰ ve
stris et donec putabã vos aliq̃d
dicere ꝯsiderabã. Sed ut video ñ
ē q̃ possit arguẽ iob ⁊ rñdẽ ex vob
sermonibꝰ eiꝰ. Ne forte dicatis in
uenimꝰ sapiẽtiã deꝰ ꝓiecit euz nõ
homo. Nihil locutꝰ est m̃ ⁊ ego ñ
ꝑm sermões vr̃os rñdebo illi. Exti
muerũt nec rñderunt vltr̃ abstu
lerũtqꝫ a se eloquiũ Rm̃ igit̃ expe
ctaui ⁊ nõ sũt locuti. steterũt nec
rñderunt vltra rñdebo ⁊ ego ꝑtez
meam ⁊ ostendã sciam meã. Ple
nꝰ sũ em̃ sermonibꝰ ⁊ coartat me
spũs vteri mei. En vent̃ meꝰ qua
si mustũ absqꝫ spiãculo q8 lagũ
culas nouas dirũpit. Loq̃r et re
spiãbo paululũ apiaz labia mea

⁊ rñdebo. Non accipiã ꝑsonã viri
⁊ deũ hõini nõ equabo. Nescio em̃
q̃diu sb̃sistam ⁊ si ptꝰ modicum
tollat me factor meꝰ. ¶ Ca. xxxiij.

Audi igit̃ iob eloquia mea
⁊ oẽs ꝑmones meos auscul
ta. Ecce aperui os meũ loq̃tur lin
gua mea in faucibꝰ meis. Simpli
ci corde meo ꝑmões mei ⁊ sentẽti
am labia mea purã loqñtur Spi
ritꝰ dei fecit me ⁊ spiraculũ õnipo
tentis viuificauit me. Si potes re
sponde mihi ⁊ adu̇sus faciẽ meaz
ꝯsiste. Ecce ⁊ me sic̃ ⁊ te fecit deus
⁊ de eodẽ luto ego quoqꝫ formatꝰ
sũ. Verũtam̃ miraculũ meũ nõ te
terreat ⁊ eloqñtia mea non sit ti
bi g̃uis. Dixisti ergo in auribꝰ me
is ⁊ vocẽ verborum tuoꝝ audiui.
Mundus sũ ego ⁊ absqꝫ delicto ĩ
maculatꝰ ⁊ non ē iniq̃tas in me.
Quia q̃relas in me reperit ideo ar
bitr̃tus ē me inimicũ sibi. Posuit
in neruo pedes meos custodiuit
õnes semitas meas. Hoc ē ergo
in q̃ non es iustificatꝰ Rñdebo ti
bi ꝙ maior sit deꝰ hõine Adu̇sum
eũ contẽdis ꝙ non ad oĩa verba
rñderit tibi. Semel loq̃tur deꝰ ⁊ se
cũdo idipsũ nõ repetit. Per sõnũ
ĩ visiõe nocturna qñ irruit sopor
sup hõines ⁊ dormiũt in lectulo.
Tunc aperit aures viroꝝ ⁊ erudi
ens eos instruit disciplina ut au̇
tat hõinẽ ab hijs q̃ fecit ⁊ liberet
eũ de supbia eruẽs animã eius a
corrupcõe ⁊ vitam illiꝰ ut non tñ
seat in gladiũ Increpat quoqꝫ ꝑ
dolorẽ in lectulo ⁊ oĩa ossa eius
marcescere facit. Abhõinabilis ei
fit ĩ vita sua panis ⁊ aĩe illiꝰ cibꝰ
ante desiderabilis. Tabescet caro

ei⁹ ⁊ ossa q̄ tecta fuerāt nudabū
tur. Appropinq̄bit corrupcōi aīa
ei⁹ ⁊ vita illi⁹ mortiferis. Si fuerit
ꝓ eo angel⁹ loquēs vnū de simili
b⁹ ut annūciet hoīs eq̄tatē misere
bit̄ ei⁹ ⁊ dicz Libera eū ut nō descē
dat in corrupcōez. Inueī ī q̄ ei ꝓpi
cier Cōsūpta ē caro ei⁹ a supplicijs
reūtat̄ ad dies adolescētie sue. De
p̄cabit̄ deū ⁊ placabil' ei erit ⁊ vi
debit faciē ei⁹ in iubilo ⁊ reddz hoī
iusticiā suā. Respiciet hoīes et di
cz. Peccaui ⁊ vere deliq̄ ⁊ ut eram
dign⁹ nō recepi. Liberauit aīaz su
am ne ꝑgeret in interitū. ꝫ viuēs
lucē vidēt. Ecce hec ōnia opatur
de⁹ trib⁹ vicibz ꝑ singulos ut r̄uo
cet aīas eoꝝ a corruptiōe ⁊ illumi
net luce viuētiū. Attēde iob ⁊ au
di me ⁊ tace dū ego loquor. Si āt
habes ꝙ loquaris rn̄de m̄. Loq̄re
Volo enī te apparere iustū. Qd̄ si
nō habes audi me: tace ⁊ docebo
te sapientiā. ¶ Ca. xxxiiij.

PRonūtians itaq̄ heliu eciā
hec locutus ē. Audite sapiē
tes verba mea ⁊ eruditi ausculta
te me. Auris eī verba ꝓbat ⁊ gut
tur escas gustu diiudicat. Iudici
um eligam⁹ nobis ⁊ inter nos vi
deam⁹ q̄d sit meli⁹ Quia dixit iob
iust⁹ sū ⁊ de⁹ sb̄uertit iudiciū meū
In iudicādo enī me mēdaciū ē vi
olēta sagitta mea absq̄ vllo pec
cato. Quis est vir ut est iob qui
bibit sb̄sānacōnez quasi aquam
qui gradit̄ cum opantib⁹ iniq̄ta
tē ⁊ ambulat cum viris impijs. ⁊
Dixit enim. Non placebit vir deo
eciā si cucurrerit cum eo. Ideo viri
cordati audite me. Absit a deo im
pietas ⁊ ab ōnipotēte iniquitas.

Op⁹ eī homīs reddet ei ⁊ iux̄ vias
singuloꝝ restituet eis. Vere eī de
us nō ꝯdēnabit frustra nec oīpo
tēs sb̄uertet iudiciū. Quē cōstitu
it aliū sup terrā aut quē posuit su
p orbē quē fabricatus ē. ⁊ Si direxe
rit ad eū cor suū spm̄ illi⁹ ⁊ flatuz
ad se trahet. Deficiet ōnis caro si
mul ⁊ homo in cinerez reuertetur
Si habes ḡ intellem̄ audi qd̄ dr̄ ⁊
ausculta vocē eloquij mei. Nūq̄d
q̄ nō amat iudiciū sanari pōt. ⁊ Et
qūo tu eū q̄ iust⁹ ē intn̄tū cōdem
nas. ⁊ Qui dicit regi apostata q̄ vo
cat duces impios. Qui nō accipit
ꝑsonas p̄ncipū nec cognouit ty
rannū cū disceptaret contra pau
perez. Op⁹ enī manuū ei⁹ sunt vni
uersi. Subito morient̄ ⁊ in media
nocte turbabuntur populi ⁊ per
trāsibunt ⁊ auferent violentum
absq̄ manu. Oculi enim ei⁹ super
vias hominū ⁊ ōnes gressus eo
rum considerat. Non sūt tenebre
⁊ non est vmbr̄ mortis ut abscō
dantur ibi qui operātur iniquita
tem. Neq̄ enim vltra in hominis
potestate est: ut veniat ad deum
in iudicium. Conteret multos in
numerabiles ⁊ stare faciet alios
pro eis. Nouit enī opa eorū ⁊ id
circo inducet noctem ⁊ cōterent̄.
Quasi impios ꝑcussit eos in loco
videntiuz. Qui quasi de industria
recesserunt ab eo ⁊ ōnes vias ei⁹
intelligere noluerūt ut peruenire
facerent ad deum clamorem ege
ni ⁊ audiret vocem pauperum Ip
so enim concedente pacem quis ē
qui condēnet. ⁊ Ex quo abscōderit
vultū q̄s est q̄ contēplet̄ eū. ⁊ Et su
ꝑ gentes ⁊ sup ōnes homīes. Qui

regnare facit hōinem ypocritā ꝓp
ter pccā populi. Quia ēgo ego lo
cutus sū ad deū tequoqꝫ nō ꝓhi
bebo. Si erraui tu doce me. Si iniq̄
tatē locutus sū vltra nō addam
Nunquid a te deus expetit eam
qꝛ displicuit tibi. Tu em̄ cepisti
loqui ⁊ nō ego. Quod si q̄d nosti
melius loquē Viri ītelligētes lo
quant̄ mihi ⁊ vir sapiēs audiet
me. Job autē stulte locut⁹ ē ⁊ ver
ba illius n̄ sonāt disciplinā. Pat̄
mi ꝓbetur iob vsqꝫ ad finē. Ne de
finas ab hoīe iniq̄tatis q̄ addit
sup pcca sua blasphemiā. Inter
nos interim ɔstringat̄ et tūc ad
iudiciū ꝓuocet sermōib⁹ suis deū
Git̄ heliu hec rur ¶ Ca. xxxv.
sum locutus est. Nunquid equa
videtur tibi tua cogitatio ut dice
res iustior deo sū. Dixisti em̄. Non
tibi placet q̄d rectum est. Vl̄ q̄d
tibi ꝓderit si ego peccauēo. Itaqꝫ
ego rn̄debo sermōib⁹ tuis ⁊ aīcis
tuis tecū. Suscipe celū ⁊ intuē ⁊ cō
templare etheā ꝙ altior te sit. Si
peccaueis q̄d ei nocebis. Et si mlt̄
tiplicate fuerint iniq̄tates tue q̄d
facies cōtra eum. Porro si iuste
egeris quid donab̄ ei aut q̄d de
manu tua accipiet. Hōini q̄ simi
lis tui ē nocebit impietas tua et
filiū hōis adiuuabit iusticia tua
Propt̄ multitudinē calūniatorū
clamabunt ⁊ eiulabūt ꝓpter vim
brachij tyrānorū Et nō dixit vbi
est de⁹ qui fecit me q̄ dedit carmi
na in nocte. Qui docet nos sup iu
mēta terre ⁊ sup volucres celi eru
dit nos Ibi clamabūt ⁊ nō exau
diet ꝓpter supbiaꝫ malorū. Non
ergo frustra audiet de⁹ ⁊ ōnipo
tēs causas singulorꝫ intuebitur
Etiā cum dixeris nō cōsiderat iu
dicare corā illo ⁊ expecta eū. Nūc
em̄ non infert furorē suū nec vlci
scit̄ scelus valde. Ergo iob frustr̄
apit os suum ⁊ absqꝫ scīa verba
multiplicat. ¶ Capitulū. xxxvi.
Addēs quoqꝫ heliu hec locu
tus est. Sustīe me paululū
⁊ iudicabo tibi. Adhuc eī habeo
q̄d ꝓ deo loquar. Repetā sciētiam
meā a principio ⁊ opatorē meuꝫ
ꝓbabo iustū. Vere em̄ absqꝫ mē
datio sermōes mei ⁊ ꝑfecta scien
tia ꝓbabit̄ tibi. De⁹ potēs nō abi
cit cū ⁊ ipse sit potens ꝫ n̄ saluat
impios ⁊ iuditiū pauꝑib⁹ tribu
it. Non auferet a iusto oculos su
os ⁊ reges in solio collocat ī ꝑpe
tuū ⁊ illic erigūtur. Et si fuerint ī
cathenis ⁊ vinciant̄ funib⁹ pauꝑ
tatis indicabit eis opa eorꝫ ⁊ sce
lera eorꝫ qꝛ violēti fuerūt. Reuela
bitq̄ aurem eorꝫ ut corripiat ⁊ lo
quet̄ ut reuertātur ab iniq̄tate Si
audierint ⁊ obs̄uauerint cōp le
bunt dies suos in bono ⁊ ānos su
os in gl̄ia. Si autē nō audierint
trāsibunt ꝑ gladiū ⁊ ɔsumētur ī
stulticia. Simulatoēs ⁊ callidi ꝓ
uocāt iram dei neqꝫ clamabūt cū
vincti fuerint Moiet̄ ī tēpestate aī
ma eorꝫ ⁊ vitaꝫ eorꝫ inter effemi
natos Eripiet de āgustia sua pau
perē ⁊ reuelabit ī tribulacōe aurē
ei⁹. Igit̄ saluabit te de ore angu
sto latissime ⁊ nō habēte fūdam̄
tum sb̄ter se. Req̄es aūt mēse tue
erit plena pinguedīe. Causa tua
quasi impij iudicata ē causā iudi
ciūqꝫ recipies. Non te ḡ supet ira
ut aliquē oppr̄ias nec multitudo

donoꝝ inclinet te. Depone magni
tudinem tuam absque tribulacione et om
nes robustos fortitudine. Ne ꝓtra
has noctem ut ascendant ꝑplus ꝑ eis.
Caue ne declines ad iniquitatem. Hanc
enim cepisti sequi ꝑt⁹ miseriam. Ecce de
us excelsus in fortitudine sua et nul
lus ei similis in legislatoribus. Quis
poterit scrutari vias eius aut quis po
test ei dicere operatus es iniquitatem. Me
mento quod ignores opus eius de quo ce
cinerunt viri. Omnes homines vident eum
vnusquisque intuetur procul. Ecce deus mag
nus vincens scientiam nostram. Numerus ano
rum eius inestimabilis. Qui aufert
stellas pluuie et effundit imbres
ad instar gurgitum. Qui de nubibus
fluunt que pretexunt cuncta desuper. Si vo
luerit extendere nubes quasi tentorium
suum et fulgurare lumine suo desuper
cardines quoque maris operiet. Per hec enim
iudicat ꝑplus et dat escam multis
mortalibus. In manibus abscondit lu
cem et precepit ei ut rursus adueniat.
Annunciat de ea amico suo quod pos
sessio eius sit et ad eam possit ascendere.

Super hoc expa ¶ Ca. xxxvij.
uit cor meum et emotum est de lo
co suo. Audiet audicionem in terro
re vocis eius et sonum de ore illius ꝓce
dentem. Subter omnes celos ipse consi
derat et lumen illius super terminos ter
re. Post eum rugiet sonitus tonabit
voce magnitudinis sue et non inuesti
gabitur cum audita fuerit vox eius.
Tonabit deus in voce sua mirabi
liter qui facit magna et inscrutabilia
Qui precipit niui ut descendat in ter
ram et hyemis pluuijs et imbri for
titudinis sue. Qui in manu omnium homi
num signat ut nouerint singuli opa
sua. Ingredietur bestia latibulum suum
et in antro suo morabitur. Ab interi
oribus egredietur tempestas et ab ar
cturo frigus. Flante deo concrescit ge
lu et rursum latissime fundunt aque
Frumentum desiderat nubes et nubes
spargunt lumen suum Que lustrant cun
cta per circuitum quocumque eas voluntas
gubernantis duxerit ad omne quod precepe
rit illis super faciem orbis terrarum siue in
vna tribu siue in terra sua siue in quocum
que loco mine sue eas iusserit inueni
ri. Ausculta hec iob sta et considera
mirabilia dei. Numquid scis quando prece
pit deus pluuijs ut ostenderet lucem nu
bium eius. Numquid nosti semitas nu
bium magnas et perfectas scientias. Non
ne vestimenta tua calida sunt cum perfla
ta fuerit terra austro. Tu forsitan cum
eo fabricatus es celos qui solidissimi
quasi ere fusi sunt. Ostende nobis quid dica
mus illi. Nos quippe inuoluimur tene
bris. Quis narrabit ei que loquor. Ecce
si locutus fuerit homo deuorabitur at nunc
non videt lucem. Subito aer cogetur in
nubes et ventus transiens fugabit eas.
Ab aquilone aurum venit et a deo formi
dolosa laudacio. Digni enim inueniri
non possumus. Magnus fortitudine et
iudicio et iusticia et enarrari non po
test. Ideo timebunt eum viri et non au
debunt contemplari omnes qui sibi viden
tur esse sapientes. ¶ Ca. xxxviij.

Respondens autem dominus iob de tur
bine dixit Quis est iste inuol
uens sententias sermonibus impitis.
Accinge sicut vir lumbos tuos inter
rogabo te et responde mihi. Vbi eras
quando ponebam fundamenta terre.
Indica mihi si habes intelligentiam.
Quis posuit mensuras eius si nosti:
vel quis tetendit super eam lineam. Super
quo bases illius solidate sunt.

Aut quis demisit lapidem angularem
eius cum me laudarent simul astra
matutina et iubilarent omnes filij dei
Quis conclusit ostijs mare quando erum
pebat quasi de vulua procedens cum
ponerem nubem vestimentum eius et ca
ligine illud quasi pannis infantie
obuoluerem. Circumdedi illud termi
nis meis et posui vectem et ostia et di
xi. Vsque huc venies et non procedes
amplius et hic confringes tumentes
fluctus tuos. Nunquid post ortum tuum
precepisti diluculo et ostendisti auro
re locum suum et tenuisti concutiens ex
trema terre et excussisti impios ex
ea. Restituetur ut lutum signaculum
et stabit sicut vestimentum. Auferetur
ab impijs lux sua et brachium ex
celsum confringetur. Nunquid ingressus
es profundum maris et in nouissimis
abissi deambulasti. Nunquid aper
te sunt tibi porte mortis et ostia te
nebrosa vidisti. Nunquid conside
rasti latitudinem terre. Indica mihi si
nosti omnia in qua via lux habitet et
tenebrarum quis locus sit ut du
cas vnumquodque ad terminos suos
et intelligas semitas domus eius. Sci
ebas tunc quod nascitur eens et numerum
dierum tuorum noueras. Nunquid in
gressus es thesauros niuis aut the
sauros grandinis aspexisti quam prepa
ui in tempus hostis in diem pugne et
belli. Per quam viam spargitur lux
diuiditur estus super terram. Quis dedit
vehementissimo ymbri cursum et viam
sonantis tonitrui ut plueret super
terram absque homine in deserto vbi nul
lus mortalium commoratur ut imple
ret inuiam et desolatam et producerem
herbas virentes. Quis est pluuie
pater vel quis genuit stillas roris.

De cuius vtero egressa est glacies et
gelu de celo quis genuit. In simili
tudinem lapidis aque durantur et su
perfities abissi constringitur. Nunquid
coniungere valebis micantes stellas
pliades aut gyrum arcturi poteris
dissipare. Nunquid producis lucife
rum in tempore suo et vesperum super fili
os terre consurgere facis. Nunquid
nosti ordinem celi et pones rationem
eius in terra. Nunquid eleuabis in ne
bulam vocem tuam et impetus aquarum
operiet te. Nunquid mittes fulgura
et ibunt et reuertentia dicent tibi assu
mus. Quis posuit in visceribus hominis
sapientiam vel quis dedit gallo intel
ligentiam. Quis enarrabit celorum
rationem et concentum celi quis dormi
re faciet. Quando fundabatur puluis in
terram et glebe compingebantur. Nun
quid capies leene predam et animam
catulorum eius implebis quando cubant
in antris et in specubus insidiantur.
Quis preparat coruo escam suam quando
pulli eius clamant ad deum vagan
tes eo quod non habeant cibos.

Nunquid nosti ¶ Ca. xxxix.
tempus partus ibi cum in petris
vel parturientes ceruas obseruasti
dinumerasti menses conceptus earum et
scisti tempus partus earum. Incuruan
tur ad fetum et pariunt et rugitus emit
tunt. Separantur filij earum et pergunt ad
pastum egrediuntur et non reuertentur
ad eas. Quis dimisit onagrum liberum
et vincula eius quis soluit. Cui de
di in solitudine domum et tabernacu
la eius in terra salsuginis. Contem
nit multitudinem ciuitatis clamorem
exactoris non audit. Circumspicit mon
tes pascue sue et virentia queque per
quirit. Nunquid volet rinoceros

fuire tibi ā morabiē ad p̄sepe tū uz.℣ Nūq̄d alligab̄ rinoceron tā ad arādū loro tuo ā ꝺfringz glebas vallū post te.℣ Nunq̄d fiduciam hēbis ī magn̄ fortitudīe ei⁹.℣ Et dere linques ei labores tuos.℣ Nunq̄d credes illi qm̄ semētē reddet tibi a areā tuaz ꝺgreget.℣ Pēna struc̄ mis simil ē pēmis ḥrro dij a accipi tris Nū dere linq̄t ouā sua ī terra tu fortitan ī puluere calefacies ea Obliuiscit̄ q̄ pes cōculcet ea ā be stia agri ꝺterat. Durat ad filios suos q̄si nō sint sui frustra labora uit nullo timore cogēte Priuauit enī eā de⁹ sapiētia nec dedit illi in telligentiā. Cū tps fuerit in altuz alas erigit deridet equū a ascēso rez ei⁹. Nunq̄d p̄trebis eq̄ fortitu dinē ā circūdab̄ collo ei⁹ hinnitū.℣ Nunq̄d suscitab̄ eū q̄si locustas.℣ Gloria narīū ei⁹ terro: terrā vngu la fodit. Exultat audacter ī occur su pgit armatis. Contēmit pauo rez nec cedit gladio. Sup ipsū so nabit pharetē vibrabit hasta a clipe⁹. Feruēs a fremēs sorbet ter rā: nec reputat tube sonare dāgo tem. Vbi audierit buccinā dicit vah: procul odorat bellū exhortaci ones ducū a vlulatū exercit⁹. Nū q̄d p sapiētiā tuā plumescit acci piter: expandēs alas suas ad au strū.℣ Nunq̄d ad preceptū tuū ele uabit̄ aquila: et ī arduis ponet nidū suū.℣ In petris manet ī pre ruptis silicib⁹ ꝺmorat̄ atq; inac cessis rupib⁹. Inde ꝺspicit escā: a delonge oculi ei⁹ p̄spiciūt. Pul li ei⁹ lambūt sāguinē et vbicūq; cadauer fuerit statī adest. Et adie cit dn̄s a locut⁹ē ad iob. Nunq̄d q̄ ꝺtendit cū do tā facile ꝺgescit Vt qz q̄ arguit deū det a rūdere e. Rn̄ dēs āt iob dn̄o dixit. Qui leuit lo cutus sū tū dē q̄d possuz.℣ Manū meā ponā sup os meū. Vnū locu tus sū qd̄ vltrā nō addā. ¶ Ca. xl.

Respōdens aūt dn̄s iob de tur bine dixit Accinge sic̄ vir lūbos tuos interrogabo te a indica mi. Nunq̄d irritū facies iudicium meū a ꝺdēnabis me ut iustificēris Et si brachiū sic̄ de⁹ a voce fili tonas circūda tibi decorez a in sūblime erigē a esto glorios a speci osis induere vestib⁹. Dispge sup bos in furore tuo a cōfunde eos et respicies ōnez arrogātē humilia Respice cūctos superbos a ꝺfunde eos a ꝺtere impios in loco suo Ab scōde eos in puluē simul: a facies eoz demerge in fouea a ego ꝺfite bor q̄ saluare te possit dextera tua Ecce behemoth quē feci tecū fenū q̄si bos comedet. Fortitudo ei⁹ ī lūbis eius. a virtus illi⁹ in vmbili co ventris ei⁹. Stringit caudā su am quasi cedrū nervi testiculorū ei⁹ pplexi sūt Ossa ei⁹ velut fistule eris. cartilago illi⁹ quasi lamine ferree. Ipe est p̄ncipium viaz dei Qui fecit eū applicabit gladiū ei⁹ huic mōtes herbas ferūt. Omes bestie agri ludent ibi sub vmbra dormit ī secreto calamī in locis humētib⁹. Protegūt vmbre vm brā ei⁹ circūdabūt eū salices torrē tis Ecce absorbebit fluuiū a nō mi rabit̄ et habet fiduciam q̄ influ at iord ams in os eius. In oculis ei⁹ quasi hamo capiet eum et in fudibus perforabit nares eius.

An extrahē poteris leuiathā ha
mo ⁊ fune ligabis linguā ei⁹. ⁊ nū
quid pones circulū in narib⁹ eius
ā armilla ꝑ foābis maxillā eius. ⁊
Nunq̄d multiplicabit ad te p̄ces
aut loq̄tur tibi mollia. ⁊ nunq̄d fe
riet tecum pactū ⁊ accipies eū ser
uū sempiternū. ⁊ Nunq̄d illudes
ei q̄si aui aut ligabis eū ancillis
tuis. ⁊ Concidēt eū amici diuidēt
illū negotiatores. nunq̄d imple
bis sagenas pelle ei⁹ ⁊ gurgusti
um pisciū capite illi⁹ Pones sup
eū manū tuā. Memēto belli nec vl
tr̄ addas loq̄. Ecce spes ei⁹ frustr̄
bitur eum ⁊ vidētib⁹ cūctis preci
pitabitur. ¶ Ca. xli.

Non quasi crudelis suscitabo
eū Quis em̄ resistere pōt vul
tui meo ⁊ q̄s añ dedit mihi ut red
dam ei. ⁊ Om̄a que sb̄ celo sūt mea
sunt. nō parcam ei verb̄ potētib⁹
⁊ ad dep̄candū cōpositis. Quis re
uelabit faciē indumēti ei⁹. ⁊ Et in
mediū oris ei⁹ q̄s intrabit. ⁊ Por
tas vult⁹ eius q̄s apiet. ⁊ Per gy
rū dentiū eius formido corp⁹ illi⁹
quasi scuta fusilia cōpactuz squa
mis se p̄mentib⁹. Vna vni cōiū
gitur ⁊ ne spiraculū quidē īcedit
ꝑ eas. Vna alteri adherebit ⁊ te
nētes se nequaq̄ separabūtur Ster
nutacō eius splēdor ignis ⁊ oculi
eius ut palpebre diluculi. De ore
eius lāpades ꝓcedunt sicut tede
ignis accense. De narib⁹ eius ꝓce
dit fum⁹ sic olle succēse atq̄ feruē
tis. Halit⁹ eius prunas ardere fa
cit ⁊ flāma de ore eius egreditur.
In collo ei⁹ morabit̄ fortitudo ⁊ fa
ciē ei⁹ p̄cedit egestas. Mēbra car
niū ei⁹ coherētia sibi. Mittit cōtra
eum fulmina ⁊ ad locū aliū non
ferent̄. Cor ei⁹ indurabit̄ tanq̄ la
pis ⁊ stringetur q̄si malleatoris
incus Cum sb̄lat⁹ fuerit timebūt
angeli ⁊ territi purgabūtur. Cuz
app̄henderit eū gladi⁹ sb̄sistē nō
poterit neq̄ hasta neq̄ torax. Re
putabit em̄ quasi paleas ferrū ⁊
quasi lignū putridū es. nō fuga
bit eū vir sagittari⁹ in stipulaz v̄
si sunt ei lapides funde. Quasi sti
pulaz estimabit malleū ⁊ deride
bit vibrātē hastaz. Sub ipō erūt
radij solis ⁊ sternet sibi auꝝ qua
si lutū. Feruescē faciet quasi ollā
ꝓfundū mais ponet q̄si cū vngē
ta buliūt Post eū lucebit semita
estimabit abissum quasi senescē
tem. non ē sup terraz potestas q̄
cōparetur ei q̄ factus ē ut nullum
timeret. Om̄e sb̄lime videt ipse ē
rex super vniūsos filios supbie.

Respondēs aūt ¶ Ca. xlij.
Iob dn̄o dixit. Scio q̄ ōnia
potes ⁊ nulla te latet cogitacio.
Quis ē iste q̄ celat consiliū absq̄
scientia. ⁊ Ideo insipient̄ locut⁹ sū
⁊ que vltr̄ modū excederēt sc̄iam
meā. Audi ⁊ ego loquar interroga
bo te et rn̄de mihi. Auditu auris
audiui te nūc aūt oculus me⁹ vi
det te. Idcirco ipē me rep̄hendo ⁊
ago penitētiam in fauilla ⁊ cinere
Postq̄ aūt locut⁹ ē de⁹ verba hec
ad iob dixit ad eliphā themani
ten. Irat⁹ ē furor me⁹ in te ⁊ in du
os amicos tuos qm̄ non estis lo
cuti coraz me rectū sicut seru⁹ me⁹
iob. Sumite ergo vob̄ septē thau
ros ⁊ septem arietes ⁊ ite ad ser
nō crediderūt in mirabilib⁹ eius.
Et defecerūt in vanitate dies eoꝝ
⁊ āī eoꝝ cū feſtinacōe. Cū occi
deret eos querebāt eū: et reuerte
bātur et diluculo veniebāt ad eū
Et rememorati ſūt q̄ deꝰ adiu
tor ē eorū: et deꝰ excelſus redēptor
eorū eſt. Et dilexerūt eū in ore
ſuo: et lingua ſua mentiti ſunt ei.
Cor autē eorū nō erat rectū cum
eo: nec fideles hīti ſunt in teſtamēn
to eius Ipſe aūt eſt miſericoꝝ
⁊ propicius fiet peccatis eoruꝝ: et non
diſperdet eos. Et abūdauit ut
auerteret irā ſuam: et nō accēdit
ōnem iraz ſuā. Et recordatus ē
q̄ caro ſunt: ſpūs vadens et nō
rediens. Quotiēs exacerbauerūt
eū in deſerto: in iraz concitauerūt
eum in inaquoſo. Et conuerſi
ſunt ⁊ tēptauerūt deū: ⁊ ſanctū
iſrl exacerbauerunt. Non fūt
recordati manꝰ eiꝰ: die qua rede
mit eos de manu tribulantis. Si
cut poſuit in egipto ſigna ſua: et
prodigia ſua in campo thaneos.
Et conuertit in ſāguinē flumia eo
rū: ⁊ ymbres eorū ne biberēt. Mi
ſit in eos cynomiā ⁊ comedit eos:
⁊ ranam ⁊ diſperdidit eos. Et de
dit erugini fructꝰ eoꝝ: ⁊ labores
eoruz locuſte. Et occidit in grā
dine vineas eoꝝ: ⁊ moꝛos eoꝝ in
pruina Et tradidit grādini in
mēta eoꝝ: ⁊ poſſeſſionē eoꝝ igni
Miſit in eos irā indignacōis ſue:
indignacōez ⁊ irā ⁊ tribulacōnē
immiſſiōes p āgelos malos Ui
am fecit ſemite ire ſue: nō pepercit
a morte animarum eorū: ⁊ iumen
ta eoꝝum in morte conduſit. Et
percuſſit ōne primogenitū in terra

egypti: p̄micias ōnis laboris eo
rū in tabernaculis cham. Et ab
stulit sicut ouis populū suū: ⁊ per
duxit eos tanq̄ gregē in deserto.
Et deduxit eos in spe ⁊ nō timu
erūt: ⁊ inimicos eoꝝ opuit mare.
Et induxit eos in mōtem sācti
ficacōis sue: mōtem quē acq̄siuit
dextera eius. Et eiecit a facie eo
rū gētes: ⁊ sorte diuisit eis terrā ī
funiculo distribucōis. Et habi
taē fecit in tab̄naculis eoꝝ: trib⁹
israhel. Et tēptauerunt et exac̄
bauerūt deū excelsū: et testimoīa
eius nō custodierūt. Et auerte
runt se ⁊ non seruauerūt pactuꝫ:
quēadmodū p̄res eoruꝫ cōuersi
sunt in arcū p̄uum. In irā ɔcita
uerūt eum ī collib⁹ suis: ⁊ ī sculpti
lib⁹ suis ad emulacōnem eū ꝓuo
cauerūt. Audiuit de⁹ ⁊ spreuit:
⁊ ad nihilū redegit valde israhel
Et repulit tab̄naculum sylo: ta
bernaculū suum vbi habitauit ī
hoībus. Et tradidit ī captiuita
tē virtutē eoꝝ: ⁊ pulchritudinem
eoꝝ in man⁹ inimici. Et condu
sit in gladio populū suū: ⁊ heredi
tateꝫ suam spreuit. Iuuenes eo
rū comedit ignis: virgines eorū
non sūt lamentate. Sacerdotes
eoꝝ in gladio ceciderūt: ⁊ vidue
eorū nō plorabātur. Et excita
tus est tanq̄ dormiēs dn̄s: tanq̄
potēs crapulatus a vino. Et ꝑ
cussit inimicos suos ī posteriora:
obprobriū sempiternū dedit ill̄.
Et repulit tab̄naculū ioseph:
⁊ tribum effrem nō elegit. Sed
elegit tribum iuda: montē syon
quē dilexit. Et edificauit sic̄ vni
corniū sāctifitiū suum: in t̄ra quā
fundauit ī secula. Et elegit da
uid seruū suum: ⁊ sustulit eum de
gregibus ouiū: de post fetātes ac
cepit eum. Pascere iacob seruū
suū: ⁊ isrl̄ hereditateꝫ suam. Et
pauit eos in innocētia cordis sui:
⁊ ī intellictib⁹ manuū suarū dedu
xit eos. ¶ Ps̄. asaph.

Deus venerūt gentes ī here
ditatē tuaꝫ: polluerūt tēpluꝫ
sanctū tuum: posuerūt iherusaleꝫ
ī pomoꝝ custodiaꝫ. Posuerunt
morticinia seruorum tuoꝝ escas vo
latilib⁹ celi: carnes sāctoꝝ tuoruꝫ
bestijs terre. Effuderūt sangui
nem ipsoꝝ tanq̄ aquā ī circuitu
ihrl̄m: ⁊ nō erat qui sepeliꝛ. Fa
cti sum⁹ obprobriū vicinis nr̄is:
sb̄sannacō ⁊ illusio hijs q̄ ī circui
tu nostro sūt. Vsq̄quo dn̄e ira
sceris ī finem: accēdetur velut ig
nis zelus tuus. Effunde irā tu
am ī gentes que te nō nouerunt
⁊ ī regna que nomē tuū non īuo
cauerūt. Quia comederūt iacob
⁊ locum eius desolauerunt. Ne
memineris iniq̄tatū nr̄arū antiq̄
rum: cito anticipent nos miseicor
die tue: q̄ pauꝑes facti sum⁹ nīs
Adiuua nos de⁹ salutaris nr̄: et
ꝓpter gloriaꝫ nominis tui dn̄e li
bera nos. Et ꝓpicius esto pecca
tis nostris ꝓpter nomē tuum: ne
forte dicant ī gentib⁹ vbi ē deus
eoꝝ. Et innotescat ī nacōnib⁹
corā oculis nostris: vltio sangui
nis seruoꝝ tuorum qui effusus ē
Introeat in conspcū tuo: gemi
tus cōpeditorū. Sc̄dm magni
tudīem brachij tui: posside filios
mortificatoꝝ. Et redde vicinis
nostris septuplum ī sinu eorum:

impropiũm ipsorũ qđ exprobra
uerũt tibi dñe. Nos autẽ popu
l9 tuus ⁊ oues pascue tue: ɔfitebi
mur tibi in seculũ. In generaci
onez ⁊ generacõez: annũciabim9
laudẽ tuã ¶ In finẽ ꝓ hijs q̃ ɔmu
tabũtur. Ps. assiriorũ testimoni
um asaph.

Qui regis isrl' intẽde: qui dedu
cis velut ouẽ ioseph. Qui
sedes sup cherubĩ manifestare: co
rã ephraim beniamin ⁊ manasse
Excita potẽtiam tuaz ⁊ veni: ut
saluos facias nos. Deus ɔuer
te nos: ⁊ oñde faciem tuã ⁊ salui
erim9. Dñe de9 virtutũ: quousq̃
irasceris sup oracõez serui tui. Ci
babis nos pane lacrimaꝝ: ⁊ po
tũ dabis nobis in lacrimis ĩ mẽ
sura. Posuisti nos in ɔtradictõ
nem vicinis nr̃is: ⁊ inimici nr̃i sb̃
sãnauerũt nos. Deus virtutuz
cõuerte nos: ⁊ oñde faciem tuã ⁊
salui erim9. Vineam de egipto
tr̃ãstulisti: eiecisti gẽtes ⁊ plãtasti
eam. Dux itineris fuisti in ɔspe
ctu eius: ⁊ plantasti radices eius
⁊ impleuit terrã. Operuit mon
tes vmbra eius: ⁊ arbusta ei9 ce
dros dei. Extendit palmites su
as vsq̃ ad mare: ⁊ vsq̃ ad flumẽ
ꝓpagines eius. Ut quid destru
xisti maceriã eius: ⁊ vindemiant
eaz õnes q̃ p̃tergrediũtur viam.
Exterminauit eã aper de silua:
⁊ singularis ferus depast9 est eã.
Deus virtutũ cõuertere: respice
de celo ⁊ vide ⁊ visita vineã istaz.
Et ꝑfice eaz quã plãtauit dexte
ra tua: ⁊ sup filiũ quẽ ɔfirmasti ti
bi. Incẽsa igni ⁊ suffossa: ab in
crepacõe vultus tui ꝑibunt. Fi

at manus tua sup virũ dextre tue
⁊ sup filium hominis quẽ ɔfirma
sti tibi. Et nõ discedim9 a te: vi
uificabis nos ⁊ nomen tuũ inuo
cabim9. Dñe deus virtutũ con
uerte nos: ⁊ ostende faciẽ tuaz ⁊
salui erimus. ¶ In finem ꝓ torcu
larib9 Psalm9 ipi asaph. quinta
sabbati.:.

Exultate deo adiutori
nr̃o: iubilate deo iacob
Sumite psalmum ⁊
date tympanũ: psal
teriũ iocũdum cũ cythara. Bucci
nate ĩ neomenia tuba: in insigni
die sollẽnitatis vr̃e. Quia p̃cep
tũ in isrl' est: ⁊ iudiciũ deo iacob.
Testimoniũ in ioseph posuit il
lud: cũ exiret de terra egipti lĩguã
quã nõ nouerat audiuit. Diuer
tit ab oneribꝰ dorsũ eius: manus
ei9 in cophino seruierũt. In tri
bulacõe inuocasti me ⁊ liberaui
te: exaudiui te in abscondito tem
pestatis: ꝓbaui te apud aquam
cõtradictiõis. Audi ꝓpl's meus
⁊ ɔtestabor te: isrl' si audieris me
non erit in te de9 recens: neq̃ ado
rabis deum alienum. Ego enim
sum domin9 deus tuus qui eduxi
te de terra egipti: dilata os tuum
⁊ implebo illud. Et nõ audiuit
popul9 meus vocẽ meã: ⁊ isrl' nõ
intẽdit mihi. Et dimisi eos s̃m
desideria cordis eoꝝ ibũt in adin
uencõib9 suis. Si ꝓpl's me9 au
dissz me: isrl' si in vijs meis ãbu
lassz. Pro nihilo forsitan inimi
cos eorum humiliassem: ⁊ super
tribulantes eos mississem manũ
meam. Inimici domini mentiti
sũt ei: ⁊ erit tẽpus eoꝝ in secula.

Et cibauit illos ex adipe frumenti: et de petra melle saturauit eos.

¶ Psalmus asaph.:

Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat. Usque quo iudicatis iniquitatem: et facies peccatorum sumitis. Iudicate egeno et pupillo: humilem et pauperem iustificate. Eripite pauperem: et egenum de manu peccatoris liberate. Nescierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terre. Ego dixi dii estis: et filii excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini: et sicut vnus de principibus cadetis. Surge deus iudica terram: quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.

¶ Canticum psalmi asaph

Deus quis similis erit tibi: ne taceas neque compescaris deus. Quoniam ecce inimici tui sonauerunt et qui oderunt te extulerunt caput. Super populum tuum malignauerunt consilium: cogitauerunt aduersos sanctos tuos. Dixerunt venite et disperdamus eos de gente: et non memoretur nomen israhel vltra. Quoniam cogitauerunt vnanimiter: simul aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula ydumeorum et ismahelite. Moab et agarem gebal et amon et amalech: alienigene cum habitantibus tyrum. Etenim assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis loth. Fac illis sicut madian et sysare: sicut iabin in torrente cyson. Dispierunt in endor: facti sunt ut stercus terre. Pone principes eorum sicut oreb et zeb et zebee et salmana. Omnes principes eorum: qui dixerunt hereditate possideamus sanctuarium dei. Deus meus pone illos ut rotam: et sicut stipulam ante faciem venti. Sicut ignis qui comburit siluam: et sicut flamma comburens montes. Ita persequeris illos in tempestate tua: et in ira tua turbabis eos. Imple facies eorum ignominia: et querent nomen tuum domine. Erubescant et conturbentur in seculum seculi: et confundantur et pereant. Ut cognoscant quia nomen tibi dominus: tu solus altissimus in omni terra.

¶ In finem pro torcularibus filiis chore Psalmus.:

Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit et deficit anima mea in atria domini. Cor meum et caro mea: exultauerunt in deum viuum. Etenim passer inuenit sibi domum: et turtur nidum sibi vbi ponat pullos suos. Altaria tua domine virtutum: rex meus et deus meus. Beati qui habitant in domo tua: in secula seculorum laudabunt te. Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrimarum: in loco quem posuit. Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in syon. Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus iacob. Protector noster aspice deus: et respice in faciem cristi tui. Quia melior est dies vna in atriis tuis: super milia. Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quia misericordiam et veritatem diligit deus: gratiam et gloriam dabit dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: domine virtutum beatus homo qui sperat in te.

¶ In finem filiis chore.

Benedixisti dñe terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob. Remisisti iniq̄tatē plebis tue: operuisti ōnia peccata eoꝝ. Mitigasti omnem iram tuā: auertisti ab ira indignatiōis tue. Conuerte nos deꝰ salutaris nr̄: ⁊ auerte irā tuaꝫ a nobis. Nunq̄d in eternū irasceris nobis: aut extēdes irā tuaꝫ a gn̄acōe ī geneācōeꝫ. Deus tu ꝯuersus viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabitur in te. Ostēde nob̄ dñe misericordiā tuaꝫ: ⁊ salutare tuū da nobis. Audiā quid loq̄tur in me dñs deꝰ: quoniā loq̄tur pacē in plebē suam. Et sup scōs suos: ⁊ in eos qui cōuertūtur ad cor. Verūtamē ꝓpe timentes euꝫ salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nr̄a. Misericordia ⁊ veritas obuiauerūt sibi: ⁊ iustitia ⁊ pax osculate sūt. Veritas de terra orta est: ⁊ iusticia de celo ꝓspexit. Etenim dñs dabit benignitatē: ⁊ terra nostr̄ dabit fructū suum. Iusticia ante eū ambulabit: ⁊ ponet in via gressus suos.

¶ Oracō dauid.

Indina dñe aurem tuaꝫ ⁊ exaudi me: quoniā inops ⁊ paup sū ego. Custodi animā meaꝫ quoniā sāctꝰ sum: saluū fac seruū tuum deus meus sperātem in te. Miserere mei domīe quoniā ad te clamaui tota die: letifica animā serui tui quoniā ad te dñe animā meā leuaui. Quoniā tu dñe suauis et mitis: ⁊ multe misericordie ōnibꝫ inuocantibꝰ te. Auribꝰ ꝑcipe domine orōeꝫ meā: ⁊ intēde voci depcacōis mee. In die tribulacōis mee clamaui ad te: q̄ exaudisti me. Nō est similis tui in dijs domine: ⁊ nō est scd̄ꝫ opa tua. Omnes gētes quascūq̄ fecisti veniēt ⁊ adorabūt corā te dñe: ⁊ glorificabunt nomē tuū. Qm̄ magnꝰ es tu ⁊ faciens mirabilia: tu es deus solꝰ. Deduc me dñe in via tua: et ingrediar in veritate tua: letetur cor meū ut timeat nomē tuum. Confitebor tibi dñe deus meꝰ in toto corde meo: ⁊ glorificabo nomē tuū in eternū. Quia misericordia tua magna est super me: ⁊ eruisti animā meā ex inferno inferiori. Deus iniq̄ insurrexerūt sup me: ⁊ synagoga potēcium q̄sierunt aīaꝫ meaꝫ: ⁊ nō ꝓposuerūt te in cōspectu suo. Et tu dñe deꝰ miserator ⁊ misericors: paciens ⁊ multe misericordie et verax. Respice in me ⁊ miserere mei: da impiuꝫ tuū puero tuo: et saluū fac filiū ancille tue. Fac mecū signū in bonū ut videāt qui oderūt me ⁊ confūdant̄: quoniā tu domine adiuuisti me ⁊ cōsolatꝰ es me.

¶ Psalmꝰ cantici filijs chore.:.

Fundamēta eius in montibꝫ sanctis: diligit dominus portas syon sup ōnia tabernacula iacob. Gloriosa dicta sūt de te: ciuitas dei. Memor ero raab ⁊ babilonis: scientium me. Ecce ali enigene ⁊ tyrus ⁊ populus ethiopum: hij fuerūt illic. Nunq̄d syon dicet homo: ⁊ homo natus est in ea: ⁊ ipse fundauit eam altissimꝰ. Dominꝰ narrabit ī scripturis populorū ⁊ p̄ncipum: horuꝫ qui fuerunt in ea. Sicut letantiū omnium: habitacio in te.

Canticū psalmi filijs chore in finem p melech ad rñdendū intellect⁹ heman ezraite.

Domine de⁹ salutis mee: in die clamaui et nocte coram te. Intret in cōspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuā ad precē meā. Quia repleta est malis aīa mea: et vita mea inferno appropīquauit. Estimatus sū cum descēdentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris quorū nō es memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerūt me in lacu inferiori in tenebrosis et in vmbra mortis. Super me cōfirmatus est furor tuus: et oēs fluctus tuos induxisti sup me. Longe fecisti notos meos a me: posuerūt me abhominatiōem sibi. Traditus sum et non egrediebar: oculi mei languerūt pre inopia. Clamaui ad te domine: tota die expandi ad te manus meas. Numquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt et cōfitebuntur tibi. Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiā tuā: et veritatē tuā in perditiōne. Numquid cognoscent in tenebris mirabilia tua: et iustitia tua in terra oblitionis. Et ego ad te domine clamaui: et mane oratio mea preueniet te. Ut quid domine repellis orationem meā: auertis faciē tuam a me. Pauper sum ego et in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus. In me transierunt ire tue: et terrores tui conturbauerūt me. Circūdederūt me sicut aqua tota die: circūdederunt me simul. Elongasti a me amicū et proximum: et notos me os a miseria. Intellectus ethā ezraite.

Misericordias domini in eternū cantabo. In generatiōem et generatiōem: annunciabo veritatem tuam in ore meo. Quoniam dixisti in eternū misericordia edificabitur in celis: preparabitur veritas tua in eis. Disposui testamentū electis meis: iuraui dauid seruo meo usq; in eternum preparabo semen tuū. Et edificabo in generatiōe et generatiōem: sedem tuā. Confitebunt celi mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam in ecclia sanctorū. Quoniam quis in nubibus equabit̄ domino: similis erit domino in filijs dei. Deus qui glorificat̄ in cōsilio sanctorū: magnus et terribil̄ super oēs q̄ in circuitu eius sunt. Domine deus virtutū quis similis tibi: potens es domine et veritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potestati maris: motū autem fluctuū eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratū superbum in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos. Tui sunt celi et tua est terra: orbem terre et plenitudinem eius tu fundasti: aquilonem et mare tu creasti. Thabor et hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia. Firmetur manus tua et exaltet̄ dextera tua: iustitia et iudiciū preparatio sedis tue. Misericordia et veritas precedent faciem tuā: beatus populus qui scit iubilatiōem. Domine in lumine vultus tui ambulabunt: et in nomine tuo exultabunt tota die: et in iustitia tua exultabunt. Quoniam

gloria virtutis eoꝝ tu es: & in bñ
placito tuo exaltabit̃ cornu nr̃m
Quia dñi est assumptio nr̃a: et
sc̃i israel regis nr̃i. Tunc locut⁹
es in visiõe sc̃tis tuis: & dixisti po
sui adiutoriũ in potẽte: & exalta
ui electũ de plebe mea. Inuẽi
dauid seruũ meũ: oleo sc̃to meo
unxi eũ Manꝰ em̃ mea auxiliabi
tur ei: & brachiũ meũ ꝛfirmabit
eũ. Nihil ꝓficiet inimicus in eo:
& filius iniquitatis nõ apponet no
cere ei. Et cõcidam a facie ipsi⁹
inimicos eius: & odientes eũ in fu
gã cõuertam. Et veritas mea
& misericordia mea cum ipso: & in
noie meo exaltabitur cornu ei⁹.
Et ponã in mari manũ eius: et
in flumin⁹ dexterã eius. Ipse
invocabit me pat̃ me⁹ es tu: deus
me⁹ & susceptor salutis mee. Et e
go primogenitũ ponã illũ: excel
sũ pre regib⁹ terre. In eternum
seruabo illi misericordiã meã: et
testamentũ meũ fidele ipsi. Et
ponaꝝ in seculũ seculi semẽ eius:
& thronũ eius sicut dies cœli. Si
autem dereliquerint filii ei⁹ legẽ
meã: & in iudicijs meis nõ ãbu
lauerint. Si iustitias meas ꝓ
phanauerit: & mandata mea nõ
custodierint. Visitabo in virga
iniq̃tates eoꝝ: & in verberib⁹ pcã
eoꝝ. Misericordiã autẽ meã nõ
dispergã ab eo: neqꝫ nocebo in ve
tate mea: neqꝫ ꝓphanabo testa
mẽtum meũ: & que ꝓcedunt de la
bijs meis nõ faciam̃ irrita. Se
mel iurauí in sc̃o meo si dauid mẽ
tiar: semen ei⁹ in eterñ manebit
Et thron⁹ eius sicut sol in cõspe
ctu meo: & sicut luna pfecta in ete
rnũ: & testis in celo fidel⁹. Tu vẽo
repulisti & despexisti: distulisti cri
stũ tuũ. Euertisti testamẽtũ ser
ui tui: ꝓphanasti in terra sanctuaꝝ
um ei⁹. Destruxisti ones sepes
ei⁹: posuisti firmamtũ ei⁹ formidi
nẽ. Diripuerũt eũ ones trãseũ
tes viaꝝ: factus est obprobriũ vici
nis suis. Exaltasti dexterã deprimenciũ eius: letificasti ones inimi
cos ei⁹. Euertisti adiutorium
gladij ei⁹: & nõ es auxiliatus ei in
bello. Destruxisti eũ ab emũda
cõne: & sedem ei⁹ in terra collisisti
Minorasti dies temꝑis ei⁹: pfudi
sti eũ ꝛfusione. Usquequo dñe
auertis in finẽ: exardescit sicut ig
nis ira tua. Memorare q̃ mea sb
stãtia: nunq̃d em̃ vane ꝛstituisti
ones filios hominũ. Quis ẽ hõ
q̃ viuet & nõ videbit mortẽ: eruet
aiam suaꝝ de manu inferi. Ubi
sunt misericordie tue antiq̃ dom
ne: sicut iurasti dauid in veritate
tua. Memor esto dñe obprobrij
seruoꝝ tuoꝝ: qđ continui in sinu
meo multarũ gentiũ. Quod ex
probrauerũt inimici tui dñe: qđ
exprobrauerũt ꝛmutacõem cristi
tui. Bñdict⁹ dominꝰ in eternuꝫ
fiat fiat. Oracõ moysi hois di.
Omine refugiũ fact⁹ es nob
a generacõe in gnacõnem.
Priusq̃ montes fierent aut for
maretur terra & orbis: a seculo et
in seculum tu es de⁹. Ne auertas
hominẽ in humilitatem: & dixisti
convertimini filij hominũ. Quo
niam mille anni ante oculos tu
os tãq̃ dies hesterna que pterijt
Et custodia in nocte: que pro
nihilo habentur eorũ ãm erunt.

Mane ſicut herba trāſeat: mane floreat & trāſeat: veſpere cidat induret & areſcat Quia defecimus in ira tua: et in furore tuo turbati ſumus. Poſuiſti iniquitates nras in conſpectu tuo: ſeculum noſtrum in illuminatione vultus tui. Quoniam omes dies noſtri defecerunt: & in ira tua defecimus. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor. Quoniam ſupuenit mansuetudo: & corripiemur. Quis nouit potestatem ire tue: & pre timore tuo iram tuam dinumerare? Dexteram tuam ſic notam fac: & eruditos corde in ſapientia. Conuertere dne vsquequo & deprecabilis esto ſup ſeruos tuos Repleti ſumus mane miſericordia tua: & exultauimus & delectati ſumus in omnibus diebus nris. Letati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti: annis quibus vidimus mala. Respice in ſeruos tuos & in opa tua: et dirige filios eorum. Et ſit ſplendor dni dei noſtri ſuper nos: & opera manuum noſtrarum dirige. Laus cātici ipſi dō.

Qui habitat in adiutorio altiſſimi: in protectione dei celi comorabit. Dicet dno ſuſceptor meus es tu & refugium meum deus meus: ſperabo in eum. Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium: & a verbo aſpero. Scapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub pennis eius ſperabis. Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno Sagitta volante in die: a negotio pambulante in tenebris: ab incurſu & demonio meridiano Cadet a latere tuo mille: & decem milia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis conſiderabis: & retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es dne ſpes mea: altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis ſuis mandauit de te: ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem. Quoniam in me ſperauit liberabo eum: protegam eum quoniam cognouit nomen meum. Clamauit & exaudiam eum: cum ipſo sum in tribulatione: eripiam eum & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum: & oſtendam illi ſalutare meum. Psalmus cantici in die ſabbati.

Bonum est confiteri dno: & pſallere nomini tuo altiſſime. Ad annuntiandum mane miſericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem. In decacordo pſalterio: cum cantico in cythara. Quia delectaſti me domine in factura tua: et in operibus manuum tuarum exultabo. Quam magnificata sunt opera tua dne: nimis profunde facte sunt cogitationes tue. Vir insipiens non cognoscet: & stultus non intelliget hec. Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum: & apparuerunt omnes qui operantur iniquitatem. Ut intereant in seculum seculi: tu autem altiſſimus in eternum dne Quoniam ecce inimici tui dne

quoniã ecce inimici tui pibũt: et
dispergẽtur õnes q̃ opant̃ iniq̃ta
tẽ. Et exaltabit̃ sic̃ vnicornis cor
nu meũ: ⁊ senect⁹ mea in mĩa vbe
ri. Et despexit oculꝰ meus inimi
cos meos: ⁊ insurgẽtib⁹ in me ma
lignãtib⁹ audiet auris mea. Iu
stus ut palma florebit: ⁊ sicut ce
drus libani multiplicabit̃. Plã
tati in domo dñi: in atriis domus
dei nostri florebũt. Adhuc mlt
tiplicabũtur in senectute vberi: ⁊
bene pacientes erũt ⁊ annũciẽt.
Qm̃ rect⁹ dñs deus noster: ⁊ nõ
est iniq̃tas in eo. ¶ Laus cãtici
dauid in die ante sabbatũ quan
do fundata est terra.

Dominꝰ regnauit decorem in
dutus est: indutus est dñs
fortitudinẽ ⁊ p̃cinxit se. Et teni
firmauit orbẽ terre: qui nõ cõmo
uebitur. Parata sedes tua ex tũc:
a seculo tu es. Eleuauerũt flumi
na domĩe: eleuauerũt flumina vo
cẽ suam. Eleuauerunt flumina
fluct⁹ suos: a vocib⁹ aquarũ mul
tarũ. Mirabiles elacõnes maris:
mirabilis in altis dñs. Testimo
nia tua credibilia facta sũt nimis:
domũ tuã decet sanctitudo dñe in
longitudinẽ dierꝫ. ¶ Psalm⁹ dd.
quarta sabbati.

Deus vlcionũ dñs: de⁹ vlcio
nũ libere egit. Exaltare qui
iudicas terrã: redde retribucõnẽ
supbis. Vsq̃quo peccatores do
mine: vsq̃quo peccatores gloria
bũtur. Effabũtur ⁊ loquẽtur
iniq̃tatẽ: loqñtur õnes qui operã
tur iniusticiã. Populũ tuũ dñe
hũiliauerũt: ⁊ hereditatẽ tuaꝫ vex
auerũt. Viduã ⁊ aduenã inter
fecerũt: ⁊ pupillos occiderũt. Et
dixerũt nõ videbit dñs: nec intel
liget de⁹ iacob. Intelligite insi
piẽtes in populo: ⁊ stulti aliquan
do sapite. Qui plantauit aurem
nõ audiet: aut q̃ finxit oculũ nõ
ꝯsiderat. Qui corripit gentes ñ
arguet: q̃ docet hominẽ sciẽtiaꝫ.
Dñs scit cogitacõnes hoĩm: quo
niã vane sũt. Ctũs homo quẽ tu
erudieris dñe: ⁊ de lege tua docue
ris eũ. Ut mitiges ei a dieb⁹ mal:
donec fodiat̃ pctõri fouea. Quia
nõ repellet dñs plebẽ suaꝫ: et here
ditatẽ suaꝫ nõ derelinquet. Quo
adusq̃ iusticia ꝯuertatur in iudi
ciũ: ⁊ q̃ iuxta illam. õnes q̃ recto
sũt corde. Quis ꝯsurget mihi ad
uersus malignantes: aut q̃s sta
bit mecũ aduersus opantes iniq̃
tatẽ. Nisi q̃ dñs adiuuit me:
paulominꝰ habitassꝫ in inferno
aĩa mea. Si dicebã motus est
pes me⁹: mĩa tua dñe adiuuabat
me. Scdm multitudinẽ dolorũ
meorũ ĩ corde meo: ꝯsolacões tue
letificauerũt aĩaꝫ meã. Nunq̃d
adheret tibi sedes iniq̃tatis. q̃ fin
gis laborẽ in precepto. Capta
bũt in animã iusti: ⁊ sanguinẽ ĩ
nocẽtem ꝯdẽnabũt. Et factus ẽ
mihi dñs in refugium: ⁊ de⁹ me⁹ ĩ
adiutoriũ spei mei. Et reddet il
lis iniquitatem ipsorũ: ⁊ in mali
cia eorum dispdet eos: dispdet il
los dñs de⁹ noster. ¶ Laus canti
ci ipsi dauid.

Venite exultem⁹ dño: iubile⁹
dõ salutari nr̃o. Preoccupẽ⁹
faciẽ ei⁹ in ꝯfessiõe: ⁊ in psalmis
iubilem⁹ ei. Qm̃ deus magn⁹ do
min⁹: ⁊ rex magn⁹ sup oẽs deos.

Quia in manu eius sūt ōnes fines terre: & altitudines mōtiū ipsius sunt· Quoniā ipsius est mare & ipse fecit illud: & siccā manus eius formauerūt· Venite adoremus & procidamus et ploremus ante dūm qui fecit nos: quia ipse est deus noster Et nos populus pascue eius: & oues manus eius· Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra· sicut in irritatione secundum diem tēptationis in deserto· Ubi tēptauerūt me patres vri probauerunt me & viderunt opera mea· Quadrāginta ānis offensus fui generationi illi: & dixi semper errant corde· Et isti nō cognouerūt vias meas: ut iurauī in ira mea si introibunt in requiē meā·

¶ Psalmus dauid· qñ domus edificabat post captiuitatem·:

Cantate dño canticū nouum: cāte dño omnis terra· Cāte dño & benedicite nomini eius: annūtiate de die in diem salutare eius· Annūtiate inter gentes gloriam eius: in ōmibus populis mirabilia eius· Quoniā magnus dūs & laudabilis nimis: terribilis est sup ōnes deos· Quia ōnes dii gentium demonia: dūs autē celos fecit· Confessio & pulchritudo in cōspectu eius: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius· Afferte domino patrie gentium: afferte dño gloriam & honorē: afferte dño gloriā nomini eius· Tollite hostias & introite in atria eius adorate dūm in atrio sancto eius· cōmoueatur a facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus quia dūs regnauit· etenim correxit orbem terre qui nō cōmouebitur iudicabit populos in equitate· Letentur celi & exultet terra: cōmoueatur mare et plenitudo eius: gaudebunt campi & ōmia que in eis sunt· Tunc exultabunt oīa ligna siluarū a facie domini quia venit: quoniam venit iudicare terram· Iudicabit orbem terre in eqtate: & populus in veritate sua·

¶ Psalmus dauid qñ terra eius restituta est ei·:

Dominus regnauit exultet terra: letētur insule multe· Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudicium correctio sedis eius· Ignis ante ipsum precedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius· Illuxerunt fulgura orbi terre: vidit & cōmota est terra· Montes sicut cera fluxerunt a facie domini a facie dūi ōnis terre· Annūtiauerūt celi iusticiam eius: & viderunt ōnes populi gloriā eius· Confundantur ōnes qui adorant sculptilia: & qui gloriātur in simulacris suis· Adorate eum ōnes angeli eius: audiuit & letata est syon· Et exultauerunt filie iudee: propter iudicia tua dñe· Quoniam tu dūs altissimus sup omnem terram: nimis exaltatus es sup ōnes deos· Qui diligitis dūm odite malum: custodit dūs animas sanctorum suorū: de manu peccatoris liberabit eos· Lux orta est iusto: & rectis corde letitia Letamini iusti in domino: & confitemini memorie sanctificationis eius·

¶ Psalmus dauid·

Cantate dño cãticũ no
uũ: qꝛ mirabilia fecit.
Saluauit sibi dexteã
eius: ⁊ brachiũ sãctuꝫ
eius. Notũ fecit dñs salutare su
um: in cõspectu gentiuꝫ reuelauit
iusticiaꝫ suã. Recordatus ẽ mi
sericordie sue: ⁊ veritatis sue domui
isrl. Uiderũt õnes termini terre
salutare dei nr̃i: iubilate dño oĩs
terra: cantate ⁊ exultate ⁊ psallite
Psallite dño ĩ cythara ĩ cytha
ra ⁊ voce psalmi: in tubis ductili
bꝰ ⁊ voce tube cornee. Iubilate
in cõspectu regis dñi: moueat̃ ma
re ⁊ plenitudo eiꝰ: orbis terrarum
et qui habitant in eo. Flumi
na plaudẽt manu simul: montes
exultabũt a cõspectu dñi: qm̃ vẽit
iudicare terrã. Iudicabit orbẽ
terraꝝ in iusticia: ⁊ populꝰ in eq̃
tate. ¶ Ps̃. dauid.

Dominꝰ regnauit irascantur
populi: q̃ sedet sup cherubin
moueat̃ terra. Dñs in syõ mag
nꝰ: ⁊ excelsus sup õnes populos.
Cõfiteant̃ nomini tuo magno
quoniam terribile ⁊ sanctuꝫ est:
⁊ honor regis iudicium diligit.
Tu parasti directõnes: iudiciũ
⁊ iustitiam in iacob tu fecisti. Ex
altate dominũ deum nostrum: et
adorate scabellum pedum eiꝰ quo
niam sanctum est. Moyses ⁊ aa
ron in sacerdotibus eius: ⁊ samu
el inter eos qui inuocant nomen
eius. Inuocabant dominum ⁊
ipse exaudiebat eos in columna
nubis loquebatur ad eos. Cu
stodiebant testimonia eius: ⁊ p̃
ceptum quod dedit illis. Domi
ne deꝰ noster tu exaudiebas eos:
deus tu propicius fuisti eis: ⁊ vl
ciscens in omnes adinuencõnes
eorum. Exaltate dominũ deum
nostrum: ⁊ adorate in monte san
cto eius: quoniam sanctus domi
nus deus noster.:

¶ Psalmꝰ in confessione.

Iubilate domino omnis terra: ser
uite domino in leticia. Introite
in conspectu eius: in exultacione.
Scitote q̃niam dñs ipse est deꝰ:
ipse fecit nos ⁊ non ipsi nos. Po
pulus eius ⁊ oues pascue eius ĩ
troite portas eius in confessione:
atria eius in ymnis confitemini
illi. Laudate nomen eius quo
niam suauis est dominus: in eter
num misericordia eius: ⁊ vsq̃ in
generacõnem ⁊ generacõnem ve
ritas eius. ¶ Ps̃. dauid.

Misericordiam ⁊ iudiciũ can
tabo tibi domine: psallam ⁊
intelligã in via immaculata quã
do venies ad me. Perambula
bam in innocentia cordis mei: in
medio domus mee. Non propo
nebam ante oculos meos rem in
iustã: facientes preuaicacões odi
ui. Non adhesit mihi cor prauũ:
declinantez a me malignũ nõ ꝯg
noscebam. Detrahentem secre
to proximo suo: hunc perseque
bar. Superbo oculo ⁊ insacia
bili corde: cũ hoc nõ edebã. Ocu
li mei ad fideles terre ut sedeãt me
cũ: ãbulãs ĩ via ĩmaculata hic m̃
mĩstrabat. Nõ hĩtabit ĩ medio
domꝰ mee q̃ facit supbiaꝫ: q̃ loqui
iniq̃ nõ direxit ĩ ꝯspcũ oculoꝝ me
orũ. In matutĩo intficiebã oẽs
pctõres terre: ut dispderẽ de ciuita
te dñi õnes operãtes iniq̃tatẽ.

¶ Oracō paupis cū anxiaretur ⁊ corā dño effundit precē suam.

Domine exaudi oracōez meam: ⁊ clamor meꝰ ad te veniat. Non auertas faciez tuam a me: in quacūqꝫ die tribulor inclina ad me aurez tuam. In quacūqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerūt sicut fumꝰ dies mei: et ossa mea sic̄ cremiū aruerunt. Percussus sū ut fenum ⁊ aruit cor meum: qꝛ oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei: adhesit os meū carni mee. Similis factus sum pellicano solitudīs: factus sū sicut nicticorax in domicilio. Vigilaui: ⁊ factꝰ sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabant me aduersū me iurabant. Quia cinerē tanq̄ panē manducabā: ⁊ poculū meū cū fletu miscebam. A facie ire indigñtionis tue: quia eleuās allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerūt: ⁊ ego sic̄ fenū arui. Tu autē domine in eternū ꝑmanes: ⁊ memoriale tuum in gn̄acionē ⁊ generaciōem. Tu exurgens misereberis syon: quia tēpus miserendi eius qꝛ venit tempꝰ. Quoniā placuerūt seruis tuis lapides eiꝰ: ⁊ terre eius miserebunt̄. Et tīebunt gentes nomē tuum dñe: et ōnes reges terre gloriā tuā. Quia edificabit dñs syon: ⁊ videbitur in gloria sua. Respexit in oracōnē humiliū: ⁊ nō spreuit p̄cez eorum. Scribant̄ hec in generacōne altera: ⁊ populꝰ qui creabitur laudabit dñm. Quia ꝓspexit de excelso sācto suo: dñs de celo ī terram aspexit. Et audiret gemitꝰ cōpeditorum: ut solueret filios interemptoꝝ. Ut annūtient ī syō nomen dñi: ⁊ laudem eiꝰ in iherusalem. In cōueniendo populos in vnum: ⁊ reges ut seruiāt domino. Respondit ei in via v̄tutis sue: paucitatē dierū meoꝝ nūcia mihi. Ne r̄uoces me in dimidio dierum meorū: in generacōem et generacōem āni tui. Inicio tu dñe terram fūdasti: et opera manuū tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu autē ꝑmanes: ⁊ ōnes sic̄ vestimentū veteāscēt. Et sicut opertoriū mutabis eos ⁊ mutabūtur: tu autē idem ipse es: et āni tui nō deficient. Filij seruoꝝ tuorū habitabunt: ⁊ semen eoꝝ in seculum dirigetur. ¶ Ps̄. ipsi dd.:

Benedic anima mea dño: et ōnia que intr̄ me sunt nomini sācto eiꝰ. Benedic aīa mea dño: ⁊ noli obliuisci ōnes retribuciones eiꝰ. Qui ꝓpiciatur ōnibꝰ iniquitatibꝰ tuis: qui sanat ōnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuā: qui coronat te in misericordia ⁊ miseracōibus. Qui replet in bonis desiderium tuū: renouabitur ut aq̄le iuuētꝰ tua. Faciens misericordias dominꝰ: et iudicium ōnibꝰ iniuriaz pacientibꝰ. Notas fecit vias suas moysi: filijs isrl̄ voluntates suas. Miserator ⁊ misericors dñs: longanimis ⁊ multū misericors. Non in perpetuū irascetur: neqꝫ in eternū cōminabitur. Nō ſm peccata nostr̄ fecit nob̄: neqꝫ ſm iniq̄tates nostras retribuit nob̄.

Quoniã fm altitudinẽ cœli a terra: corroborauit misericordiã suã
sup timentes se. Quãtum distat
ortus ab occidẽte: lõge fecit a nobis iniq̃tates nr̃as. Quõ miseretur pat filioꝝ misertus ẽ dñs timentib9 se: qm̃ ipse cognouit figmentũ nr̃m. Recordatus est
qm̃ pulvis sum9: homo sicut fenũ
dies ei9: tanq̃ flos agri sic efflorebit. Quoniã spũs ptrãsibit in
illo & nõ subsistet: & nõ cognoscet
amplio locũ suum. Misericordia
autẽ dñi ab eterno & vsq; in eternũ: sup timentes eũ. Et iustitia
illi9 in filios filioꝝ: hijs q̃ seruãt
testamentũ eius. Et memores
sunt mãdatoꝝ ipsius: ad faciendũ ea. Dominus in cœlo pauit sedem suã: & regnũ ipsi9 õmib9 dñabit. Benedicite dño õnes angeli
eius potentes virtute: facientes
verbum illi9 ad audiendã vocem
sermonũ ei9. Benedicite dño õnes virtutes eius: ministri eius
qui facitis voluntatẽ eius. Benedicite dño õnia opa eius: in omni loco dñationis eius: benedic anima mea domino. ℣ Ps̃. dauid.
Benedic anĩa mea dño: dñe
deus meus magnificat9 es vehementer. Confessiõem & decorem induisti: amict9 lumine sicut
vestimento extendẽs cœlũ sicut
pellem: qui tegis aquis superiora
eius. Qui ponis nubem ascensũ
tuum: qui ãbulas sup pennas vent. Qui facis ãgelos tuos spiritus: & ministros tuos ignẽ urentẽ. Qui fundasti terrã sup stabilitatẽ suã: nõ inclinabit in seculum seculi. Abyssus sicut vestimẽ-
tũ amict9 eius: sup mõtes stabũt
aque. Ab increpatiõe tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt mõtes & descendunt campi: in locũ quẽ fundasti
eis. Terminũ posuisti quẽ non
transgredient: neq; conuertẽtur
operire terrã. Qui emittis fõtes
in cõuallibus: inter medium mõtium ptransibunt aque. Potabũt õnes bestie agri: expectabũt
onagri in siti sua. Super ea volucres cœli habitabũt: de medio
petrarũ dabunt voces. Rigans
montes de superioribus suis: de fructu operũ tuorum satiabitur terra
Producens fenũ iumentis: & herbã seruituti hominũ. Ut educas
panẽ de terra: & vinum letificet cor
hominis. Ut exhylaret faciem in
oleo: & panis cor hominis confirmet. Saturabũtur ligna cãpi &
cedri libani quas plãtauit: illic
passeres nidificabũt. Herodij
domus dux est eorum: montes excelsi cervis: petre refugiũ hermacijs.
Fecit lunam in tempora: sol cognouit occasum suum. Posuisti
tenebras & facta est nox: in ipsa
pertransibunt õnes bestie silue.
Catuli leonum rugientes ut rapiant: & querant a deo escam sibi
Ortus est sol & congregati sunt: &
in cubilib9 suis collocabuntur.
Exibit homo ad op9 suum: & ad
operacõnem suam vsq; ad vesperum. Quam magnificata sunt
opera tua domine: omnia in sapiencia fecisti: impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnũ
& spacio sum manibus: illic reptilia quorum non est numerus.

Animalia pusilla cū magnis: ibi
lic naues pertrāsibunt. Draco
iste quē formasti ad illudēdū ei:
ōnia a te expectāt ut des illis escā
i tempe. Dante te illis colligēt:
aperiēte te manū tuam ōnia iple
būtur bonitate. Auertente aūt
te faciez turbabūtur: auferes spi
ritū eorū ⁊ deficient: ⁊ in puluerez
suū reuertētur. Emittes spiritū
tuū ⁊ creabūtur: ⁊ renouabis faci
em terre. Sit gloria dñi in secu
lum: letabitur dñs in opibus su
is. Qui respicit terram ⁊ facit eā
tremere: qui tangit mōtes ⁊ fumi
gant. Cantabo domino in vita
mea: psallam deo meo q̄ diu sum
Iocūdum sit ei eloquiū meuz:
ego vero delectabor in dño. Defi
tient peccatores a terra et iniq̄ ita
ut nō sint: bñdic aīa mea dño.
Confitemi dño Alleluia.
⁊ inuocate nomē eius: ānū
ciate inter gētes opera ei⁹. Can
tate ei ⁊ psallite ei: narrate oīa
mirabilia ei⁹ laudamini in noīe
sancto ei⁹. Letetur cor querēti
um dñm querite dñm ⁊ cōfirma
mini: querite faciē ei⁹ sēper. Me
mento te mirabiliuz ei⁹ que fecit:
prodigia ⁊ iudicia oris ei⁹. Se
men abrahā serui ei⁹: filij iacob
electi ei⁹. Ipse dñs deus noster:
in vniuersa terra iudicia ei⁹. Me
mor fuit ī seculū testamēti sui: vbi
quod mādauit in mille generati
ones. Quod disposuit ad abra
haz: ⁊ iuramēti sui ad ysaac. Et
statuit illud iacob in preceptū: et
isrl̄ in testamētū eternū. Dicens
tibi dabo terrā chanaan: funicu
lum hereditatis vestre. Cum es
sent numero breui: paucissimi et
incole eius. Et pertrāsierunt de
gēte in gentem: ⁊ de regno ad po
pulū alterū. Non reliquit hoīez
nocere eis: ⁊ corripuit ꝑ eis reges
Nolite tangere cristos meos: ⁊
in ꝓphetis meis nolite malignai.
Et vocauit famē super terram:
⁊ ōne firmamētum panis ɔtriuit.
Misit añ eos virum: in seruū ve
nūdatus est ioseph. Humiliaue
rūt in cōpedibus pedes eius: fer
rum ꝑtransijt animā ei⁹ donec ve
niret verbū eius. Eloquiū domi
ni inflāmauit eum: misit rex ⁊ sol
uit eum: princeps ꝓplorū ⁊ dimi
sit euz. Constituit euz dominuz
dom⁹ sue: ⁊ principē ōnis possessi
onis sue. Ut erudiret pncipes
eius sicut semetipsū: ⁊ senes eius
prudētiam doceret. Et intrauit
isrl̄ in egyptū: ⁊ iacob accola fu
it in terra cham. Et auxit ꝓplm̄
suum vehemēter: ⁊ firmauit euz su
per inimicos ei⁹. Conuertit cor
eoꝝ ut erudirent populū ei⁹: ⁊ do
lum facerent in seruos ei⁹. Misit
moysen seruum suū: aaron quez
elegit ipsū. Posuit in eis verba
signorū suorum ⁊ ꝓdigioꝝ: in ter
ra chaz. Misit tenebras ⁊ obscu
rauit: ⁊ ñ exacerbauit sermōes
suos. Conuertit aquas eorū in
sanguinē: ⁊ occidit pisces eorum
Et dedit terra eorū ranas: in pe
netrabilib⁹ regum ipsoꝝ. Dixit
⁊ venit cynomia ⁊ scinipes: ī oī
bus finib⁹ eorum. Posuit pluui
as eorū grādinem: ignez cōburē
tem in terra ipsorū. Et percussit
vineas eorū ⁊ ficulneas eorū: et
contriuit lignum finium eorum.

Dixit et venit locusta: et brucus
cuius non erat numerus. Et comedit
omne fenum in terra eorum: et comedit
omnem fructum terre eorum. Et percus-
sit omne primogenitum in terra eorum
primicias omnis laboris eorum. Et
eduxit eos cum argento et auro: et
non erat in tribubus eorum infirmus.
Letata est egiptus in profectione eo-
rum: quia incubuit timor eorum super eos
Expandit nubem in protectionem
eorum: et ignem ut luceret eis per no-
ctem. Petierunt et venit coturnix:
et pane celi saturauit eos. Dirupit
petram et fluxerunt aque: abierunt
in sicco flumina. Quoniam memor fu-
it verbi sancti sui: quod habuit ad
abraham puerum suum. Et edu-
xit populum suum in exultatione: et ele-
ctos suos in leticia. Et dedit illis
regiones gentium: et labores populorum
possederunt. Ut custodiant iustifi-
cationes eius: et legem eius requirant.
Confitemini domino Alleluia Alleluia.
quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia
eius. Quis loquetur potentias
domini: auditas faciet omnes lau-
des eius. Beati qui custodiunt iu-
dicium: et faciunt iusticiam in omni tempore
Memento nostri domine in beneplacito
populi tui: visita nos in salutari
tuo Ad videndum in bonitate ele-
ctorum tuorum: ad letandum in leticia
gentis tue: ut lauderis cum heredi-
tate tua. Peccauimus cum patribus no-
stris: iniuste egimus iniquitatem feci-
mus. Patres nostri in egipto non in-
tellexerunt mirabilia tua: non fuerunt
memores multitudinis misericor-
die tue. Et irritauerunt ascendentes
in mari mari rubro: et saluauit eos
propter nomen suum: ut notam faceret

potentiam suam. Et increpuit mare
rubrum et exiccatum est: et deduxit
eos in abissis sicut in deserto. Et
saluauit eos de manu odientium:
et redemit eos de manu inimici. Et
operuit aqua tribulantes eos: unus
ex eis non remansit. Et crediderunt
verbis eius: et laudauerunt lau-
dem eius. Cito fecerunt obliti sunt
operum eius: non sustinuerunt consilium
eius. Et concupierunt concupiscen-
ciam in deserto: et temptauerunt deum
in inaquoso. Et dedit eis petici-
onem ipsorum: et misit saturitatem in
animas eorum. Et irritauerunt
moysen in castris: aaron sanctum
domini. Aperta est terra et deglutiuit
dathan: et operuit super congrega-
tionem abiron. Et exarsit ignis in
synagoga eorum: flamma combussit
peccatores. Et fecerunt vitulum in
oreb: et adorauerunt sculptile. Et
mutauerunt gloriam suam: in similitu-
dinem vituli comedentis fenum. Ob-
liti sunt deum qui saluauit eos: qui
fecit magnalia in egipto mirabi-
lia in terra cham: terribilia in mari
rubro. Et dixit ut disperderet eos:
si non moyses electus eius stetisset in
confractione in conspectu eius. Ut auer-
teret iram eius ne disperderet eos: et
pro nihilo habuerunt terram desiderabi-
lem. Non crediderunt verbo
eius: et murmurauerunt in taber-
naculis suis: non exaudierunt vo-
cem domini. Et eleuauit manum
suam super eos: ut prosterneret
eos in deserto. Et ut deiceret se-
men eorum in nationibus: et dis-
pergeret eos in regionibus. Et
iniciati sunt beelphegor: et comme-
derunt sacrificia mortuorum.

Et irritauerunt eum in adinuen
cionibus suis: et multiplicata est in
pis ruina. Et stetit finees et pla
cauit: et cessauit quassatio. Et re
putatum est ei in iustitiam: in gene
rationem et generationem vsque in se
piternum. ¶ Phares.

Et irritauerunt eum ad aquam
contradictionis: et vexatus est moy
ses propter eos: quia exacerbauerunt
spiritum eius. Et distinxit in la
biis suis: non disperdiderunt gen
tes quas dixit dominus illis. Et
commixti sunt inter gentes: et didi
cerunt opera eorum et seruierunt sculp
tilibus eorum: et factum est illis in
scandalum. Et immolauerunt fili
os suos et filias suas: demoniis.
Et effuderunt sanguinem inno
centem sanguinem filiorum suorum
et filiarum suarum: quas sacrificauerunt
sculptilibus chanaan. Et inter
fecta est terra in sanguinibus eorum: et con
taminata est in operibus eorum:
et fornicati sunt in adinuencioni
bus suis. Et iratus est furore do
minus in populum suum: et abhomina
tus est hereditatem suam. Et tra
didit eos in manus gentium: et do
minati sunt eorum qui oderunt eos.
Et tribulauerunt eos inimici eo
rum: et humiliati sunt sub manibus
eorum: sepe liberauit eos. Ipsi autem
exacerbauerunt eum in consilio
suo: et humiliati sunt in iniquitati
bus suis. Et vidit cum tribula
rentur: et audiuit orationem eorum.
Et memor fuit testamenti sui: et
penituit eum secundum multitudinem mi
sericordie sue. Et dedit eos in mi
sericordias: in conspectu omnium qui
ceperant eos. Saluos fac nos
domine deus noster: et congrega
nos de nacionibus. Ut confitea
mur nomini sancto tuo: et glorie
mur in laude tua. Benedictus do
minus deus israhel: a seculo et vsque in
seculum et dicet omnis populus: fiat
fiat. ¶ Alleluia Alleluia.

Confitemini domino quoniam bo
nus: quoniam in seculum misericordia
eius. Dicant qui redempti
sunt a domino: quos redemit de manu
inimici: de regionibus congregauit
eos. A solis ortu et occasu: ab aqui
lone et mari. Errauerunt in so
litudine in inaquoso: viam ciuita
tis habitaculi non inuenerunt.
Esurientes et sitientes: anima eorum
in ipsis defecit. Et clamauerunt
ad dominum cum tribularentur: et de
necessitatibus eorum eripuit eos.
Et deduxit eos in viam rectam:
ut irent in ciuitatem habitacionis.
Confiteantur domino misericordie
eius: et mirabilia eius filiis homi
num. Quia satiauit animam inanem
et animam esurientem saciauit bonis.
Sedentes in tenebris et vmbra
mortis: vinctos in mendicitate et
ferro. Quia exacerbauerunt elo
quia dei: et consilium altissimi irrita
uerunt. Et humiliatum est in labo
ribus cor eorum: infirmati sunt nec
fuit qui adiuuaret. Et clamaue
runt ad dominum cum tribularentur:
et de necessitatibus eorum liberauit
eos. Et eduxit eos de tenebris
et vmbra mortis: et vincula eorum
dirupit. Confiteantur domino mise
ricordie eius: et mirabilia eius fi
liis hominum. Quia contriuit por
tas ereas: et vectes ferreos confre
git. Suscepit eos de via iniquitatis

eorum: propter iniusticias eius suas hu
miliati sunt. Omnem escam abhoia
ta est anima eorum: et appropinquerunt
usque ad portas mortis. Et clama
uerunt ad dominum cum tribularentur: et
de necessitatibus eorum liberauit eos.
Misit verbum suum et sanauit eos:
et eripuit eos de interitionibus eorum.
Confiteantur domino misericordie
eius: et mirabilia eius filijs hominum.
Et sacrificent sacrificium laudis:
et annuncient opera eius in exultati
one. Qui descendunt mare in na
uibus: facientes operationem in aquis
multis. Ipsi viderunt opera domini:
et mirabilia eius in profundo. Dixit
et stetit spiritus procelle: et exaltati sunt
fluctus eius. Ascendunt usque ad
celos et descendunt usque ad abissos
anima eorum in malis tabescebat.
Turbati sunt et moti sunt sicut ebri
us: et omnis sapientia eorum deuorata
est. Et clamauerunt ad dominum cum
tribularentur: et de necessitatibus eo
rum eduxit eos. Et statuit procellam
eius in auram: et siluerunt fluctus eius.
Et letati sunt quia siluerunt: et de
duxit eos in portum voluntatis eo
rum. Confiteantur domino misericor
die eius: et mirabilia eius filijs hominum.
Et exaltent eum in ecclesia plebis: et
in cathedra seniorum laudent eum.
Posuit flumina in desertum: et exi
tus aquarum in sitim. Terram fructi
feram in salsuginem: a malicia inha
bitantium in ea. Posuit desertum in
stagna aquarum: et terram sine aqua
in exitus aquarum. Et collocauit il
lic esurientes: et constituerunt ciuita
tem habitationis. Et seminauerunt
agros et plantauerunt vineas: et fe
cerunt fructum natiuitatis. Et bene

dixit eis et multiplicati sunt nimis:
et iumenta eorum non minorauit.
Et pauci facti sunt: et vexati sunt
a tribulatione malorum et dolore. Ef
fusa est contentio super principes: et
errare fecit eos in inuio et non in via
adiuuit Et audiuit pauperem de inopia:
et posuit sicut oues familias. Vi
debunt recti et letabuntur: et omnis in
quitas oppilabit os suum. Quis
sapiens et custodiet hec: et intelliget
misericordias domini. Alla.

Canticum psalmi ipsi dauid.

Paratum cor meum deus paratum
cor meum: cantabo et psallam
in gloria mea. Exurge psalteri
um et cythara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis domine: et
psallam tibi in nationibus. Quia
magna super celos misericordia
tua: et usque ad nubes veritas tua.
Exaltare super celos deus: et super
omnem terram gloria tua: ut liberentur
dilecti tui. Saluum fac dextera tua
et exaudi me: deus locutus est in san
cto suo. Exultabo et diuidam si
chimam: et conuallem tabernaculorum
dimetiar. Meus est galaad et
meus est manasses: et ephraim su
sceptio capitis mei. Iuda rex
meus: moab lebes spei mee. In
ydumeam extendam calciamentum
meum: mihi alienigene amici facti
sunt. Quis deducet me in ciuitatem
munitam: quis deducet me usque in ydu
meam. Nonne tu deus qui repulisti
nos: et non exibis deus in virtutibus
nostris. Da nobis auxilium de tri
bulatione: quia vana salus hominis. In
deo faciemus virtutem: et ipse ad ni
hilum deducet inimicos nostros.

In finem Psalmus dd.

Deus laudem meaz ne tacueris: qz os peccatoris z os dolosi sup me apertum est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa z sermonib⁹ odij circūdederunt me z expugnauerūt me gratis. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi: ego autē orabā. Et posuerūt aduersū me mala p bonis: z odium pro dilectione mea. Constitue sup eum peccatorez: z diabol⁹ stet a dextris ei⁹. Cū iudicatur exeat condemnatus: et oratō eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci: z episcopatū eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani: z uxor eius vidua. Nutantes transferātur filij ei⁹ z mendicēt: et ciantur de habitationib⁹ suis. Scrutetur feneator ōnem substanciā eius: z diripiāt alieni labores eius. Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitum: in generatōe vna deleatur nomen eius. In memoriam redeat iniquitas patrū eius in conspectu dnī: z peccatū matris ei⁹ non deleat. Fiant contra dominum semper: z disperdat de terra memoria eorum: p eo qz nō est recordatus facere misericordiaz. Et persecutus est hominē inopem z mendicum: z cōpunctum corde mortificare. Et dilexit maledictionē z veniet ei: z noluit benedictionē z elongabit ab eo. Et induit maledictionē sicut vestimētum: z intrauit sicut aqua in interioa ei⁹: z sicut oleum in ossibus ei⁹. Fiat ei sicut vestimētum quo operitur: z sicut zona qua semp precingitur. Hoc opus eorū qui detrahunt mihi apud dominū: z qui loquuntur mala aduersus animam meaz. Et tu dñe dnie fac mecū ppter nomen tuū: quia suauis est misericordia tua. Libera me qz egenus z pauper ego sum: z cor meum conturbatum est intra me. Sicut vmbra cum declinat ablatus sum: z excussus sum sicut locusta. Genua mea infirmata sunt a ieiunio: z caro mea immutata est ppter oleum. Et ego factus sum obprobrium illis: viderunt me z mouerunt capita sua. Adiuua me dne deus meus: saluum me fac propter misericordiam tuā. Et sciant qz manus tua hec: z tu dñe fecisti eaz. Maledicent illi z tu benedices: qui insurgunt in me confundantur: seruus autē tuus letabitur. Induant qui detrahunt mihi pudore: z operiantur sicut diploide confusione sua. Confitebor dño nimis in ore meo: z in medio multorū laudabo eum. Quia astitit a dextris pauperis: ut saluam faceret a persequentib⁹ animā meam. Ps. dd.

Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos scabellum pedū tuorū. Virgam virtutis tue emittet dominus ex syon: dñare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorum: ex vtero ante luciferū genui te. Iurauit dominus z nō penitebit eum: tu es sacerdos in eternū secūm ordinez melchisedech. Dñs a dextris tuis confregit

in die ire sue reges. Iudicabit in
nacōib⁹ īplebit ruinas: conq̄ssa
bit capita ī tra multoꝝ. De tor
rente in via bibet: ꝓpterea exalta
bit caput. ¶ Alleluia.

Confitebor tibi dn̄e ī toto cor
de meo: ī ꝯsilio iustorū ⁊ cō
gregacōe. Magna opa dn̄i: exq̄
sita in ōnes volūtates eius. Cō
fessio ⁊ magnificētia op⁹ eius: et
iusticia eius manet in seculū secu
li. Memoriā fecit mirabiliū suo
rū misericors ⁊ miserator dn̄s: es
cam dedit timentib⁹ se. Memor
erit in seculū testamenti sui: virtu
tē operū suoꝝ ānūciabit populo
suo. Ut det illis hereditatē genti
um: opa manuū ei⁹ veritas ⁊ iu
dicium. Fidelia ōnia mandata
eius: cōfirmata in seculū seculi: fa
cta in veritate ⁊ equitate. Redēp
cōnem misit dn̄s ꝓpl'o suo: māda
uit in eternū testamentum suum
Sanctū ⁊ terribile nomē eius:
iniciū sapiētie timor dn̄i. Intel
lect⁹ bonus ōnibus faciētib⁹ eu3:
laudacio ei⁹ manet in seculu3 se
culi. ¶ Alleluia.

Beatus vir q̄ tīet dn̄m: ī mā
datis eius volet nimis. Po
tens in terra erit semen ei⁹: gna
tio rectorū bn̄dicet̄. Gloria ⁊ di
uicie ī domo ei⁹: ⁊ iusticia ei⁹ ma
n3 in seculū seculi. Exortū ē ī tene
bris lumen rectis: misericors ⁊ mi
serator ⁊ iust⁹. Iocūd⁹ homo q̄
miseret̄ ⁊ ꝯmodat: disponit ser
mones suos in iudicio: q̄ in eter
nū nō ꝯmouebit̄. In memoia
eterna erit iust⁹: ab audicōe ma
la nō timebit. Paratū cor eius
sperare in dn̄o: ꝯfirmatu3 est cor
eius: non ꝯmouebit̄ donec despi
ciat inimicos suos. Dispersit de
dit paupib⁹: iusticia ei⁹ manet
in seculū seculi: cornu ei⁹ exaltabi
tur in gloria. Peccator videbit
⁊ irascetur: dētibus suis fremet et
tabescet desiderium peccatorum pe
ribit.

Laudate pueri dn̄3: ¶ All'a.
laudate nomē domini. Sit
nomē domini bn̄dictū: ex h° nūc
⁊ vsq3 in seculū. A solis ortu vsq3
ad occasum: laudabile nomē do
mini. Excelsus sup omēs gentes
dn̄s: ⁊ sup celos gloria ei⁹. Quis
detur vel r̄ndere q̄d debeo populo
huic q̄ dixit mihi subleua iugum
qđ imposuit nob̄ pr̄ tuus ⁊ At illi

rñ dcunt ut inueñes a nutriti cũ eo in delicijs atq; direcũt Sic loq̃ tis ꝓpl̃o q̃ dixit tibi·pr̃ tuꝰ aggḡua uit iugũ nr̃m tu sl̃leua a rñ debís ei·Minimꝰ digitꝰ meꝰ grossior est lũbís pr̃is mei·Pat meꝰ imposuit vobís graue iugũ a ego maiꝰ põ dus apponaz·Pater meꝰ cecidit vos flagellis·ego vero cedaz vos scorpiombꝰ·Venit ergo ihero bam a vniuersus populꝰ ad roboã die tercõ sicut precepat eis Respõ ditq; rex duã:derelicto consilio seno rũ locutusq; ẽ inr̃ iuuenũ voluntatẽ·Pat meꝰ graue vob̃ imposuit iugũ qd̃ ego grauiꝰ faciã·Pater meꝰ cecidit vos flagellis·ego véo cedam vos scorpiombꝰ·Et nõ ac quieuit ꝓpl̃i pcibz·Erãt enĩ voluntatis dei ut opleret̃ sermo eiꝰ quẽ locutꝰ fuerat p manũ ahie silonitis ad iheroboã filiũ nabath Populãt vniúsꝰ rege durioã dicẽte sic locutꝰ ẽ ad eũ Nõ ẽ nob̃ pars i dauid neq; hereditas in filio ysai retrõrsũ i tabnacla tua isrl̃·Tu aũt pasce domũ tuã dauid·Et abijt isrl̃ in tabnacula sua·Super filios ãt isrl̃ q̃ habitabãt in cũtatib̃ iu da:regnauit roboã·Misit rex robo am aduram q̃ preerat tributis a la pidauerũt eũ filij isrl̃ a mortuꝰ ẽ·Porro rex roboã curru festinauit ascendere a fugit in ihrl̃m·Recessitq; isrl̃ a domo dauid vsq; ad diem hãc·Factũ est aũt cũ audis set õmis isrl̃ q̃ reuersus eẽt ihero boaz:miserũt et vocauerũt eũ con gregato cetu a cõstituerũt eũ regẽ sup õnem isrl̃:nec secutꝰ est quis piaz domũ dauid preter tribũ iu da solam· ¶ Ca·xi·

Venit autẽ roboam in ihrl̃m: a cuocauit vniuersã domũ iuda a beniamin centũoctoginta milia electoꝝ atq; bellantiũ:ut di micaret cõtra isrl̃ a reuerteret ad se regnũ suũ·Factusq; est sermo domi ad semeiã hominẽ dei dicẽs Loquere ad roboam filiũ salomo nis regẽ iuda a ad vniuersũ isrl̃: q̃ ẽ in iuda a beniamin·Hec dicit dñs·Non ascendetis neq; pugnabi tis cõtra frẽs vestros·reuertat̃ vnꝰ q̃sq; in domum suaz·q; mea hoc ge stum est voluntate·Qui cũ audis sent sermonẽ dñi reuersi sũt:nec prefuerũt cõtra iheroboam·Habita uit autẽ roboam in ihrl̃m a edifi cauit cũtates muratas in iuda:re turitq; bethleem a ethaz a the cue·bethsur q̃ a soco a odollam·necnõ a geth a maresa a ziph·q̃ aduram et lachis a asecha:sara q̃ a ahialon a hebron que erant in iuda a beniamin ciuitates mu nitissimas·Cunq; dausisset eas muris posuit in eis principes cibo rumq; horrea:hoc est olei et vini· Sed et in singulis vrbibus fecit armamentaria scutoruz a hasta rum:firmauitq; eas sũma diligẽ tia a imperauit sup iudam a beia min·Sacerdotes autez et leuite q̃ erãt in vniuerso isrl̃·venerũt ad eum de cunctis sedibus suis relin quẽtes suburbana a possessiões suas:a transeuntes ad iudam a ihrusalẽ·eo q̃ abiecisset eos ihe roboaz a posteri eiꝰ ne sacerdocio dñi fungerent̃:q̃ cõstituit sibi sa cerdotes excelsoꝝ a demonioꝝ vi uloꝝq; qs fecerat·Hz a de cũctis tribubz isrl̃ q̃cũq; dederãt cor suũ

ut q̄rerent dn̄m deū isrl̄ venerunt
in iherusalē ad imolandum victi
mas suas corā dn̄o dō patrū suo
rū ⁊ roborauerūt regnuz iuda et
ꝯfirmauerūt roboā filiū salomo
nis ꝑ tres annos · Ambulauerūt
em̄ in vijs dauid ⁊ salomōis an
nis tm̄ trib⁹ · Duxit aūt roboam
vxorē maalath filiā iherimuth fi
lij dauid abiailq̄ filiā heliab filij
ysai q̄ pepit ei filios ieus ⁊ sōmo
riā ⁊ zoom · Post hācq̄ accepit
maachaz filiā absolon q̄ peperit
ei abia ⁊ abi ⁊ ziza ⁊ salomith ·
Amauit aūt roboā maachā filiā
absolon sup̄ om̄es vxores suas ⁊
cōcubinas Nā vxores decez ⁊ octo
duxerat: ꝯcubinas aūt sexagīta
⁊ genuit vigintiocto filios ⁊ sexa
ginta filias · Cōstituit vero in ca
pite abiaz filiū maacha ducez su
ꝑ om̄s fratres suos ipsū em̄ regē
facere cogitabat q̄ sapiētior fuit
⁊ potētior sup̄ om̄es filios eius et
in cūctis finib⁹ iuda ⁊ beniamin
⁊ in vniuersis ciuitatib⁹ muratis
Prebuitq̄ eis escas plurimas et
mltas petiuit vxores · ¶ Capi · xij ·
Cunq̄ roboratū fuissz regnū
roboam ⁊ ꝯfortatū dereliquit legē
dn̄i ⁊ om̄is isrl̄ cū eo · Anno autē
q̄nto regni roboam ascēdit sesac
rex egipti in iherusalez q̄ peccaue
rāt dn̄o cū mille ducētis curtib⁹
⁊ sexagīta milib⁹ equitū · Nec erāt
numerus vulgi qd̄ venerat cū eo
ex egipto libies scilicet ⁊ trogodi
te et ethiopes cepitq̄ ciuitates
munitissimas ī iuda ⁊ venit vsq̄
in iherusalē · Semeias āt ꝓpheta
ingressus est ad roboā ⁊ p̄ncipes
iuda q̄ ꝯgregati fuerāt in ihrl̄m

fugiētes sesac dixitq̄ ad eos · Hec
dicit dn̄s Vos reliq̄stis me ⁊ ego
reliqui vos in manu sesac Cōster
natiq̄ p̄ncipes isrl̄ ⁊ rex dixerunt
Justus ē dn̄s · Cūq̄ vidisset dn̄s
q̄ humiliati eēnt fact⁹ ē sermo do
mini ad semeiā dicēs Quia humi
liati sūt n̄ dispdā eos daboq̄ eis
pauxillū auxilij ⁊ nō stillabit fu
ror meus sup̄ ihrl̄m per manū se
sac Verūtam̄ seruiēt ei ut sciant
distantiā seruitutis mee et ꝑuitu
tis regni terrarū · Recessit itaq̄ se
sac rex egipti ab iherusalē sb̄latis
thesauris dom⁹ dn̄i ⁊ dom⁹ regis
oīa q̄ secum tulit ⁊ clipeos aureos
quos feceāt salomon ꝑ quib⁹ fe
cit rex eneos ⁊ tradidit illos p̄n
cipib⁹ scutariorū q̄ custodiebāt
vestibulū palacij Cūq̄ introiret
rex domū dei vēiebāt scutarij ⁊ tol
lebāt eos iterūq̄ referebant eos
ad armamētariū suū · Verūtamē
q̄a humiliati sūt auersa ē ab eis
ira dn̄i nec deleti sūt penit⁹ Siqui
dē ⁊ in iuda inuēta sūt opa bona
Confortatus ē ergo rex roboaz in
iherusalē atz regnauit · Quadr̄gī
ta aūt vnius āni erat cū regnare
cepissz ⁊ decē ⁊ septē annis regna
uit in ihrl̄m vrbe quā elegit dn̄s
ut ꝯfirmaret nom̄ suū ibi de cun
ctis tribub⁹ isrl̄ · Nomē aūt mr̄is
eius naama ammanites Fecitq̄
malū ⁊ nō prepauit cor suū ut q̄
reret dn̄m · Opa vero roboā p̄ma
et nouissima scripta sūt in libris
semeie ꝓphete ⁊ addo vidētis ⁊ di
ligent̄ exposita Pugnauer̄tq̄ ad
n̄suz se roboaz ⁊ iheroboā cunctis
dieb⁹ · Et dormiuit roboā cū patri
bus suis sepultusq̄ ē in ciuitate

dauid ⁊ regnauit abia filiꝰ eiꝰ ꝓ eo.

¶ Ca. xiij.

Anno octauodecimo regis iheroboaꝫ regnauit abia super iudā. Tribꝰ annis regnauit ī iherusalē. nomēq; mr̄is eiꝰ michaia: filia vrihel de gabaa ⁊ erat belluꝫ inter abia ⁊ iheroboā. Cūq; inisset abia certamen ⁊ hēret bellicosissimos viros ⁊ electoꝝ quadraginta milia: iheroboā ꝯstruxit ecōtra aciē octoginta milia virorū: q̄ et ipsi electi erant et ad bella fortissimi. Stetit ergo abia sup mōteꝫ semeron q̄ erat in ephraim: et ait. Audi iheroboam ⁊ ōnis isrl̄. Nū ignoratis ꝙ dn̄s deꝰ isrl̄ dederit regnum dauid sup isrl̄ in sempiternū: ipsi ⁊ filijs eiꝰ in pactū sal̄. Et surrexit iheroboā filiꝰ nabath: seruꝰ salomonis filij dauid: et rebellauit cōtra dn̄m suū. Cōgregatiq; sūt ad euꝫ viri vanissimi ⁊ filij belial: ⁊ p̄ualuerūt cōtra roboam filiū salomonis. Porro roboā erat rudis ⁊ corde pauido: nec potuit resistē eis. Nunc ergo vos dicitis ꝙ resistē possitis regno dn̄i qd̄ possidꝫ ꝑ filios dauid. Habetisq; grandē populi multitudinē atꝫ vitulos aureos quos fecit vobis iheroboaꝫ in deos. Et eiecistis sacerdotes dn̄i filios aaron atꝫ leuitas: ⁊ fecistis vobis sacerdotes sicut oēs populi terraꝝ. Quicūq; venerit ⁊ inciauerit manū suam in thauro. in bubꝰ. ⁊ in arietibꝰ septē: fit sacdos eoꝝ q̄ nō sūt dij. Noster autē dn̄s deꝰ est quē non relinq̄mꝰ. Sacerdotesq; mīstrāt domīo de filijs aaron ⁊ leuite sūt in ordīe suo: holocaustaq̄ offert dn̄o ꝑ singulos dies: mā ⁊ vespere ⁊ thimiama iux̄ legis precepta ꝯfectū ⁊ ꝓponūt pāes ī mensa mūdissiā. Estq; apud nos cādelabꝝ aureuꝫ et lucerna eiꝰ ut accēdant sēp ad vesp̄aꝫ. Nos q̄ꝓpe custodimꝰ p̄cepta dn̄i dei nr̄i quē vos reliq̄stis. Ergo in exercitu nr̄o dux deus ē ⁊ sacdotes eiꝰ q̄ dāgunt tub̄ ⁊ resonāt cōtra vos. Filij isrl̄ nolite pugnare cōn̄ dn̄ꝫ deū p̄rm vestroꝝ q̄ nō vob̄ expedit. Hec illo loq̄nte: iheroboā retro moliebat̄ insidias. Cūq; ex adūso hostium starꝫ: ignorātē iudā suo ābiebat exercitu. Respiciēsq; iudas vidit instaē bellū ex adūso ⁊ post t̄gū ⁊ clamauit ad dn̄m ac sacdotes tubis canere ceperūt: oēsq; viri iuda vociferati sūt. Et illis clamātibꝰ: ꝑterruit deꝰ iheroboā ⁊ ōnem isrl̄ q̄ stabat ex adūso abia ⁊ iuda: fugerītq; filij isrl̄ iudā ⁊ tr̄didit eos deꝰ in manu eoꝝ. Percussit ergo eos abia ⁊ ꝓplus eiꝰ plaga magna ⁊ corruerūt vulnerati ex isrl̄: q̄nquaginta milia viroꝝ fortiū. Humiliatiq; sūt filij isrl̄ ī tpe illo ⁊ vehemētissime ꝯfortati filij iuda: eo ꝙ sperassent in dn̄o deo p̄rm suoꝝ. Persecutꝰ ē āt abia fugiētē iheroboā ⁊ cepit cītates eiꝰ. bethel et filias eiꝰ ⁊ ihesana cū filiabꝰ suis. effrōq̄ et filias eiꝰ. Nec valuit vltr̄ r̄sistē iheroboā ī diebꝫ abia. Quē ꝑcussit dn̄s et mortuꝰ ē. Igit̄ abia ꝯfōrto īpio suo: accepit vxores q̄tuordecī: ꝓcreauitq; viginti duos filios ⁊ sedecī filias. Reliq̄ autē sermonū abia viarūq; ⁊ operū eiꝰ: scripta sūt diligētissime in libro addo ꝓphe.

Dormiuit āt abia ¶ Ca·xiiij·
cū patrib⁹ suis et sepelierūt
eū in ciuitate dauid· Regnauitq;
asa filiꝰ eius ꝑ eo· In cui⁹ diebus
q̄euit terra ānis decē· Fecit ergo
asa qd̄ bonū ⁊ placitū erat in con
spectu dei sui ⁊ sb̄uertit altaria pe
regrini cult⁹ ⁊ excelsa ⁊ confregit
statuas lucosq; succidit ⁊ p̄cepit
iude ut querēt dn̄m deū patrū su
orū ⁊ faceret legē ⁊ vniuersa mā
data· Et abstulit de cūctis vrbib;
iuda aras ⁊ fana ⁊ regnauit ī pa
ce· Edificauitq̄ vrbes munitas in
iuda q̄ quiet⁹ erat ⁊ nulla tēpoi
bus eius bella surrexerāt pacē do
mino largiēte· Dixit aūt iude· Edi
ficem⁹ ciuitates istas ⁊ vallemus
muris ⁊ roborem⁹ turrib; ⁊ portis
⁊ seris donec a bellis q̄eta sūt oīa
eo ꝙ quesierim⁹ dn̄m deū patruz
nostroꝝ ⁊ dederit nob̄ pacē ꝑ gy
rū· Edificauerūt igit̄ ⁊ nullū in ex
truēdo impedimētū fuit· Habuit
aūt asa in exercitu suo portāciuz
scuta ⁊ hastas de iuda trecēta mi
lia de beniamin vero scutariorū ⁊
sagittarioꝝ ducēta octogīta milia
Oēsq; isti viri fortissimi· Egressus
ē āt ɔtra eos zara ethiops cū ex
citu suo decies cētena milia et cur
ribus trecētis ⁊ venit vsq; maresa
Porro asa prexit obuiam ei ⁊ in
struxit atiē ad bellū ī valle sepha
ta q̄ est iuxta maresa ⁊ inuocauit
dn̄m deū ⁊ ait· Dn̄e nō est apd̄ te
vlla distātia vtꝝ ī paucis auxili
eris aut ī pluribz adiuua nos do
mine de⁹ noster· In te em̄ ⁊ ī tuo
noīe habētes fidutiā venim⁹ cōn̄
hāc multitudinē· Dn̄e de⁹ noster
tu es non preualeat ɔtr̄ te homo

Exterruit itaq; dn̄s ethiopes corā
asa ⁊ iuda· Fugerūtq; ethiopes
⁊ ꝑsecut⁹ est eos asa ⁊ popul⁹ q̄
cū eo erat vsq; gerara· Et ruerūt
ethiopes vsq; ad internecōez q̄
dn̄o cedente ɔtriti sūt ⁊ exercitu il
li⁹ preliāte· Tulerūt ergo spolia
multa ⁊ ꝑcusserūt ciuitates om̄es
ꝑ circuitū gerare· Grādis q̄ppe cū
ctos terror inuaserat· Et diripue
rūt vrbes ⁊ multā predā asporta
uerūt· sed ⁊ caulas ouiū destruen
tes· tulerūt pecorū infinitaz multi
tudinez ⁊ camelorꝝ reuersiq; sunt
in ihrl'm· ¶ Ca·xv·

Azarias aūt filiꝰ obed facto
in se spū dei egressus ē in oc
cursū asa ⁊ dixit ei Audite me asa
⁊ omnis iuda et beniamin· Dn̄s
vobiscuz q̄ fuistis cū eo· Si q̄sie
ritis eū inueīetis· Si āt dereliqueritis
derelinquet vos· Trāsibunt
āt multi dies ī isrl' absq; deo vero
⁊ absq; sacerdote absq; doctoreq̄
⁊ absq; lege· Cūq; reuersi fuerint
in angustia sua ad dn̄m deū isrl'
⁊ q̄sierint eū reperiēt eū· In tpe il
lo n̄ erit pax egrediēti ⁊ īgrediēti
ꝫ terrores vndiq; ī cūctis habita
toribus terraꝝ· Pugnabit em̄ gēs
cōn̄ gētem ⁊ ciuitas ɔtra ciuitatē
q̄ dn̄s ɔturbabit eos in oī angu
stia· Vos ergo ɔfortamini ⁊ nō
dissoluant̄ manus vr̄e erit enim
merces opi vestro Qd̄ cū audissz
asa verba scz ⁊ ꝓphetiā azarie filij
obed ꝓphete ɔfortat⁹ ē ⁊ abstulit
ydola de omni terra iuda ⁊ de be
niamin ⁊ ex vrbib⁹ quas ceperat
mōtis ephraim ⁊ dedicauit alta
re dn̄i qd̄ eāt an̄ porticuz dn̄i ɔgre
gauitq; vniūsū iudaz ⁊ beniamin

q aduenas cū eis de ephraim et manasse q de symeō. Plures enī ad eū ꝯfugerāt ex isrl: videntes q dñs deꝰ illiꝰ eēt cū eo. Cūq; venissent in ihrl'm mense tercō: āno de cimo quinto regni asa: immolauerūt dño in die illa de manubijs q predam quā adduxerāt. boues septi gentos. q arietes septē milia: et ī trauit ex more ad corroborādū fe dus: ut q̄rerent dñm deū patꝝ suoꝝ in toto corde q in tota anima sua. Si q̄s autē nō q̄sierit do minū deus isrl: moriat a mimo vsq; ad maximū a viro vsq; ad mulieres. Jurauerūtq; dño voce magna in iubilo et in clāgore tu be q in sonitu buccinarū oēs qui erāt in iuda cū execratōe. Jn omi enī corde suo iurauerāt q in tota vo lūtate q̄sierūt eūq; inuenerūt. Pre stititq; eis dñs requiē p circuitū Dz q maacha mr̄em asa regis ex augusto depositū ī p̄cio: eo q̄ fre cisset in luco simulachꝝ priapi q̄s o ē ꝯtriuit q in fauilla cōminuens cōbussit in torrente cedron. Excel sa aūt derelicta sūt in isrl'. Attamē cor asa erat p̄fectū cūctis diebus eiꝰ. Eaq; que vouerat pat̄ suus q ipse intulit in domū dñi: argētū q aurū vasaq; diuersā suppellectilē. Bellū vero nō fuit vsq; ad tri cesimū ānum regni asa. Ca. xvi.

Anno autē tricesimosexto regni eiꝰ ascēdit baasa rex isrl' in iudam q muro circūdabat rama ut nulli exire posset egredi q ingredi de regno asa. Protulit aūt asa argentū q aurū de thesauris do mꝰ dñi q de thesauris regijs: misit q; ad benadab regē syrie qui hī tabat in damasco dicēs. Fedꝰ in ter me ate est. Paterq; meꝰ q pa ter tuꝰ habuere ꝯcordiā. q̄obrez mitte tibi argentū q aurum: ut rup to federe q̄ habes cū baasa rege isrl' facias eum a me recedē. Quo opto benadab misit principes ex ercituū suoꝝ ad vrbes isrl': qui p tusserūt abionā q dan q abelmaim q vniuersas vrbes muratas. Q̄ cū audisset baasa desiuit edificare rama q intermisit opꝰ suū. Porro asa rex assumpsit vniuersū iudā q tulerunt lapides de rama q lig na que edificabāt. Erat autē ꝑparatus asa: edificauitq; ex eis gabaa et maspha. In tēpe illo venit anani pha ad asam regē iuda q dixit ei. Quia habuisti fiduciā in rege syrie q nō in dño deo tuo. idcirco euasit syrie regis exercitus de ma nu tua. Nonne ethiopes q libies multo plures erāt q̄ drigis et equi bꝰ q multitudine nimia q̄s in dño credidisses tradidit in manu tua. Ecce enī dñi ocūli plangunt vniuersā terraz q p̄bēt fortitudinē his q̄ corde p fecto credūt in eū. Stulte igit egisti q ꝑpt̄ hoc ecce p̄sēti tpe aduersū te bel la ꝯsurgēt. Iratusq; asa aduersus videntē iussit eū mitti in neruū. Val de q̄ppe super hoc fuerat dñs indig nꝰ q̄ insipere fecit de ppl'o in tpe illo plu rimos. Opa autē asa p̄ma q nouissima scripta sūt in libro regum iuda q israhel. Egrotauit etiā asa anno tricesimonono regni sui do lore pedum vehementissimo: et nec in infirmitate sua quesiuit do minū. sed magis in medicorū ar te confisus ē. Dormiuitq; cū p̄ribꝰ su is q mortuꝰ ē anno q̄dragesimo

primo regni sui ⁊ sepelierūt eū in
sepulchro suo qđ foderat sibi ī ci
uitate dauid Posuerūtq; eū sup le
ctulū suum plenū aromatib⁹ ⁊ vn
gētis meretricijs q̄ erāt pigmen
tarioꝝ arte ɔfecta ⁊ ɔbusserūt su
p eū ābicōe nimia. ¶ Ca. xvij.

Regnauit aūt iosaphat filiꝰ
eiꝰ ꝓ eo ⁊ inualuit cōtr̄ isrl̄
Constituitq; militum numeros
in cūctis vrbib⁹ iuda q̄ erāt val
late muris p̄sidiaq; disposuit in
terra iuda ⁊ ī ciuitatib⁹ ephraim
quas cepat asa pat̄ eiꝰ Et fuit do
minꝰ cum iosaphat qꝛ ābulauit
in vijs dauid p̄tris sui p̄mis ⁊ nō
speāuit in baalim ꝫ in deo patris
sui ⁊ prexit in preceptis illiꝰ ⁊ non
iux̄ pcca isrl̄. Cōfirmauitq; dn̄s
regnū in manu eiꝰ ⁊ dedit oīs iu
da munera iosaphat facteq; sūt
ei infinite diuitie ⁊ multa gloria.
Cūq; sūpsisset cor eius audaciaꝫ
ꝓpt̄ vias dn̄i. etiā excelsa ⁊ lucos
de iuda abstulit. Tercō aūt āno
regni sui misit de principib⁹ suis
benail ⁊ obdiaꝫ ⁊ zachariā et na
thanael ⁊ micheā ut docerēt in ci
uitatibus iuda ⁊ cū eis leuitas se
meiam ⁊ nathaniā ⁊ zabadiam.
asahelq̄ et semiramoth et iona
than. adoniāq; ⁊ thobiā ⁊ thoba
doniā leuitas ⁊ cū eis elisama et
ioram sacerdotes. Docebātq; po
pulū in iuda habētes libꝝ legis
dn̄i ⁊ circuibant cūctas vrbes iu
da atꝫ erudiebant populū Itaq;
factus ē pauor dn̄i sup oīa regna
terraꝝ. q̄ erāt p gyꝝ iuda nec au
debāt bellare cōn̄ iosaphat. Sed
⁊ philistei iosaphat mūera defe
rebāt ⁊ vectigal argēti. Arabesq̄

adducebāt pecoā arietū septēmi
lia septingētos ⁊ hircos totidem
Creuit ergo iosaphat ⁊ magnifi
catus ē vsq; ī sublime atq; edifica
uit in iuda domos ad instar tur
riū vrbesq; muratas ⁊ multa ope
ra patrauit in vrbib⁹ iuda Viri
q̄ bellatores ⁊ robusti erāt in ihe
rusalem q̄ꝝ iste nūerus p domos
atq; familias singuloꝝ. In iuda
p̄nceps exercitꝰ ednas dux et cū
eo robustissiōꝝ viri trecētamilia
Post hūc iohānan p̄nceps ⁊ cū
eo ducētaoctogintamilia. Post
illūq̄ amasias filiꝰ sechri cōsecr̄tꝰ
dn̄o ⁊ cū eo ducentamilia viroꝝ
fortiū. Hunc sequebat̄ robustus
ad p̄lia eliada et cū eo tenentiū
arcū ⁊ dipeū ducentamilia. Post
istū etiā iosabad et cū eo centum
octogintamilia expeditoꝝ militū
Hij om̄es erāt ad manū regis ex
ceptis alijs quos posuerat ī vrbi
bus muratis ⁊ in vniuerso iuda.

Fuit ergo iosa ¶ Ca. xviij.
phat diues et inditus mul
tū ⁊ affinitate cōiūctꝰ est achab
descēditq; ptꝰ ānos ad eū ī sama
riā. Ad cuius aduentū mactauit
achab arietes ⁊ boues plurimos
ipsi ⁊ populo q̄ venerat cū eo per
suasitq; illi ut ascēderꝫ in ramoth
galaad Dixitq; achab rex israhel
ad iosaphat regē iuda Veni me
cū in ramoth galaad. Cui ille res
pondit. Vt ego ⁊ tu sicut populꝰ
tuus sic et populus meus tecum
q̄ erimus ī bello. Dixit iosaphat
ad regem israhel. Consule obse
cro in p̄ntiarū sermonē dn̄i. Con
gregauit igit̄ rex isrl̄ ꝓphetaruꝫ q̄
dringētos viros ⁊ dixit ad eos.

In ramoth galaad ad bellandū
ire debem⁹ an q̄escere. ⁊ At illi ascē
de inquiūt ⁊ tradet de⁹ in manu re
gis. Dixitq; iosaphat. Nūq̄d nō
est hic ꝓphetes dn̄i ut ab illo etiā
req̄ram⁹. ⁊ Et ait rex isrl̄ ad iosa
phat. Est vir vn⁹ a quo possum⁹
querē dn̄i volūtatē. ꝫ ego odi eū
q̄ nō ꝓphetat mihi bonū ꝫ malū
ōni tēpore. Est autē micheas fili⁹
iemla. Dixitq; iosaphat. Ne loq̄
ris rex hoc modo. Vocauit ergo
rex isrl̄ vnū de eunuchis et dixit
ei. Voca cito micheā filiū iemla.
Porro rex isrl̄ et iosaphat rex iu
da: vterq; sedebāt in solio suo: ve
stiti cultu regio. Sedebāt autē in
area iux̄ portā samarie oēsq; ꝓphe
te vaticinabātur coraꝫ eis. Sede
chias vero fili⁹ chanana fecit si
bi cornua ferrea ⁊ ait. Hec dic̄ do
min⁹. Hijs ventilabis syriam do
nec ꝯteras eaꝫ. Oēsq; ꝓphe simili
ter ꝓphetabant atꝫ dicebāt. Ascē
de in ramoth galaad ⁊ ꝓsperabe
ris ⁊ tradet eos dn̄s in manu re
gis. Nunci⁹ autē q̄ ierat ad vocā
dū micheaꝫ ait illi. En verba oīm
ꝓphetarum vno ore bona regi ānū
tiant. Queso ergo te ut ⁊ sermo
tuus ab eis nō dissentiat loq̄ris
q; ꝓspera. Cui rn̄dit micheas. Vi
uit dn̄s q̄ q̄dcunq; dixerit mihi
deus me⁹ hoc loquar. Venit ergo
ad regem. Cui rex ait. Michea ire
debemus in ramoth galaad ad
bellandū an q̄escere. ⁊ Cui ille rn̄dit
Ascendite. cūcta em̄ ꝓspera eueni
ent ⁊ tradētur hostes in man⁹ ve
stras. Dixitq; rex. Iterꝫ atq; iterū
te adiuro ut mihi nō loq̄ris nisi
q̄d verū est in nomīe dn̄i. At ille
ait. Vidi vniuersū isrl̄ dispersum ī
montib⁹ sicut oues absq; pasto
re. Et dixit dn̄s. Non habēt isti do
minos: r̄uertat̄ vn⁹ q̄sq; in domū
suam in pace. Et ait rex isrl̄ ad io
saphat. Nonne dixi tibi q̄ non ꝓ
phetarꝫ iste m̄ quicq̄ boni. ꝫ ea q̄
mala sūt. ⁊ At ille idcirco ait audi
te verbuꝫ domī. Vidi dn̄m sedētē
in solio suo ⁊ ōnem exercitum celi
assistētēꝫ ei a dextris ⁊ a sinistris
⁊ dixit dn̄s. Quis decipiet achab
r̄gē isrl̄ ut ascendat ⁊ corruat ī ra
moth galaad. ⁊ Cūq; dicēt vn⁹
hoc modo ⁊ alter alio: ꝓcessit spi
ritus ⁊ stetit corā dn̄o ⁊ ait. Ego
decipiā eū. Cui dn̄s. In quo inq̄t
decipies. ⁊ At ille rn̄dit. Egrediar ⁊
ero spūs mendax in ore ōniū ꝓ
phetaruꝫ eius. Dixitq; dn̄s. Deci
pies ⁊ preualebis egredē ⁊ fac ita
Nūc igitur ecce dn̄s dedit spm̄ mē
dacij in ore ōnium ꝓphaꝝ tuoꝝ ⁊
dn̄s locut⁹ est de te mala. Accessit
autē sedechias fili⁹ chanana ⁊ p
cussit michee maxillaꝫ ⁊ ait. Per
quā viam trāsiuit spūs dn̄i a me
ut loqueret̄ tibi. ⁊ Dixitq; miche
as. Tu ipse videbis in die illo q̄n
ingressus fueris cubiculū de cubi
culo ut abscōdaris. Precepit au
tē rex isrl̄ dicens. Tollite micheā
⁊ ducite eū ad amon p̄ncipē ciui
tatis ⁊ ad ioas filiū amalech et
dicetis. Hec dicit rex. Mittite hūc
ī carcereꝫ ⁊ date ei pais modicū
⁊ aq̄ pauxillū donec reūtar ī pace
Dixitq; micheas. Si reūsus fueis ī
pace n̄ ē dn̄s locut⁹ ī me. ⁊ ait Au
dite oēs ꝓpl̄i Igr̄ ascēderit rex isrl̄ ⁊
iosaphat rex iuda in ramoth ga
laad dixitq; rex isrl̄ ad iosaphat

Mutabo habitū ⁊ sic ad pugnaꝫ
vadā · tu autē in duē vestib⁹ tuis
Mutatoq̄ rex isrl̄ habitu venit
ad bellū · Rex aūt sirie p̄cepat du
cib⁹ equitat⁹ sui dicens · Ne pug
netis ɔtra minimū aut ɔtra max
imū nisi contr̄ solū regem isrl̄ · Ita
q̄ cū vidissent p̄ncipes eq̄tat⁹ io
saphat dixerūt · Rex isrl̄ ē iste Et
circūdederūt eū dimicātes · At ille
clamauit ad dn̄m ⁊ auxiliatus ē
ei atq̄ auertit eos ab illo · Cū em̄
vidissent duces equitat⁹ q̄ nō es
set rex isrl̄ reliq̄runt euꝫ · Accidit
autē ut vn⁹ e populo sagittaꝫ in ī
certū iaceret ⁊ p̄cuteret regem isrl̄
int̄ ceruicē ⁊ scapulas · At ille au
rige suo ait · Conūte manū tuaꝫ ⁊
educ me de acie q̄ vulneātus sū ·
Et finita ē pug̃ in die illo · Porro
rex isrl̄ stabat in curru suo cōn̄ si
ros vsq̄ ad vesp̄aꝫ ⁊ mortu⁹ ē occi
dēte sole · ¶ Ca · xix ·

Reuersus ē aūt iosaphat rex
iuda in domū suam pacifice
ī ihrl̄m · Cui occurrit iehu filius
anani videns ⁊ ait ad eū · Impio
prebes auxiliū ⁊ hijs q̄ oderūt do
minū amicitia iūgeris et idcirco
irā q̄dez dn̄i merebais ꝫ bona ope
ra inuēta sūt in te eo q̄ abstuleis
lucos de terra iuda et p̄paueris
cor tuū ut requirēs dn̄m deū p̄rm
tuoꝝ · Habitauit ergo iosaphat
ī ihrl̄m · Rursūq̄ egressus ē ad po
pulū de bersabee vsq̄ ad mōtem
ephraim ⁊ reuocauit eos ad dn̄ꝫ
deū p̄rm suoꝝ cōstituitq̄ iudices
terre in cūctis ciuitatib⁹ iud a mu
nitis p singula loca ⁊ p̄cipiēs iu
dicib⁹ videte ait q̄d faciatis · Nō
em̄ hoīs exercetis iuditiū sed dn̄i
⁊ quodcūq̄ iudicaueritis in vos
redūdabit · Sit timor dn̄i vobiscū
et cū diligētia cuncta facite · Nō ē
em̄ apud dn̄m deuꝫ nr̄m iniq̄tas
nec p̄sonaꝝ acceptio nec cupido
muneꝝ · In ihrl̄m quoq̄ ɔstituit
iosaphat leuitas ⁊ sacerdotes et
p̄ncipes familiaꝝ ex isrl̄ ut iudi
ciū ⁊ causā dn̄i iudicarent habi
tatoibꝫ ei⁹ p̄cepitq̄ eis dicēs · Sic
agetis in timore dn̄i fideliter ⁊ corde
p̄fecto · Oēm causā que veneit ad
vos fratrū vestroꝝ qui habitāt
in vrbib⁹ suis · int̄ cognacōem et
cognacōnē vbicūq̄ questio ē de
lege · de mādato · de cerimonijs · de
iustificacōnibꝫ oñdite eis ut non
peccēt in dn̄m ⁊ ne veniat ira sup
vos ⁊ sup frēs vr̄os Sic ḡ agētes
nō peccabitis · Amarias autē sac̄
dos et pōtifex vester in hijs q̄ ad
deum p̄tinēt p̄sidebit Porro saba
dias fili⁹ ismahel q̄ ē dux ī domo
iuda sup ea opa eit que ad regis
offitiuꝫ p̄tinent · Habetisq̄ magi
stros leuitas coraꝫ vobis cōforta
mini ⁊ agite diligēter ⁊ erit domi
n⁹ vobiscū in bonis · ¶ Ca · xx ·

Post hec congregati sunt filij
moab ⁊ filij āmon ⁊ cuꝫ eis
de āmonitis ad iosaphat ut pug
narēt cōn̄ eum · Venerūtq̄ nūcij
⁊ indicauerūt iosaphat dicētes ·
Venit cōn̄ te multitudo mag̃ de
hijs locis q̄ trans mare sūt ⁊ de
siria ⁊ ecce cōsistūt in asasontha
mar q̄ est engaddi Iosaphat āt
timore p̄territ⁹ totū se cōtulit ad
rogand̄ dn̄m ⁊ p̄dicauit ieiuniū
vniūso iuda · Cōgregatusq̄ ē iu
das ad dep̄cand̄ dn̄m ꝫ ⁊ oēs de
vrbib⁹ suis venerūt ad obsecrād̄

eū. Cūq; stetisset iosaphat in me
dio cetu iude ⁊ ihrl'm in domo do
mī ante atriū nouū ait. Dñe deus
pr̄m nostroꝝ tu es deꝰ in celo ⁊ do
minaris cūctis regnis gentiū. In
manu tua est fortitudo ⁊ potentia
nec q̄sq̄ tibi potest resistere. Non
ne tu deꝰ noster interfecisti ōnes
habitatores terre huiꝰ corā ꝓplo
tuo isrl' ⁊ dedisti eam semini abr̄
hā amici tui in sēpiternuꝫ. Habi
tauerūtq; in ea ⁊ extruxerūt ī illa
sanctuariū nomī tuo dicētes. Si
irruerint sup nos mala. gladius
iudicij. pestilentia ⁊ fames: stabi
mꝰ corā domo hac ī ꝯspectu tuo: ī
qua inuocatū est nomē tuū ⁊ da
mabimꝰ ad te in tribulacōibꝰ no
stris ⁊ exaudies saluosq; facies.
Nūc igitur ecce filij ammō et mo
ab ⁊ mōs seir p quos nō cōcessisti
isrl' ut tr̄nsirent quādo egrediebā
tur de egypto. ꝫ dediauerūt ab eis
⁊ nō interfecerūt illos. econtrario
agūt ⁊ nitūtur eicē nos de possessi
one quā tradidisti nob̄ deꝰ nr̄. Er
go nō iudicabis eos. In nob̄ q̄
dē nō est tanta fortitudo ut possi
mꝰ huic multitudī resistere q̄ irru
it sup nos. ꝫ cū ignoremꝰ q̄d agē
debeamꝰ hoc solū habemꝰ residui
ut oculos nr̄os dirigamus ad te.
Oīs vero iuda stabat corā domi
no cū puulis ⁊ vxoribꝰ ⁊ liberis su
is. Erat autē iazihel filiꝰ zacharie
filij banaie. filij iehihel. filij ma
thanie leuites de filijs asaph: su
p quē factꝰ est spūs dn̄i in medio
turbe ⁊ ait. Attēdite ōnis iuda et
q̄ hītatis ī ihrl'z ⁊ tu rex iosaphat
Hec dicit dn̄s vob̄. Nolite timere:
nec paueatis hāc multitudinez.

Nō ē eī vr̄a pug̃ ꝫ dei. Cras descē
detis cōn̄ eos. Ascēsuri enī sūt per
diuū nomīe sis ⁊ inuenietis illos
in sūmitate torrētis q̄ est cōn̄ soli
tudinē iheruhel. Nō enī eritis vos
q̄ dimicabitis. ꝫ tm̄modo ꝯfidenter
state ⁊ videbitis auxiliū dn̄i super
vos. O iuda ⁊ ihrl'm nolite timere
nec paueatis: cras egrediemī cō
tra eos et dn̄s erit vobiscū. Iosa
phat ergo ⁊ iuda ⁊ ōnes hītato
res ihrl'm ceciderūt ꝓni in terrā co
rā domīo ⁊ adorauerūt eū. Porro
leuite de filijs caath ⁊ de filijs cho
re laudabāt dominū deū isrl' voce
magna in excelsū. Cunq; māe sur
rexissent egressi sūt p desertū the
cue: ꝓfectisq; eis stans iosaphat
in medio eoꝝ dixit. Audite me vi
ri iuda ⁊ ōnes habitatores iheru
salē. Credite in dn̄o deo vestro et
securi eritis. credite ꝓphis eiꝰ ⁊ cū
cta euenīēt ꝓspeā. Dedit ꝯsiliū po
pulo ⁊ statuit cātores dn̄i ut lau
darēt eum in turmis suis ⁊ ante
cederēt exercitū ac voce cōsona di
cerent. Confitemī domīo: quoniā
in eternū misericordia eius. Cūq;
cepissent laudes canere vertit do
minꝰ insidias eoꝝ in semetipsos
filioꝝ scz āmon ⁊ moab ⁊ mōtis
seir q̄ egressi fuerāt ut pug̃rēt cō
tra iudā ⁊ percussi sunt. Nāq; filij
āmon ⁊ moab ꝯsurrexerūt aduer
sū hītatores mōtis seir ut interfi
cerent ⁊ delerēt eos. Cūq; hoc ope
re ꝓpetr̄ssent etiā in semetipōs v̄
si mutuisq; ꝯcidere vulneribꝫ. Por
ro iudas cū veīssz ad spelūcā q̄ re
spicit solitudīez vidit ꝓcul oēz la
te r̄giōez plenā cadaueibꝫ: nec su
pe ē quēq̄ q̄ necē potuissz euadē.

Venit ergo iosaphat ⁊ oīs ꝓpl's
cū eo ad detrahenda spolia mortu
orū · inuenerūtq; inter cadauera
variaꝫ suppellectilez · vestesquoq;
⁊ vasa p̄ciosissiā ⁊ diripuerunt:
ita ut ōnia portare nō possent nec
ꝑ tres dies spolia auferre pre pre
de magnitudīe · Die autē quarto
ꝯgregati sunt in valle bn̄dictiōis
Etem̄ qm̄ ibi bn̄dixerunt dn̄o vo
cauerūt locuꝫ illū vallis bn̄dicti
onis vsq; in p̄ntem diem · Reuer
susq; est ōnis vir iuda et hītato
res ihrl'm ⁊ iosaphat an̄ eos in
ihrl'm cū leticia magna eo ꝙ de
disset eis dn̄s gaudiū de inimicis
suis · Ingressiq; sūt in ihrl'm cum
psalterijs ⁊ citharis ⁊ tubis ī do
mū dn̄i · Irruit autē pauor dn̄i su
per vniūsa regna terraꝝ cū audis
sent ꝙ pugnasset dn̄s cōn̄ inimi
cos israhel · Quieuitq; regnū iosa
phat ⁊ p̄buit ei pacem dn̄s per
circuitū · Regnauit igit̄ iosaphat
sup iudaꝫ ⁊ erat trigintaqn̄q; an
noꝝ cū regnare cepissꝫ · Vigīti āt
⁊ quinq; ānis regnauit in ihrl'm
⁊ nomē matris ei⁹ azuba filia se
lachi · Et ābulauit in via p̄ris sui
asa nec declinauit ab ea faciēs q̄
placita erant corā dn̄o · Verūtn̄
excelsa nō abstulit ⁊ adhuc ꝓpl's
non direxeāt cor suū ad dn̄m deū
p̄rm suoꝝ · Reliqua āt gestoꝝ io
saphat p̄oꝝ ⁊ nouissiōꝝ scripta
sūt ī v̄b iehu filij anani q̄ digessit
ī libro regū israhel · Post hec iniit
amicitias iosaphat rex iuda cuꝫ
ochozia rege isrl' cui⁹ opera fuer̄t
impijssima ⁊ particeps fuit ut fa
ceret naues q̄ irent in tharsis: fe
cerūtq; classez in asiongaber · Pro
phauit aūt eliezer fili⁹ dodau de
maresa ad iosaphat dicēs Quia
habuisti fed⁹ cum ochozia · ꝑcus
sit dn̄s opera tua cōtriteq; sūt na
ues nec potuer̄t ire ī tharsis ·

Dormiuit aūt Capi · xxi ·
iosaphat cū p̄ribus suis et
sepult⁹ ē cū eis in ciuitate dauid ·
regnauitq; ioram filius ei⁹ ꝓ eo ·
Qui habuit frēs filios iosaphat
azariam ⁊ iahihel ⁊ zachariaꝫ et
azariam ⁊ michahel ⁊ saphaciā
Om̄es hij filij iosaphat regis iu
da · Deditq; eis pat̄ su⁹ multa mu
nera argēti ⁊ auri et p̄sacōes cuꝫ
ciuitatib⁹ mūitissimis ī iuda · reg
num aūt tradidit iorā eo q̄ esset
p̄mogenit⁹ · Surrexit autē ioram
sup regnū p̄ris sui · Cūq; se cōfir
massꝫ occidit ōnes frēs suos gla
dio ⁊ quosdā de p̄ncipib⁹ iuda ·
Trigintaduoꝝ ānoꝝ eāt ioram
cū regnare cepisset ⁊ octo annis
regnauit in ihrl'm ambulauitq;
ī vijs regū isrl' sicut egerat dom⁹
achab · Filia quippe achab erat
vxor eius · Et fecit malū in cōspcū
dn̄i · Noluit autē dn̄s disperdē do
mū dauid ꝓpt̄ pactum qd̄ inieāt
cū eo · ⁊ q̄ ꝓmiserat ut daret ei lu
cernā ⁊ filijs ei⁹ in ōni tēpore · In
diebus illis rebellauit edom ne es
set subdit⁹ iude ⁊ cōstituit sibi re
gem · Cūq; transiret ioram cū p̄n
cipib⁹ suis ⁊ cuncto equitatu qui
erat secū surrexit nocte ⁊ percussit
edom q̄ se circūdederat ⁊ ōnes du
ces eq̄tat⁹ eius Attamē rebellauit
edom · ne esset sb̄ ditione iuda vs
q; ad hāc diē · Eo tēpore ⁊ lobna
recessit ne esset sb̄ manu illi⁹ · De
reliq̄rat em̄ dn̄m deū p̄rm suoruꝫ

insup ⁊ excelsa fabricatus ē in vr
bib⁹ iuda: ⁊ fornicari fecit hītato
res ihrl'm ⁊ p̄uaricari iudā. Alla
te sūt aūt ei littere ab helia ꝓpha
in quib⁹ scriptū eāt. Hec dicit do
min⁹ de⁹ dauid patris tui. Quoni
am nō ābulasti in vijs iosaphat
p̄ris tui ⁊ ī vijs asa regis iuda. ꝫ
incessisti p iter regū isrl' ⁊ fornica
ri fecisti iudā ⁊ habitatoēs iheru
salē: ymitat⁹ fornicatiōez domus
achab: insup ⁊ frēs tuos domum
patris tui meliores te occidisti: ec
ce dn̄s percutiet te plaga magna
cū populo tuo ⁊ vxorib⁹ ⁊ filijs tu
is vniuersaq; sb̄stantia tua. Tu
autē egrotabis pessimo languoē
vteri donec egrediant̄ vitalia tua
paulatim p singulos dies. Susci
tauit ergo dn̄s cōtra ioram spm̄
philistinoꝝ ⁊ arabū qui ꝯfines
sunt ethiopibz ⁊ ascenderūt in ter
rā iuda ⁊ vastauerūt eā. Diripu
eruntq; cunctaz sb̄stantiā que in
uenta est in domo regis insup et
filios ei⁹ ⁊ vxores. Nec remansit ei
fili⁹ nisi ioacham q̄ minim⁹ natu
erat. Et sup hec ōnia pcussit eum
dn̄s alui languore insanabili. Cū
q; diei succederet dies ⁊ tēpoꝝ spa
cia voluerent̄: duoꝝ ānoꝝ exple
tus est circul⁹ ⁊ sic longa consūp
tus tabe: ita ut egrederet etiā visce
ra sua languore parit̄ ⁊ vita caru
it. Mortuusq; est infirmitate pessi
ma ⁊ nō fecit ei ꝓpl's s̄m morē cō
bustionis exeq̄as sicut feceāt ma
ioribꝰ ei⁹. Trigītaduoꝝ ānoꝝ fu
it cū regr̄e cepissz ⁊ octo ānis reḡ
uit in ihrl'm. Ambulauitq; nō re
cte ⁊ sepelierūt eū ī cītate dauid ve
rūtn̄ n̄ ī sepulchro regū. Ca. xxij.

Constituerūt autē hītatores
ihrl'm ochoziam filiū ei⁹ mi
nimū regē ꝓ eo. Oēs enī maiores
natu qui ante euz fuerāt interfece
rant latrones arabum qui irrue
rāt in castra. Regnauitq; ochozi
as fili⁹ ioram regis iuda. Quadr̄
gintaduoꝝ annoruz erat ochozi
as cū regnare cepissz ⁊ vno āno
regnauit in ihrl'm et nomē mr̄is
ei⁹ athalia filia amri. Sed ⁊ ip̄e in
gressus est p vias dom⁹ achab.
Mater enī eius impulit eū ut im
pie ageret. Fecit igitur maluz in
cōspectu dn̄i sicut domus achab.
Ipsi enī fuerunt ei cōsiliarij post
mortē p̄ris sui in interitū eius am
bulauitq; in cōsilijs eoꝝ. Et perre
xit cū ioram filio achab rege isrl'
in bellū con̄ asahel regē syrie in ra
moth galaad vulnerauer̄tq; sy
ri ioram. Qui reuersus ē ut curaē
tur in iesrahel. Multas enim pla
gas accepat in sup̄dicto certami
ne. Igit̄ ochozias fili⁹ iorā rex iu
da descēdit ut inuiseret ioraz filiū
achab in iesrahel egrotātē. Volū
tatis q̄ppe fuit dei adūs⁹ ochoziā
ut veīrz ad iorā. Et cū veīssz ⁊ egre
deret̄ cū eo adūsū iehu filiū namsi
quē vnxit dn̄s ut deleret domum
achab. cū ḡ euertēt iehu domum
achab īueīt p̄ncipes iuda ⁊ filios
fratrū ochozie q̄ ministrabāt ei ⁊
int̄fecit illos. Ipsūq; pquirēs ocho
ziā ꝯp̄hēdit latitātē in samaia ad
ductūq; ad se occidit ⁊ sepelierūt
cū eo ꝙ essz fili⁹ iosaphat q̄ q̄sie
rat dn̄z ī toto corde suo. nec eāt vl
tr̄ spes aliq̄ ut de stirpe q̄s reḡret
ochozie. Siq̄dez mr̄ ei⁹ athalia vi
dēs ꝙ mortu⁹ eēt fili⁹ su⁹: surrexit

ꝛ interfecit oēm stirpē regiaꝫ do
mꝰ ioraꝫ · Porro iosabeth filia re
gis tulit ioas filiū ochozie ꝛ fuā
ta est eū de medio filiorū regis cū
interficeret abscōditq; euꝫ cū nu
trice sua in cubiculo lectuloꝝ · Jo
sabeth autē que abscōderat euꝫ ·
erat filia regis ioraꝫ vxor ioiade
pontificis soror ochozie ꝛ idcirco
athalia nō interfecit eū · Fuit er
go cū eis in domo dei abscōditus
sex annis quibus regnauit atha
lia super terram · Capi · xxiij ·

Anno autē septimo ꝯfortatꝰ
ioiada assumpsit cēturiōes
azariam vicꝫ filiū ieroboā ꝛ ysma
hel filiū iohānan · azariāquoq;
filiū obed · ꝛ maasiaꝫ filiū adaie ·
ꝛ elisaphat filiū zechri ꝛ iniit cū
eis fedus · Qui circūeuntes indaꝫ
cōgregauerūt leuitas de cunctis
vrbibꝰ iuda ꝛ pn̄cipes familiarū
isrl̄ venerūtq; in ihrl̄m · Iniit ēgo
ōnis multitudo pactū in domo di
cum rege · Dixitq; ad eos ioiada
Ecce filiꝰ regis regnabit sic locutꝰ
ē dn̄s sup filios dauid · Iste ē ser
mo quē facietis · Tertia pars ve
strū qui veniūt ad sabbatū sacer
dotū ꝛ leuitarū ꝛ ianitoruꝫ erit in
portis · tercia vero pars ad domū
regis ꝛ t̄tia ad portā q̄ appellat̄ fū
damēti · Oē vero reliquū vulgꝰ sit
in atriis domꝰ dn̄i nec q̄spiaꝫ aliꝰ
ingrediat̄ domū dn̄i nisi sacerdo
tes ꝛ qui mīstrant de leuitis · Ipsi
tm̄modo ingrediātur q̄ sāctifica
ti sūt ꝛ ōne reliquū vulgꝰ obser
uet custodias dn̄i · Leuite autem
circūdent regem hn̄tes singuli ar
ma sua ꝛ si quis aliꝰ ingressus fu
erit tēplum interficiat̄ · sintq; cuꝫ
rege ꝛ intrāte ꝛ egrediente · Fece
rūt ēgo leuite ꝛ vniūsus iuda iux
ta ōnia q̄ p̄cepeāt ioiada pōtifex ·
Et assumpserūt singuli viros qui
sb̄ se erāt ꝛ veniebāt p ordinē sab
bati cū hijs q̄ īpleuerāt sabbatū
et egressi erāt · Siq̄dē ioiada pōti
fex nō dimiserat abire turmas q̄
sibi p singulas ebdomadas suc
cedē consueuerāt · Deditq; ioiada
sacerdos cēturiōibꝰ lanceas dipe
osq; ꝛ peltas regis dauid q̄s ꝯse
craueāt ī domo dn̄i · Constituitq;
oēꝫ populū tenētium pugiōes a
parte tēpli dextra vsq; ad partē
tēpli sinistraꝫ · corā altari ꝛ tēplo
p circuitū regis ꝛ eduxerunt filiū
regis ꝛ imposuerūt ei diadema et
testimoniū dederūtq; in manu eiꝰ
tenendaꝫ legē ꝛ constituerūt eū
regē · Vnxitq; illū ioiada pōtifex
ꝛ filij eiꝰ imp̄catiquoq; sunt ei at
q; dixerūt Viuat rex · Qd cū audis
set athalia vocē scꝫ currentiū atq;
laudantiū regē ingressa ē ad po
pulū in tēplū dn̄i · Cūq; vidisset
regem stantē sup gradū in intro
itu ꝛ pn̄cipes turmasq; circa eū ·
ōnēq; populū terre gaudētē atq;
clangētē tubis ꝛ diuersi generis
organis cōcinentē · vocēq; laudā
tiū scidit vestimēta sua ꝛ ait Insi
die · īsidie · Egressus autē ioiada
pōtifex ad cēturiōes ꝛ pn̄cipes ex
ercitꝰ dixit eis · Educite illā ex̄ sep
ta tēpli ꝛ īterficiat̄ foris gladio ·
Precepitq; sacerdos ne occideret̄
ī domo dn̄i · Et īposuerūt ceruicibꝰ
eiꝰ manꝰ · Cūq; ītrasset portā eq̄
rū domꝰ regis īterfecerunt eā ibi ·
Pepigit autē ioiada fedꝰ īter se
vniuersūq; populū ꝛ regē ut eēt

ꝓpl's dñi Itaq; ingressꝰ ē oīs ꝓpl's
domū baal ⁊ destruxerūt eā ⁊ alta
ria ⁊ simulachra illiꝰ ꝯfregerūt ma
thāq; sacdotē baal interfecerūt añ
aras. Constituit aūt ioiada p̄po
sitos ī domo dñi ⁊ sb manibꝰ sac
dotū ⁊ leuitarū: q̄s distribuit da
uid in domo dñi: ut offerrēt holo
causta dño sic scriptum ē in lege
moysi: ī gaudio et cāticis iux̄ dis
poīcōez dauid Cōstituitq; iamto
res ī portis domꝰ dñi: ut nō ingre
deret eā immūdꝰ in oī re. Assump
sitq; cēturiōes ⁊ fortissiōs viros
ac pn̄cipes ꝓpl'i ⁊ oē vulgꝰ terre ⁊
fecerūt descendere regē de domo dñi
⁊ ītroire ꝑ mediū porte supioris ī
domū regis ⁊ collocauerūt eū ī so
lio regali. Letatꝰq; ē oīs ꝓpl's ter
re ⁊ vrbs q̄euit. Porro athalia ī
terfecta est gladio. ¶ Ca. xxiiij.

Septē ānoꝝ erat ioas cū reg̃
re cepissz: ⁊ q̄draginta ānis
reg̃uit in ihrl'm. Nomē mr̄is eius
sebia de bersabee. Fecitq; qd bo
nū ē corā dño cūctis diebꝰ ioiade
sacdotis. Accepit aūt ei ioiada vx
ores duas: e q̄bꝰ genuit filios et
filias. Post q̄ placuit ioas ut in
stauraret domū dñi: ꝯgregauitq;
sacdotes ⁊ leuitas ⁊ dixit eis Egre
dimī ad cītates iuda ⁊ colligite de
vniuerso isrl' pecuniā ad sartate
cta tēpli dei nostri ꝑ singulos an
nos festinatoq; hꝰ facite. Porro le
uite egere negligētiꝰ. Vocauitq;
rex ioiadā pn̄cipē ⁊ dixit ei. Quaē
tibi nō fuit cure ut cogēs leuitas
īferre de iuda ⁊ de ihrl'z pecuniā q̄
ꝯstituta ē a moyse ꝑuo dñi: ut in
ferret eā oīs multitudo isrl' ī tab
naculū testīonij. Athalia eī im
pijssiā ⁊ filij eiꝰ destruxerūt domuz
dī ⁊ de vniuersꝰ q̄ sc̄ificata fuerūt
ī tēplo dñi ornauerūt phanū baa
li. Precepit ḡ rex ⁊ fecerūt archaz
posuerūtq; eā iux̄ portā dñi forīse
cꝰ. Et predicatū ē in iuda ⁊ ihrl'm
ut deferrēt singuli p̄ciū dño qd cō
stituit moyses seruꝰ dei sup oēm
isrl' in deserto. Letatiq; sūt cūcti pn̄
cipes ⁊ oīs ꝓpl's: ⁊ ingressi ꝯtulerūt
in archā dñi atz miserūt ita ut im
pleret. Cūq; tps eēt ut deferrent
archā corā rege ꝑ manꝰ leuitaruz
videbāt eī multā pecuniā: ingredi
ebat scriba regis ⁊ quē p̄mꝰ sacer
dos ꝯstituerat effūdebātq; pecūiā
q̄ erat in archa Porro archā r̄por
tabāt ad locū suū: sicq; faciebāt
ꝑ singulos dies. Et ꝯgregata ē in
finita pecūia quā dederūt rex ⁊ io
iada hijs q̄ p̄erant opibꝰ domus
dñi. At illi ꝯducebāt ex ea cesoēs
lapidū ⁊ artifices operū singulo
rū: ut instaurarēt domū domī: fa
brosq; ferri ⁊ eris ut qd cadē ce
perat fulciretur. Egerūtq; hij qui
opabant īdustrie ⁊ obducebat
parietū cicatrix ꝑ manus eoꝝ: ac
suscitauerūt domū dñi in statū p̄
stinū ⁊ firmit eaz stare fecerūt. Cū
q; ꝯplessent ōnia opa detulerūt co
rā rege ⁊ ioiade reliquā ptē pecūie
de qua fcā sūt vasa tēpli in mīste
riū ad holocausta: fialeq; ⁊ ceteā
vasa aurea ⁊ argentea. Et offere
bantur holocausta ī domo dñi in
giter cunctis diebꝰ ioiade. Senuit
autē ioiada plenus dierū ⁊ mor
tuꝰ est cum cētum triginta essz an
norū: sepelieruntq; eum in ciuita
te dauid cū regibus eo q̄ fecisset
bonū cum isrl' ⁊ cum domo eius.

Postq̄ autē obijt ioiada ingres
si sunt p̄ncipes iuda ⁊ adorauerūt
regem. Qui delinit⁹ obsequijs eo
rū acq̄euit eis. Et dereliq̄rūt tēplū
dn̄i dei p̄rm suoꝝ seruierūtq̄ lucis
⁊ sculptilibꝫ ⁊ facta est ira contra
iudā ⁊ ihrl'm ꝓpter hoc pc̄cm. Mit
tebatq̄ eis ꝓphas ut reuerterent̄
ad dn̄m quos ꝓtestantes illi au
dire nolebāt. Sp̄us itaq̄ dei īdu
it zachariā filiū ioiade sacerdotez
⁊ stetit in ꝯspcū populi ⁊ dixit eis
Hec dicit de⁹. Quare trāsgredimī
p̄ceptum dn̄i qđ vobis non ꝓdeit
⁊ dereliquistis dn̄m ut derelinq̄rꝫ
vos. Qui ꝯgregati adūsus eū mi
serūt lapides iuxta regis imperiū
in atrio dom⁹ dn̄i. Et non est recor
datus ioas rex misericordie quā
fecerat ioiada pat' illi⁹ secū ꝫ int̄
fecit filium ei⁹. Qui cū moreretur
ait. Videat dn̄s ⁊ req̄rat. Cumq̄
euolut⁹ eēt annus ascēdit cōtra
eū exercit⁹ sirie venitq̄ in iudam
⁊ ihrl'm ⁊ interfecit cunctos p̄nci
pes populi atq̄ vniūsam p̄dam
miserūt regi in damascuꝫ. Et certe
cū ꝑmodicus venisset nūerus si
roꝝ tradidit dn̄s manib⁹ eoꝝ ī
finitam multitudīez eo q̄ dereliq̄s
sent dn̄m deū patꝝ suoꝝ. In ioas
quoq̄ ignominiosa exercuē iudi
cia ⁊ abeūtes dimiserunt eū in lā
guorib⁹ magnis. Surrexerūt au
tē contr̄ eū serui sui in vltionē sā
guinis zacharie filij ioiade sacer
dotis ⁊ occiderūt eū in lectulo suo
⁊ mortu⁹ est sepelierūtq̄ illū in ci
uitate dauid sed nō ī sepulchris
regū. Insidiati vēo sūt ei zabath
filius semath amanitidis ⁊ iosa
bat filius semarith moabitidis.

Porro filij ei⁹ ac sūma pecunie q̄
adunata fuerat sub eo. ⁊ instau
racō dom⁹ dei scripta sūt diligēci
us in libro regū. Reg̃uit āt ama
sias fili⁹ eius ꝓ eo. ¶ Ca. xxv.

Vigintiq̄nq̄ ānoꝝ eāt ama
sias cū regnare cepisset ⁊ vi
gintinouē ānis regnauit ī iheru
salē. Nomē mr̄is ei⁹ ioiaden de ihe
rusalē. Fecitq̄ bonū in ꝯspectu do
mini verūtn̄ non in corde ꝑfecto.
Cūq̄ roboātū sibi videret impiū
iugulauit suos q̄ occiderāt regez
p̄rem suum. ꝫ filios eoꝝ nō inter
fecit. sicut scriptū ē in libro legis
moysi vbi p̄cepit dn̄s dicēs. Nō
occident̄ patres ꝓ filijs neq̄ filij
ꝓ p̄ribus suis sed vnusquisq̄ in
pc̄cō suo morieť. Cōgregauit ig̃r
amasias iudā ⁊ ꝯstituit eos ꝑ fa
milias tribunosq̄ ⁊ cēturiōes in
vniuerso iuda ⁊ beniamin ⁊ recē
suit a viginti ānis sursū. inuenit
q̄ triginta milia iuuenū q̄ egrede
rētur ad pugnam et tenerēt ha
stam ⁊ clipeū. Mercedequoq̄ ꝯdu
xit de isrl' centū milia robustoꝝ cē
tum talentis argēti. Venit aūt ho
mo dei ad illū ⁊ ait. O rex ne egre
diatur tecū exercit⁹ isrl'. Nō ē em̄
dn̄s cū isrl' et cūctis filijs ephra
im. Qđ si putas in robore exerci
t⁹ bella ꝯsistere supari te faciet de
us ab hostib⁹ dei quippe ē et ad
iuuare ⁊ ī fugā cōuertere. Dixitq̄
amasias ad hoīem dei. Quid ergo
fiet de centū talentis que dedi mi
litib⁹ israhel. Et rn̄dit ei homo dei
Habet dn̄s vnde tibi dare possit
multo hijs plura. Separauit itaq̄
amasias exercitū qui venerat ad
eū ex ephraim ut reuerteť ī locuꝫ

suū. At illi cōn̄ iudā vehemēt̄ irati:
reuersi sūt ī regiōez suā. Porro ama
sias ɔsidēt̄ eduxit ꝓpl'm suū ⁊ abijt
ī vallē salinaꝝ ꝑcussitq; filios seir
decē milia. Et alia decē milia viroꝝ
ceperūt filij iuda ⁊ adduxerūt ad p̄
ruptū cuiusdā petre p̄cipitauerūt
q; eos de sūmo ī p̄ceps q̄ vniuersi
crepuerūt. At ille exercit⁹ quē t̄mise
rat amasias ne secū iret ad p̄liuz
diffusus ē ī cīitatib⁹ iuda. a sama
ria vsq; ad bethorō: ⁊ int̄fectis tri
b⁹ milib⁹ diripuit p̄dā magnam
Amasias q̄ꝫ pt⁹ cedē ydumeoꝝ et
allatos deos filioꝝ seir statuit il
los ī deos sibi ⁊ adorabat eos ⁊ il
lis adolebat incēsū. q̄ꝫ obrez irat⁹
dn̄s cōn̄ amasiā misit ad illuz ꝓ
ph̄az q̄ dicēt ei. Cur adorasti d̄os
q̄ nō liberauerūt ꝓpl'm suū de mānu
tua. ¶ Cūq; hec ille loq̄ret̄ rn̄dit ei.
Nū ɔsiliari⁹ regis es. ¶ Quiesce ne
īterficiā te. Descēdēsq; ꝓph̄a scio in
q̄t q̄ cogitauerit dn̄s occidē te q̄
⁊ fecisti h° malū ⁊ insup nō acq̄e
uisti ɔsilio meo. Igit̄ amasias rex
iuda inito pessiō cōsilio: misit ad
ioas filiū ioachā filij iehu regez
isrl' dicēs. Veni videam⁹ nos mu
tuo. At ille remisit nūcios dicens
Cardu⁹ q̄ ē in libano misit ad ce
drū libani dicēs Da filiā tuā filio
meo vxorē. Et ecce bestie q̄ erāt in
silua libani trāsierūt ⁊ ɔculcaue
rūt carduū. Dixisti ꝑcussi edō: et
idcirco erigit̄ cor tuū in supbiaz.
Sede ī domo tua. Cur malū aduer
sum te ꝓuocas ut cadas ⁊ tu ⁊ iu
das tecū. ¶ Noluit audire amasias
eo q̄ dn̄i eēt volūtas ut tradētur
in man⁹ hostiū ꝓpt̄ deos edom. As
cēdit igit̄ ioas rex isrl' ⁊ mutuos
sibi p̄buere ɔspect⁹ Amasias aūt
rex iuda erat in bethsames iude.
Corruitq; iudas corā isrl' ⁊ fugit
in tab̄nacula sua. Porro amasiaz
regē iuda filiū ioas filij ochozie
cepit ioas rex isrl' ī bethsames: ⁊
adduxit in ihrl'm: destruxitq; mu
rū ei⁹ a porta ephr̄im vsq; ad por
tā anguli q̄dringētis cubitis. Oē
q̄ꝫ auꝝ ⁊ argētū ⁊ vniūsa vasa q̄
reperat ī domo dei ⁊ apud obede
dom. in thesauris etiā dom⁹ regie
necnō ⁊ filios obsidū reduxit in
samariā. Vixit āt amasias filius
ioas rex iuda: postq̄ꝫ mortu⁹ ē io
as fili⁹ ioachas rex isrl': qn̄decim
annis. Reliq̄ autē sermonū ama
sie p̄oꝝ ⁊ nouissimoꝝ scripta sūt
in libro regū iuda ⁊ isrl'. Qui post
q̄ꝫ recessit a dn̄o tetēderūt ei insidi
as in ihrl'm. Cūq; fugissz lachis
miserūt ⁊ īterfecerūt eū ibi reportan
tesq; sup eq̄s sepelierūt eū cū p̄rib;
suis ī cīitate dauid. ¶ Ca. xxvi.

Omnis āt ꝓpl's iuda filiū ei⁹
oziaz ānoꝝ sedecī ɔstituit re
gez ꝓ amasia p̄re suo. Ip̄e edifica
uit ahilat ⁊ r̄stituit eā dicōi iude
postq̄ꝫ dormiuit rex cū p̄rib⁹ suis.
Sedecī ānoꝝ eāt ozias cū regre ce
pissz ⁊ quinq̄gīta duob⁹ ānis reḡ
uit in ihrl'm Nomē m̄ris ei⁹ iecelia
de ihrl'm. Fecitq; q̄d eāt rc̄m ī ocu
lis dn̄i iux̄ oīa q̄ fecerat amasias
p̄r ei⁹ ⁊ exq̄siuit dn̄m in dieb⁹ za
charie intelligētis ⁊ vidētis deuz.
Cūq; req̄reret dn̄m direxit eum in
ōnib⁹. Deniq; egressus ē et pug
nauit cōtra philistijm ⁊ destruxit
murum geth. ⁊ murum iamnie.
murumq; azoti. Edificauitq̄ꝫ opi
da ī azoto ⁊ philistijm ⁊ adiuuit

eū deꝰ cōtra philistijm ⁊ cōn̄ ara
bas qui hītabant in gurbaal et
cōn̄ āmonitas. Appēdebātq; am
monite mūera ozie ⁊ diuulgatū
ē nomē eiꝰ vsq; ad introitū egyp
ti ꝓpter crebras victorias. Edifica
uitq̄ ozias turres in ihrl'm super
portaz anguli ⁊ sup portaz vallis
⁊ reliq̄s in eodē muri latere firma
uitq; eas. Extruxitq; turres in soli
tudine ⁊ effodit cisternas pluri
mas eo q̄ hēret multa pecora taz
in campestribꝰ q̄ in heremi vasti
tate. Vineasq̄ habuit ⁊ vinito
res in montibꝰ ⁊ in carmelo. Erat
q̄ppe homo agriculture deditꝰ. Fu
it autē exercitꝰ bellatoꝝ eius q̄ ꝓ
cedebant ad p̄lia sb̄ manu iehiel
scribe. maasieq; doctoris et sb̄ ma
nu ananie q̄ erat de ducibꝰ regis
Oīsq; numerꝰ p̄ncipum ꝑ famili
as viroꝝ fortium duorū milium
sexcentoꝝ ⁊ sb̄ eis vniuersus exer
citꝰ trecentoꝝ ⁊ septē miliū q̄ngē
torū qui erāt apti ad bella ⁊ ꝓ re
ge cōn̄ adūsarios dimicabant.
Preꝑauitq̄ eis ozias id ē cūcto
exercitui dipeos ⁊ hastas ⁊ gale
as ⁊ loricas arcusq; ⁊ fūdas ad
iatiēdos lapides ⁊ fecit in ihrl'm
diuersi generis machīas q̄s ī tur
ribz collocauit ⁊ in āgulis muro
rum ut mitterēt sagittas et saxa
grādia. Egressumq; ē nomē eiꝰ ꝓ
cul eo q̄ auxiliaret̄ ei dn̄s ⁊ corro
borassz illū. Sed cū roboratꝰ esset
eleuatū ē cor eiꝰ in interitū suuz et
neglexit dn̄m deū suū ingressusq;
templū dn̄i adolere voluit incensū
sup altare thimiamatis. Statīq;
ingressus ptꝰ eū azarias sacdos
q̄ cū eo sacerdotes dn̄i octuagīta
viri fortissimi restiterūt regi atz di
xerūt. non ē tui officij ozia ut ad
oleas incensū dn̄o s̄ sacerdotū hꝰ
ē filioꝝ aaron qui cōsecr̄ti sūt ad
huiuscemōi mīsteriū. Egredē de
sāctuario ne cōtempseris q̄ non
reputabit̄ tibi in gl'iam hoc a do
mino deo. Iratusq; ozias ⁊ tenēs
in manu turibulū ut adoleret īcē
sum minabat̄ sacerdotibꝰ. Statīq;
orta ē lepra in frōte eius corā sa
cerdotibꝰ in domo dn̄i sup altare
thimiamatis. Cūq; respexisset eū
azarias pontifex ⁊ ōnes reliq̄ sac
dotes. viderūt leprā in fronte eiꝰ
⁊ festinato expulerūt eum. Sz et
ipē ꝑterritꝰ accelerauit egredi eo
q̄ sēsisset ilico plagam dn̄i. Fuit
igitur ozias rex leprosus vsq; ad
diem mortis sue ⁊ hītauit ī domo
sepata. plenꝰ lepr̄ ob quā eiectꝰ
fuerāt de domo dn̄i. Porro ioathā
filius eiꝰ rexit domū regis et iudi
cauit ꝓpl'm terre. Reliq̄ aūt sermo
nū ozie prioꝝ ⁊ nouissiōrū scrip
sit ysaias filiꝰ amos ꝓꝓ ha. dormi
uitq; ozias cū p̄ribꝰ suis ⁊ sepelie
runt eū in agro regaliū sepulcro
rum eo q̄ essz leprosus reg̃uitq;
ioathā filiꝰ eiꝰ ꝓ eo. ¶ Ca. xxvij.

Vigintiq̄nq; ānoꝝ erat ioa
thā cū reg̃re cepissz ⁊ sedeciz
annis regnauit in ihrl'm. nomē
mr̄is eius iherusa. filia sadoch. Fe
citq; qd̄ rectum erāt corā dn̄o iux̄
ōnia q̄ fecerat ozias pater suꝰ ex
cepto q̄ nō est īgressus tēplū do
mini ⁊ adhuc populꝰ delinq̄bat.
Ipse edificauit portaz domꝰ dn̄i
excelsam ⁊ ī muro ophel ml'ta cō
struxit. Vrbesq̄ edificauit ī mōti
bꝰ iuda ⁊ ī saltibz castella ⁊ turres

Ipſe puḡuit cōm regez filioz amm
mō a vicit eū. Dedēr̄tq; ei filij am
mon in tpe illo cētū talēta argē
ti: a decē milia choros tritici: ac to
tidē choros ordei. Hec ei prebuer̄t
filij āmon: in āno ſecūdo a tercio.
Corroborat⁹ q; ē ioathā: eo q; di
rexiſſz vias ſuas corā dño Do ſuo
Reliq; autē ſmonū ioathā a oēs
pugne ei⁹ a opa ſcripta ſunt in li
bro regū iſrl a iuda. Viginti qui
q; ānoz erat cū regnare cepiſſet
a ſedecī āmis reḡuit in ihrlm. Dor
miitq; ioathan cū p̄ūb⁹ ſuis: et
ſepelier̄ut eū in ciuitate dauid: et
regnauit achā filiꝰ ei⁹ p eo.

Ygiti ānoz erat Ca. xxviij.
achaz cū regnare cepiſſz: et
ſedecī annis reḡuit in ihrlm. Nō
fecit rectū in cōſpectu dñi ſicut da
uid pat ei⁹. ſ ābulauit in vijs re
gum iſrl: inſuper a ſtatuas fudit
baalim. Ipe eſt q adoleuit incēſū
in valle hēnō a luſtrauit filios ſu
os in igne: iuxt̄ ritū gentiū quas i
terfecit dñs in aduentu filioz iſ
rahel. Sacrificabatq; a thimiama
ſuccendebat in excelſis a in collib⁹
a ſub ōmi ligno frondoſo. Tradi
ditq; eū dñs de⁹ ei⁹ in manu ḡis
ſirie: q; pauſſit eū magnāq; p̄dam
cepit de ei⁹ impio a adduxit in da
maſcū. Namb;q; regis iſrl tradi
tus ē a pauſſus plaga grādi. Oc
ciditq; phacee filiꝰ romelie de iu
da centū viginti milia in die vno
oēs viros bellatores: eo q; reliq;
ſent dñm deū p̄m ſuoz. Eodē tpe
occidit zechri vir potēs ex ephē
im maaſiā filiū regis a ezricā du
cē dom⁹ eius: helcanāq; ſecūdū a
rege. Cepēr̄tq; filij iſrl de frib⁹ ſu
is ducēta milia mulier̄ū puero rū
a puellar̄ū a infinitaz p̄dā ptule
r̄ūtq; eā in ſamariaz. Ea tēpeſtate
erat ibi ꝓpha dñi noie obed qui
egreſſus obuiā exercitui veniēti i
ſamariā dixit eis. Ecce iratus dñs
de⁹ patrū vr̄oz r̄ūm iudā: tr̄didit
eos manib; veſtris a occidiſti eos
atrociter ita ut ad cēlū ptingeret
vīa crudelitas. Inſup filios iuda
a ihrlm vultis vob⁹ ſubicere i ſer
uos a ancillas: q8 nequaq̄ facto
op⁹ eſt. Peccaſtis enī ſup dñm de
minō deo nr̄o. Sz audite cōſilium
meū et reducite captiuos q̄s ad
duxiſtis de fratrib⁹ vr̄is. q; mag
nus furor dñi imminet vob. Sur
rexer̄ut itaq; viri de p̄ncipib⁹ filioz̄
ephraim. azarias filiꝰ iohānan
barachias filiꝰ moſollāoth. eze
chias filiꝰ ſellū a amaſias filius
hadali. cōm eos qui veniebāt de
prelio a dixer̄ut eis: nō introduce
tis huc captiuos ne peccem⁹ do
mino. Quare vultis adicere ſuper
peccata noſtra a vetera cumulare
delicta. Grāde quippe peccatū eſt
a ira furoris dñi imminet ſup iſrl
Dimiſer̄ūtq; viri iſrl bellatores p̄
dam a vniuerſa que ceperant co
rā p̄ncipibus a ōni multitudine:
ſtetер̄ūtq; viri quos ſup̄ memoā
rim⁹ a apprehendentes captiuos
ōnesq; qui nudi erant veſtierunt
de ſpolijs. Cumq; veſtiſſent eos a
calciaſſent a refecciſſent cibo ac po
tu. unxiſſentq; ꝓpter laborez a ad
hibuiſſent eis curā: quicūq; am
bulare non potuerāt a erant ibe
cillo corpore: impoſuerunt eos iu
mentis a adduxerunt iheriche ci
uitatē palmaz ad frēs eoz ipiq;

reuersi sūt in samariā · Tempe il
lo misit rex achā ad regem assiri
oꝝ postulans auxiliū Venerunt
q̄ ydumei ⁊ ꝑcusserūt multos ex
iuda ⁊ ceperūt predā magnā Phi
listijm quoq̄ diffusi sūt ꝑ vrbes
cāpestres ⁊ ad meridiē iuda cepe
runtq̄ betsames ⁊ ahilon ⁊ gadi
roth socchoq̄ ⁊ thamnā ⁊ gam
so cū viculis suis ⁊ hītauerūt in
eis · Hūiliauerat enī dn̄s iudā ꝓ
pter achaz regem iuda eo q̄ nu
dasset eū auxilio ⁊ cōtemptui ha
buisset dn̄m adduxitq̄ cōn̄ eum
teglathphalasar regez assiriorū
q̄ ⁊ afflixit eū ⁊ nullo resistēte va
stauit · Igit̄ achaz spoliata domo
dn̄i ⁊ domo regum ac p̄ncipū · de
dit regi assirioꝝ mūera ⁊ tn̄ n̄l ei
ꝓfuit · Insuꝑ ⁊ ī tpe angustie sue
auxit cōtemptū in dn̄m · Ipe per se
rex achā imolauit dijs damasci
victimas ꝑcussoribꝰ suis ⁊ dixit ·
dij regū sirie auxiliāt̄ eis q̄s ego
placabo hostijs ⁊ aderūt mihi cū
ecōtrario ipi fuerīt ruine ei ⁊ vni
uerso isrl̄ · Direptis itaq̄ acham
oībꝰ vasis domꝰ dei atq̄ cōfractis
clausit ianuas templi dei ⁊ fecit si
bi altaria in vniuersis angulis
ihrl̄m In ōnibꝰ q̄ vrbibꝰ iuda ex
truxit aras ad cremādū thus at
q̄ ad iracūdiā ꝓuocauit dn̄m de
um patꝝ suorū · Reliqua aūt ser
monū eius ⁊ ōniū operꝝ suorum
p̄orum ⁊ nouissimoꝝ scripta sūt
tē vnusquisq̄ in possessione sua ī
vrbib⁹ suis isrl': sacerdotes. leui
te. nathinnei ⁊ filij seruorū salo
monis. Et in ihrl'm habitauerūt
de filijs iuda ⁊ de filijs beniamin
De filijs iuda: athaias filius azi
am. filij zacharie. filij amarie. filij
saphatie. filij malalehel. De filijs
phares: ismaasia. fili⁹ baruch. fi
lius coloza. fili⁹ asia. filius adda
ia. fili⁹ ioarib. fili⁹ zacharie. fili⁹
filonites. Omnes filij phares qui
habitauerūt in ihrl'm q̄dringen
tisexaginta nouē viri fortes. Hij
sūt autē filij beniamin. Sellū fili⁹
mosollā. fili⁹ ioed. fili⁹ phadaia
fili⁹ colaia. fili⁹ masia. filius ethe
el. fili⁹ ysaia. Et post eum gebbai
sellai nō gentiuigītiocto. Et iobel
filius zechri prepositus eorū ⁊ iu
das fili⁹ sennua sup̄ ciuitatē scd̄s
Et de sacerdotib⁹ idaia fili⁹ ioarib
iachin. saraia fili⁹ helchie. filius
mosollaz. fili⁹ sadoch. fili⁹ merai
oth. filius ahitob pn̄ceps dom⁹
dei: ⁊ fr̄es eorū faciētes opa tēpli:
octingētiuigītiduo Et adaia fili⁹
ieroam. fili⁹ pheleia. fili⁹ amsi. fili
us zachaie. fili⁹ phessur. fili⁹ mel
chie ⁊ fratres eius pn̄cipes pr̄m
ducētiquadragintaduo. Et ama
sai. filius azrihel. filius azi. filius
mosollamoth. fili⁹ emmer ⁊ fra
tres eoꝝ potentes nimis: centūui
gintiocto ⁊ prepositꝰ eorū. zabdi
hel filius potentū. Et de leuitis: se
benia filius asob. filius azaricaz.
filius asabia. fili⁹ boni ⁊ sabathai
⁊ iosabeth. sup̄ ōnia opa q̄ erant
forinsec⁹ in domo dei a principibꝫ
leuitarū Et mathania fili⁹ micha
filius zebedei filius asaph prin
ceps ad laudandū ⁊ ad cōfiten
dū in oratōe ⁊ becbecias secūdus
de fratribꝫ eius ⁊ abda filius sa
muha. filius galal. filius ydithū
Omnes leuite in ciuitate sancta:
ducenti octogintaquatuor. Et iaī
tores: accub telmon ⁊ fratres coꝝ
qui custodiebant hostia: cētum
septuagītaduo. Et reliqui ex isra
hel sacerdotes ⁊ leuite in vniuer
sis ciuitatibus iuda. vnusquisq̄
in possessione sua ⁊ nathinnei q̄
habitabant ī ofel ⁊ syaha ⁊ gas
pha De nathīneis ⁊ ep̄is leuitaꝝ
in iherusalē: azzi fili⁹ bāni. filius
asabie. fili⁹ mathaīe. fili⁹ miche.

de filijs asaph cātores ī ministe
rio dom⁹ dei. Preceptuz quippe re
gis sup eos erat et ordo in cātori
bus p dies singulos ⁊ fathaia fi
lius mesezebel. de filijs zara. filij
iuda in manu regis iuxta ōne ver
bum populi ⁊ in domib⁹ p oēs re
giōes eoꝝ. De filijs iuda hītaue
runt in cariatharbe ⁊ in filiabus
eius ⁊ in dibon ⁊ in filiab⁹ eius. ⁊
in capseel ⁊ in viculis eius ⁊ in ie
sue ⁊ in molada ⁊ in bethfaleth.
⁊ ī aserfual ⁊ ī bersabee et in filia
b⁹ eius ⁊ in sicelech et in mocho
na ⁊ in filiab⁹ eius ⁊ ī remmō ⁊ ī
sara ⁊ ī ierimuth. zonoa. odollā.
⁊ ī villis eaꝝ lachis ⁊ ī regionibz
eius. azecha ⁊ ī filiab⁹ eius Et mā
serūnt in bersabee vsqꝫ ad vallez
ennon. Filij autez beniamin. age
ba. mechmas. ⁊ hai. ⁊ bethel ⁊ fi
liab⁹ eius anathot. nob. anana.
asor. rama. gethai. madid. sebo
im. neballath. ⁊ ono ville artifi
cū ⁊ de leuitis portiones iude bēia
min. ¶ Capitulū. xij.

Hij sunt autē sacerdotes ⁊ leui
te qui ascenderūt cū zoroba
bel filio salathiel ⁊ iosue saraia.
iheremias. esdras. amaria. mel
luch. accus. sechenias. reuz. meri
muth. addo. genthon. abya. mia
mī. madia. belga. semeia ⁊ ioarib
⁊ ydaia. sellum. amoch. elceia. a
daia. Isti pn̄cipes sacerdotū ⁊ fra
tres eoꝝ in dieb⁹ iosue. Porro le
uite. iesua. bennui. cedmihel. sara
bia. iuda. mathanias. super ym
nos ipsi ⁊ fratres eoꝝ: ⁊ becbetia
atqꝫ ethanni. ⁊ fratres eoꝝ vn⁹
quisqꝫ in officio suo Iosue autem
genuit ioachim ⁊ ioachim genu
it eliasib. ⁊ eliasib genuit ioiada
⁊ ioiada genuit ionathā ⁊ iona
thā genuit ieddua. In dieb⁹ au
tē ioachim erāt sacerdotes: pn̄ci
pes familiaꝝ saraie. maarie. ihe
remie. ananie. esdre. mosollam.
amarie. iohannan. milico. iona
thā. sebenie. ioseph. aran. edna.
maraioth. elci. adaie. zacharie.
genthon. mosollā. abie. zecheri.
miamin. ⁊ moadie felti. belge. sā
mua. semeie. ioathā. ioarib. ma
thanai. iodaie. azzi. sellai. celaie
mochober. elchie. asebie. ydaie.
nathanahel. Leuite in dieb⁹ elia
sib. ⁊ ioiada. ⁊ ionathā ⁊ ieddoa
scripti pn̄cipes familiaꝝ ⁊ sacerdo
tes in regno darij perse. Filij leui
pn̄cipes familiaꝝ scripti ī libro v̄
borum dieꝝ ⁊ vsqꝫ ad dies iona
than filij eliasib. Et pn̄cipes leui
tarū. asebia. serebia. ⁊ iesue filius
cedmihel: ⁊ fratres eoꝝ p vices su
as ut laudarēt ⁊ cōfiterent̄ iuxta
preceptū dauid viri dei et obs̄ua
rent eque p ordinē. Mathania ⁊
becbecia. ⁊ obedia. mosollā. thel
mon. accub. custodes portarū ⁊ ve
stibulorū ante portas. Hij ī diebz
ioachim filij iosue. filij iosedech ⁊
in dieb⁹ neemie ducis ⁊ esdre sa
cerdotis scribeqꝫ. In dedicacōe aūt
muri iherusalē requisierūt leuitas
de ōnib⁹ locis suis ut adducerēt
eos ī iherusalē ⁊ facerēt dedicacō
nē ⁊ leticiam. in actōe grārum. cā
tico ⁊ ī cymbalis psalterijs et cy
tharis. Congregati sūt autē filij
cantorū ⁊ de campestrib⁹ circa ihe
rusalē ⁊ de villis necuphati ⁊ de
domo galgal ⁊ de regionib⁹ geba
⁊ azmaueth qm̄ villas edificarūt

sibi cātores in circuitu ihrl'm. Et
mundati sūt sacerdotes ⁊ leuite:
⁊ mundauerūt populū ⁊ portas
⁊ murū. Ascendere autez feci pn̄ci
pes iuda sup murꝝ ⁊ statui duos
magnos choros laudantiū. Et ie
runt ad dexterā sup murū ad por
tam sterquilinij. Et iuit post eos
osaias ⁊ media pars pn̄cipū iu
da ⁊ azarias esdra ⁊ mosollam
iuda ⁊ beniamin ⁊ semeia et ihere
mia. Et de filijs sacerdotū in tubis
zacharias filiꝰ ionathan. filiꝰ ze
meie. filius mathanie. filiꝰ micha
ie. filius zechur. filiꝰ asaph: ⁊ fra
tres eius semeia ⁊ azarel. malalai
galalai. maai. nathanahel et iu
da ⁊ anani. in vasis cātici dauid
viri dei ⁊ esdras scriba āte eos in
porta fontis. Et cōtra eos ascēde
runt in gradibꝰ ciuitatis dauid:
in ascēsu muri sup domū dauid ⁊
vsqꝫ ad portaz aquarū ad oriētē.
Et choꝛꝰ secūdꝰ grās ꝛferētiū ibat
ex aduerso ⁊ ego post eum: ⁊ me
dia pars ꝓpli sup murū. ⁊ sup tur
rim furnoꝝ ⁊ vsqꝫ ad murū latis
simū: ⁊ sup portā ephraim: ⁊ sup
portaz antiquā: ⁊ sup portaz pisci
um ⁊ turrim ananehel ⁊ turrim
emath ⁊ vsqꝫ ad portaz gregis ⁊
steterūt ī porta custodie Steterūt
qꝫ duo chori laudantiuz in domo
dei ⁊ ego ⁊ dimidia pars mgr̄atu
um mecū. Et sacerdotes: eliachim
maasia miamim. michea. helioe
nai. zacharia ⁊ anania in tubis ⁊
maasia et semeia ⁊ eleazer ⁊ azi
⁊ iohānan ⁊ melchia ⁊ elam et
ezer. Et dare cecinerūt cantores ⁊
⁊ iezraia p̄positus. Et imolauerūt
in die illa victimas magnas ⁊ le

tati sūt. Deꝰ eī letificauerat eos le
ticia magna. Sed ⁊ vxoēs eoꝝ et
liberi gauisi sūt ⁊ audita ē leticia
ihrl'm ꝓcul. Recēsuerūtq̄ in die il
la viros sup gazophilacia thesau
ri ad libamina ⁊ ad primicias ⁊
ad decimas: ut introferrēt ꝑ eos
pn̄cipes ciuitatis in decore gratia
rūactōnes sacerdotes ⁊ leuitas. qꝛ
letificatus ē iuda in sacerdotibus
⁊ leuitis astantibꝰ. Et custodierūt
obseruacōem dei sui et obseruaci
onē expiacōnis et cātores ⁊ iani
tores iuxta preceptuz dauid ⁊ sa
lomonis filij eiꝰ. qꝛ in diebus da
uid ⁊ asaph ab exordio erāt pn̄
cipes ꝯstituti cantorū in carmine
laudantiū ⁊ ꝯfitentiū deo. Et om
nis isrl' in diebꝰ zorobabel et in
diebꝰ neemie dabant partes cā
toribꝰ ⁊ ianitoribꝰ per dies singu
los ⁊ sc̄ificabant leuitas ⁊ leuite
sc̄ificabāt filios aaron. Ca. xiij.
In die autē illo lectū est in volumi
ne moysi audiente populo. Et in
uentū est scriptū in eo ꝙ nō debe
ant introire āmonites et moabi
tes in ecc̄iam dei vsqꝫ in eternū eo
ꝙ nō occurrerint filijs isrl' cū pa
ne ⁊ aqua ⁊ ꝯduxerūt aduersuz
eos balaam ad maledicendum
eis ⁊ ꝯuertit deꝰ noster maledicti
onem in bn̄dictōem. Factū ē au
tē cū audissent legē separauerūt
ōnem alienigenam ab israhel. Et
sup hoc erat eliasib sacerdos q̄ fu
erat prepositus in gazophilacio
domꝰ dei nostri ⁊ ꝓximꝰ tobie. Fe
cit ergo sibi gazophilaciū gran
de ⁊ ibi erāt āte eū reponētes mu
nera ⁊ thꝰ ⁊ vasa ⁊ decimā frum̄
ti vini ⁊ olei ꝑtes leuitaꝝ ⁊ cātorū

⁊ iamitorꝝ ⁊ p̄micias sacerdotales
In ōnib⁹ hijs autē non fui in ihe
rusalē quia ī anno tricesiō secūdo
artarxersis regis babilonis veni
ad regem. Et in fine dierū rogaui
regem ⁊ veni in ihrl̄m. Et intellexi
malum qd̄ fecerat heliasib tobie:
ut facerꝫ ei thesaurū īvestibul̄ do
mus dei ⁊ malum m̄ visū est val
de. Et ꝓieci vasa dom⁹ tobie foās
de gazophilacō: p̄cepiqꝫ ⁊ emun
dauerunt gazophilatiū. Et ꝛtuli
ibi vasa domus dei sacrificium ⁊
thus. Et ꝯgnoui q̄ ꝑtes leuitarū
non fuissent date ⁊ fugisset vn⁹
quisqꝫ ī regionē suam de leuitis ⁊
cantorib⁹ ⁊ de hijs qui ministra
bant ⁊ egi causaꝫ aduersum ma
gistratus ⁊ dixi. Quare dereliqui
m⁹ domū dei. Et cōgregaui eos ⁊
feci stare in stacōnib⁹ suis. Et oīs
iuda apportabat decimā frumen
ti vini ⁊ olei in horrea. Et cōstitui
mus sup horrea selemiaꝫ sacerdo
tē ⁊ sadoch scribā et fadaiam de
leuitis ⁊ iuxta eos anā filium ꝫac
chur filiū mathanie quoniā fide
les cōprobati sunt: ⁊ ip̄is credite
sunt partes fratrū suorꝝ. Memen
to mei de⁹ meus ꝓ hoc ⁊ ne deleas
miseracōes meas quas feci in do
mo dei mei ⁊ ī cerimonijs ei⁹. In
dieb⁹ illis vidi ī iuda calcantes
torcularia in sabbato: portantes
aceruos ⁊ onerantes sup asinos
vinū ⁊ vuas ⁊ ficus ⁊ ōne onus
⁊ inferentes in ihrl̄m ī die sabba
ti. Et ꝯtestatus sū ut in die qua vē
dere liceret venderent. Et tirij hīta
uerunt ī ea īferentes pisces ⁊ om
nia venalia. Et vendebant in sab
batis filijs iuda ⁊ iherusalem. Et
obiurgaui optimates iuda ⁊ dixi
eis Que est hec res mala quā vos
facitis ⁊ ꝓphanatis diē sabbati.
Nunq̄d nō hec fecerūt patres no
stri ⁊ adduxit deus noster super
nos ōne malum hoc ⁊ sup ciuita
tem hanc. Et vos additis iracū
diam sup isrl̄ violando sabbatū
Factum est autēꝫ cum q̄euissent
porte iherusalē die sabbati dixi ⁊
clauserūt ianuas ⁊ p̄cepi ut non
apirent eas vsqꝫ post sabbatum
Et de pueris meis cōstitui sup por
tas ut nullus īferret on⁹ die sab
bati. Et māserunt negotiatores ⁊
vendentes vniuersa venalia fois
iherusalē semel ⁊ bis et contesta
tus sū eos ⁊ dixi eis. Quare mane
tis ex adūso muri. Si secūdo hoc
feceritis manū mittaꝫ in vos. Ita
qꝫ ex tempore illo nō venerunt in
sabbato. Dixiqꝫ leuitis ut mūda
rent̄ ⁊ venirent ad custodiēdas
portas ⁊ sanctificandā diem sab
bati. Et ꝓ hoc ḡ memēto mei deus
⁊ parce mihi scd̄m multitudineꝫ
miseracōnū tuarū. Sed ⁊ ī dieb⁹
illis vidi iudeos ducētes vxores
azotidas āmonitidas ⁊ moabiti
das. Et filij eorū ex media ꝑte lo
quebant̄ azotice ⁊ nesciebāt loq̄
iudaice ⁊ loquebātur iux̄ linguā
populi ⁊ ꝓpl̄i. Et obiurgaui eos ⁊
maledixi. Et cecidi ex eis viros ⁊
decaluaui eos ⁊ adiuraui ī d̄o ut n̄
darēt filias suas filijs eorū ⁊ n̄ ac
ciperēt de filiab⁹ eorꝝ filijs suis et
sibimetipsis dicēs. Nunq̄d non ī
huiuscemodi peccauit salomon
rex isrl̄. Et certe ī gentib⁹ multis
nō erat rex similis ei ⁊ dilect⁹ deo
suo erat ⁊ posuit eū deus regē sup

ōnem isrl' Et ipsū ergo duxerūt ad
peccatū mulieres alienigene. Nū
q̄d ⁊ nos inobediētes faciem⁹ oē
malū grāde hoc ut preuaricemur
in deo nr̄o ⁊ ducam⁹ vxores pere
grinas. De filijs autē ioiada filij
eliasib sacerdotis magni gener erāt
sanaballath oronitis quē fuga
ui a me. Recordare dn̄e de⁹ me⁹
aduersū eos q̄ polluūt sacerdotiū:
iusq̄ sacerdotale ⁊ leuiticū. Igitur
mūdaui eos ab ōnib⁹ alienigeīs
⁊ ꝯstitui ordines sacerdotum ⁊ le
uitarum vnumquēq̄ in ministe
rio suo et in oblacōne lignorum
in temporibus constitutis et in
primicijs. Memento mei deus
me⁹ in bonum. Amen.

¶ Explicit liber neemie qui est es
dre secūd⁹. Incipit liber esdre
tertius. ¶ Ca. p̄.

Et fecit iosias pas
cha ī iherosolimis
dn̄o et imolauit
phase quartadeci
ma luna p̄mi men
sis: statuens sacerdotes p vices die
rū stolis amictos in tēplo dn̄i. Et
dixit leuitis sacris seruis isrl': ut
sāctificarent se dn̄o in posicōe scē
arche dn̄i in domo quā edificauit
salomō fili⁹ dauid rex. Non erit
vobis tollere super hūeros eā. Et
nūc deseruite dn̄o vestro ⁊ curaz
agite gētis illi⁹ isrl' ex pte s̄m pa
gos ⁊ tribus vr̄as scd̄m scriptu
rā dauid regis isrl' ⁊ scd̄m maḡfi
centiaz salomōis filij ei⁹: ōnes in
tēplo ⁊ scd̄m particulā p̄ncipat⁹
paternā vr̄am eoꝝ q̄ stant in cō
spectu fratꝝ filioꝝ isrl'. Imolate
pascha ⁊ sacrificia parate frib⁹
vr̄is ⁊ facite scd̄m preceptum dn̄i
q̄d datum ē moysi. Et donauit io
sias in plebē que inuenta ē ouiū
agnoꝝ ⁊ hedorū ⁊ capraꝝ: trigin
ta milia. vitulos tria milia. Hec
de regalib⁹ data sūt scd̄m p̄missio
nem populo ⁊ sacerdotib⁹ in pas
cha: oues numero duo milia. ac
vituli centū. Et iechonias ⁊ semei
as ⁊ nathanael frēs ⁊ asabias ⁊
oziel ⁊ coraba in phase: oues q̄n
q̄ milia. vitulos q̄ngētos. Et hec
cū fierent elegant̄ steterūt sacerdo
tes ⁊ leuite habētes azima per tri
b⁹. Et s̄m ptes p̄ncipat⁹ p̄rm ī cō
spectu ꝓpli offerebāt dn̄o scd̄m ea
que in libro moysi scripta sūt. Et
assauerūt phase igni p̄ut oporte
bat ⁊ hostias coxerūt in emolis ⁊
in ollis cū beniuolētia. Et attulerūt
ōnibus q̄ erāt ex plebe ⁊ pt⁹ hec
parauerūt sibi ⁊ sacerdotib⁹. Sacer
dotes enim offerebant adipes vs
q̄ dum finita esset hora et leuite
parauerunt sibi ⁊ fratribus suis
filijs aaron. Et sacrificatores fili
as offerebant scd̄m ordinem s̄m
preceptum dauid et asaph ⁊ za
charias et ieddimus qui erat a
rege ⁊ hostiarij per singulas ianu
as ita ut non preuaricaret vnus
quisq̄ suam. Fratres enim eoruz
parauerunt illis. Et cōsummata sūt
que pertinebant ad sacrificiū do
mini. In illa die egerunt phase ⁊
offerebant hostias super domini
sacrificium scd̄m preceptum r̄gis
iosie. Et egerunt filij israhel qui ī
uenti sunt in tēpore illo phase et
diem festi azimoꝝ p dies septez.

Et non est celebratū phase tale ī
israhel a temporib⁹ samuel ꝓphe
ꝛ ōnes reges isrl' nō celebrauerūt
tale pascha quale egit iosias. et
sacerdotes ꝛ leuite ꝛ iudei ꝛ ōnis
israhel qui inuenti sūt in commo
racōe iherosolimis. Octauo decīo
anno regnāte iosia celebratū est
phase. Et directa sūt opa iosie in
conspcū dñi sui in corde pleno me
tuentis ꝛ que circa illū quidē con
scripta sunt in p̄stinis tēporibus
de eis qui peccauerūt quiq; irreli
giosi fuerūt ī dominū pre ōni gē
te ꝛ qui nō quesierūt verba domi
ni sup isrl'. Et post ōnem actū hūc
iosie ascēdit pharao rex egypti
veniēs in carchamis abicere sup
eufraten ꝛ exijt in obuiam illius
iosias. Et misit rex egypti ad iosi
am dicēs. Quid mihi ꝛ tibi ē rex
iude. Non sū missus a dño. Sup
eufraten em̄ bellum meu; est. Fe
stinās descende. Et non est reuer
sus iosias sup currū sed expugnare
eum conabatur. nō attēdēs v̄bū
ꝓphe ex ore domini ꝫ ꝯstituit ad
eū bellū in campo mageddo. Et de
scēderunt p̄ncipes ad regem iosiā
Et dixit rex pueris suis Amouete
me a prelio. Infirmatus sū enim
valde. Et statim amouerūt eū pu
eri ipsi⁹ de acie. Et ascendit super
currum secūdarium suu; ꝛ pueni
ens iherosolimā vita funct⁹ est ꝛ
sepultus ē in paterno sepulchro
Et in tota iudea lugebāt iosiaz: ꝛ
q̄ presidebant cū vxorib⁹ lamēta
bant eū vsq; in hunc diē Et datū
est hoc fieri semper in ōne genus
isrl'. Hec autē prescripta sūt in li
bro historiaꝝ regu; iude ꝛ singu
la gesta. act⁹ iosie ꝛ eius gloria ꝛ
intellect⁹ eius in lege dñi q̄ eque
gesta sunt ab eo ꝛ que nō scripta
sunt in libro regum isrl' ꝛ iude. Et
assumentes qui erant ex gēte ie
choniam filiū iosie ꝯstituerunt re
gem ꝓ iosia patre suo cū esset an
noꝝ trigintatrium ꝛ regnauit su
p israhel mēsibus trib⁹. Et amo
uit eum rex egypti ne regnaret ī
iherosolimis ꝛ mulctauit gētē ar
genti talēta cētum ꝛ auri talentū
vnū. Et cōstituit rex egypti regez
ioakim fratrez ipsi⁹ regem iude ꝛ
iherusalē ꝛ alligauit magistrat⁹
ioachim zaracelē fratrē suū ꝛ ap
prehēdens reduxit egyptū Anno
rū erat ioakim vigintiqn̄q; cum
regnare cepisset in terra iuda ꝛ ī
iherusalē ꝛ fecit malū in cōspectu
dñi. Post hunc autē ascēdit na
buchodonosor rex babilonis ꝛ al
ligās eum in aureo vinculo ꝑdu
xit in babiloniā ꝛ sacra vasa do
mini accepit nabuchodonosor et
tulit ꝛ ꝯsecrauit in templo suo in
babilonia. Nā de īmunditia illi⁹
ꝛ irreligiositate scriptū ē in libro
tēpoꝝ regū. Et regnauit ioachim
filius eius ꝓ eo. Cum autē ꝯstitu
t⁹ ē erat annorū octo. Regnauit
autē mēses tres ꝛ dies decem ī ihe
rusalē ꝛ fecit malū in cōspectu do
mi. Et pt⁹ ānū mittēs nabucho
donosor trāsmigrauit eū babilo
niaz simul cū sacris vasis domini
ꝛ cōstituit sedechiaz regem iuda
ꝛ iherusalē cū esset annoꝝ vigin
tium⁹ Regnauit autē ānis vnde
cim. Et fecit malū in cōspectu dñi
ꝛ non est veritus a verbis q̄ dcā
sunt ab iheremia ꝓpha ex ore dñi

Et adiuratus a rege nabuchodo
nosor piurans discessit ⁊ indura
ta ceruice sua ⁊ corde suo trāsgres
sus est legitīa dñi dei isrl̄. Et du
ces populi dñi multa iniq̄ gesserīt
⁊ impie egerūt sup ōnes immun
dicias gētiū ⁊ polluerūt tēplū do
mini qd̄ scm̄ erat in iherosolimis
Et misit deꝰ pr̄m suoꝝ p angelum
suū reuocare eos ꝓpter qd̄ parcēt
illis ⁊ tabnaculo suo. Ipsi vero sb̄
sānabant in angelis suis ⁊ q̄ die
locutus est dñs erāt illudētes ꝓ
phetis eiꝰ. Qui vsq̄ ad iracūdiaꝫ
ꝯcitatus ē sup gentē suā ꝓpter ir
religiositatē suaꝫ ⁊ precepit ascen
dere reges chaldeoꝝ. Hij occiderūt
iuuenes eorū in gladio in circui
tu sancti tēpli eorū ⁊ nō pepcerūt
iuueni ⁊ seni ⁊ virgini ⁊ adolescē
ti. ꝫ ōnes traditi sūt in manꝰ ipo
rū ⁊ ōnia sacr̄ vasa dñi ⁊ regales
apothecas resumentes tulerunt ī
babiloniaꝫ ⁊ incenderūt domum
dñi ⁊ demolierūt muros iherusalē
⁊ turres eius incēderūt in igne Et
cōsūmauerūt ōnia honorifica eiꝰ
⁊ ad nihilū redigerūt ⁊ reliquos
a gladio in babilonē. Et erāt ser
ui illiꝰ vsq̄ dum regnarent perse:
in replecōne verbi dñi in ore ihe
remie quousq̄ benigne ageꝫ ter
ra sabbata sua. Omni tēpe deserti
onis sue sabbatizauit in applica
cōe annoꝝ septuagīta. ¶ Ca. ij.

Regnante cyro rege psarum
in ꝯsūmacōe verbi dñi ī ore
ihēmie: suscitauit dominꝰ spiritum
cyri regis persarū ⁊ predicauit in
toto regno suo simlr̄ p scripturaꝫ
dicens. Hec dicit cyrꝰ rex psarum
Me ꝯstituit regē orbi terraꝝ dñs
isrl̄ dñs excelsus ⁊ significauit m̄
edificare domū sibi in ihrl̄m que
est in iudea. Si q̄s est ex genē vr̄o
dñs ipsiꝰ ascendat cū eo in ihrl̄ꝫ
Quot q̄t ergo cir̄ loca hītant ad
iuuent eos q̄ sunt in loco ipso in
auro ⁊ argēto in dacōnibꝰ cū eq̄s
⁊ iumentis: cūq̄ alijs que s̄m vo
ta apponūtur in edem dñi que est
in ihrl̄m. Et stātes pn̄cipes tribu
um pagorū ⁊ iudee ex tribu benia
min ⁊ sacerdotes ⁊ leuite quos ex
citauit dñs ascēdere ⁊ edificaē do
mū domini que ē in ihrl̄m: et qui
erant in circuitu eoꝝ adiuuerūt ī
ōni auro ⁊ argento eiꝰ ⁊ iumētis
⁊ votis q̄ꝑpluribꝰ multi quorū sē
sus excitatus est. Et cyrus rex ꝓ
tulit vasa sacra domini que tran
stulit nabuchodonosor rex babi
lonis ex iherusalē ⁊ cōsecrauit ea
ydolo suo. Et ꝓferens ea cyrꝰ rex
psarū tradidit mitridato q̄ erat
sup thesauros ipsiꝰ. Per hūc au
tē tradita sūt salmanasaro presi
di iudee. Hoꝝ aūt hic numerꝰ Li
batoria argētea: duo milia q̄drī
gēta. athisce argētee trigīta. phi
ale auree triginta. item argentee
duo milia quadringēte ⁊ alia va
sa mille. Oīa autē vasa aurea ⁊ ar
gentea q̄nq̄ milia octingēta sexa
ginta Et enumerata sūt salmana
saro simlr̄ cū hijs q̄ ex captiuitate
babilonie venerāt ī iherosolimā
In artarxersis autē regis psarum
tpibꝰ scripserūt ei de hijs q̄ inhīta
bant ī iudea ⁊ ihrl̄m. balsamꝰ et
mitridatus ⁊ sabelliꝰ ⁊ rathimꝰ
bathemꝰ sameliꝰ scriba ⁊ reliq̄ in
hītātes in samaria ⁊ ceteis locis
sb̄iectam epistolā regi artarxersi.

dñe pueri tui rathimus ab acce
dentibus ⁊ sabelli⁹ scriba et reliq̄
curie tue iudices in celeusiriaꝫ et
phenicē. Et nunc notū sit dño ꝛgi
quoniā iudei q̄ ascenderūt a vob̄
ad nos venientes ī ihrl'm ciuita
tē refugā ⁊ pessimā edificant fur
nos eius ⁊ statuunt muros ⁊ tē
plum suscitāt. Q8 si ciuitas ista ⁊
muri ꝯsūmati fuerint non tm̄ tri
buta nō sustinebūt pendē ꝫ eciā
regibus resistent. Et qꝛ id agitur
circa templū recte haberi arbitra
ti sum⁹ nō despicere hoc ipsū. sed
notum facere dño regi ut si vide
bitur rex querat̄ in libris pr̄m tu
orū ⁊ inuenies in āmonitiōibus
scripta de hijs scies quoniaꝫ ciui
tas ista fuit refuga ⁊ reges ⁊ ciui
tates ꝯcuciens ⁊ iudei refuge ⁊ p̄
lia ꝯmittētes in ea ab eterno: ob
quā causā ciuitas ista deserta est
Nūc ergo notuꝫ facim⁹ dñe rex q̄
niaꝫ si ciuitas hec edificata fuerit
⁊ hui⁹ muri erecti fuerint descēsus
tibi nō erit in celeusiriaꝫ ⁊ phenicē
Tunc scripsit rex rathimo q̄ scri
bebat accedētia ⁊ belthimo ⁊ sa
bellio scribe ⁊ ceteris ꝯstitutis. et
inhabitātibus in siria ⁊ phenice
ea que subiecta sunt. Legi epl'am
quā misistis mihi Precepi ergo ī
quiri ⁊ inuentū est qm̄ ciuitas il
la est ab euo regib⁹ resistens et
hoīes refuge ⁊ p̄lia in ea effitiētes
⁊ reges fortissimi erāt in ihrl'm do
minantes ⁊ tributa exigētes a ce
leusiria ⁊ phenice. Nunc ḡ precepi
ꝓhibere hoīes illos edificare ciui
tatē ⁊ ꝓhibere ne q̄d vltra hec fi
at ꝫ nec procedāt in plurimū: ex
qua sunt malicie ita ut regibus
molestia importetur. Ca. iij.

Tunc recitatis hijs que a re
ge artarxerꝭ scripta fuerāt
rathimus ⁊ salelli⁹ scriba ⁊ q̄ cū
hijs cōstituti erāt iungētes festi
nant̄ venerūt in iherusalē cū eq̄ta
tu ⁊ turba ⁊ agmīe ceperūtq̄ edi
ficantes ꝓhibere. Et vacabāt ab
edificacōe templi ī iherusalē vsq̄
secūdo anno regni darij regis ꝑsa
rū. Rex dari⁹ fecit cenam magnā
ōnibus vernaculis suis ⁊ ōnibus
ingrātibus medie ⁊ ꝑsidis et oī
bus purpuratis ⁊ p̄toribus ⁊ cō
sulib⁹ ⁊ prefectis sub illo ab īdia
vsq̄ ethiopiā cētum uigītiseptez
ꝓuincijs. Et cū māducassent ⁊ bi
bissent ⁊ saciati reuerterētur. tūc
dari⁹ rex ascendit in cubiculo suo
⁊ dormiuit ⁊ expergefact⁹ est. Tūc
illi tres iuuenes corꝑis custodes
q̄ custodiebāt corp⁹ regis dixerūt
alt̄ alteri. Dicam⁹ vnusquisq̄ no
strū sermōeꝫ qui p̄cellat et cuius
cūq̄ apparueit sermo sapiētior al
terius: dabit illi rex darius dona
mag̃ purpuā cooꝑiri ⁊ ī auro bi
bere ⁊ sup aurū dormire ⁊ currum
aureū freno ⁊ cydarim bissinā ⁊
torquē circa collū ⁊ secūdo loco se
debit a dario ꝓpter sapiētiam suā
⁊ cognat⁹ darij vocabit̄. Tūc scri
bētes singuli suū verbum sig̃uerūt
⁊ posuerūt subtus ceruical darij re
gis ⁊ dixerunt. Cūq̄ surrexeit rex
dabim⁹ illi scripta nostra ⁊ q8cū
q̄ iudicauerit rex e trib⁹ et magi
stratus ꝑsidis qm̄ verbum ei⁹ sa
pienti⁹ est: ipsi dabit̄ victoria sic
scriptum ē. Vn⁹ scripsit. Forte ē
vinū. Alius scripsit. Fortior ē rex
Tertius scripsit. Fortiores sunt

mulieres. sup ōnia autē vincit ve
ritas. Et cū surrexissz rex acceperūt
scripta sua ⁊ dederūt illi ⁊ legit. Et
mittens vocauit ōnes magistra
tus psarū ⁊ medos ⁊ purpuātos
⁊ p̄tores ⁊ prefectos ⁊ sederunt in
cōsilio ⁊ lecta sunt scripta coram
ipsis. Et dixit Vocate adolescētes
⁊ ipsi indicabūt verba sua. Et vo
cati sunt ⁊ introierūt. Et dixit ill'.
Indicate nobis de hijs que scrip
ta sūt. Et cepit p̄or qui dixerat de
fortitudine vini. Et dixit Viri q̄ p̄
ualet vinū ōnibus hominibus
qui bibūt illud. Seducit mentez
Itēqz regis ⁊ orphani facit men
tē vanā. Itē serui ac liberi paupe
ris ac diuitis ⁊ ōnez mentē ꝯuer
tit in securitatē ⁊ iocūditatem: et
non meminit ōnem tristiciā ⁊ de
bitū ⁊ oīa p̄cordia facit honesta:
⁊ nō meminit regē nec magistra
tū ⁊ ōnia p talenta loqui facit. Et
nō meminerūt cū biberint amici
ciā nec fraternitatē. ꝫ post nō ml'
tum sumūt gladios et cū a vino
merserint ⁊ surrexerint nō memi
nerūt que gesserūt. O viri num p̄
cellit vinū. Quis sic cogitat facē.
Et tacuit hoc dicto. ¶ Ca. iiij.

Et inchoauit sequēs dicere:
qui dixit de fortitudine r̄gis
O viri: num p̄cellunt homines q̄
terrā ⁊ mare obtinēt ⁊ ōnia que
in eis sūt. Rex autē sup ōnia pre
cellit ⁊ dn̄atur eoꝝ ⁊ ōne quodcū
qz dixerit illis faciūt. Et si miserit
illos ad bellatoēs vadūt ⁊ demol
liūt mōtes ⁊ muros ⁊ turres. Iu
gulāt ⁊ iugulāt ⁊ regis v̄bū nō
p̄tereūt. Nā si vicerint afferūt regi
ōnia quecūqz p̄dati fuerint Simi
liter ⁊ alij ōnes ⁊ quotq̄t nō mili
tant nec pugnāt ꝫ colūt terram
rursū cum fuerint metētes afferēt
tributa regi. Et ip̄i vn⁹ solus si di
xerit occidite occidūt. dixerit re
mittite remittūt. dixerit p̄cutite p̄
cuciunt. dixerit exterminate exter
mināt. dixerit edificate edificāt.
dixerit excidite excidunt. dixerit
plantate plantant: ⁊ ōnis plebs
⁊ virtutes eū obaudiūt ⁊ sup hoc
ipse recūbit ⁊ bibit ⁊ dormit. Hij
autē custodiūt in circuitu eū: et
nō possunt ire singuli ⁊ facere ope
ra sua. sed in dicto obaudientes
sunt ei. Viri quomō nō precellet
rex qui sic diffamatur. Et tacuit.
Terci⁹ qui dixerat de mulieribus
⁊ veritate: hic est zorobabel cepit
loqui. Viri non man⁹ rex ⁊ multi
homines nec vinū p̄cellit. Quis ē
ergo qui dn̄atur eorū. Nōne mu
lieres genuerūt regem ⁊ om̄ez po
pulum qui dominat̄ mari ⁊ terre
⁊ ex illis nati sūt ⁊ ip̄e educauerīt
eos qui plantauerunt vineas ex
quibus vinum fit. Et ipse faciūt
stolas ōnium hominū ⁊ ipsi faci
unt gloriā hominib⁹ ⁊ n̄ possunt
homines sep̄ari a mulieribus. Si
cōgregauerint aurū ⁊ argentum
⁊ omnem rem specōsam ⁊ viderīt
mulierem vnaz bono habitu ⁊ bo
na specie: omnia hec relinquētes
in eam intendunt et aperto ore
cōspiciunt ⁊ eam alliciūt magis
q̄ aurum ⁊ argentum ⁊ om̄em rē
precōsam. Homo suum patrem
relinquit qui enutrijt illum ⁊ suā
regionem ⁊ ad mulierē se ꝯiūgit
Et cū muliere remittit aīaz ⁊ neqz
p̄rez memīt neqz m̄rez neqz r̄giōz

Et hic oportet vos scire quoniam mulieres dominantur vestri. Nonne doletis. Et accepit homo gladium suum et vadit in viam facere furta et homicidia et mare nauigare et flumina et leonem videt et in tenebris ingreditur et cum furtum fecerit et fraudes et rapinas amabili sue affert. Et iterum diligit homo vxorem suam magis quam patrem aut matrem. Et multi dementes facti sunt propter vxores suas et serui facti sunt propter illas et multi perierunt et iugulati sunt et peccauerunt propter mulieres. Et nunc credite mihi quia magnus est rex in potestate sua quoniam omnes regiones verentur tangere eum. Videbam tamen apemen filiam bezacis mirifici concubinam regis sedentem iuxta regem ad dexteram et auferentem dyadema de capite eius et imponentem sibi et palmis cedebat regem de sinistra manu. Et super hec aperto ore intuebatur eam et si arriserit ei ridet: nam si indignata ei fuerit blanditur donec reconcilietur in gratiam. O viri cur non sunt fortiores mulieres. Magna est terra et excelsum est celum. Quis ista agit. Et tunc rex et purpurati intuebantur in alterutrum. Et inchoauit loqui de veritate. O viri nonne fortes sunt mulieres. Magna est terra et excelsum est celum et velox cursus solis conuertit in gyro celum in locum suum in vna die. Nonne magnificus est qui hec facit. Et veritas magna et fortior pre omnibus. Omnis terra veritatem inuocat celum etiam ipsam benedicit et omnia opera mouentur et tremunt eam et non est cum ea quicquam iniquum. Vinum iniquum: iniquus rex. Iniqui omnes filij hominum et iniqua illorum omnia opera et non est in ipsis veritas. Et in sua iniquitate peribunt et veritas manet et inualescit in eternum et viuit et obtinet in secula seculorum. Nec est apud eam accipere personas neque differentias: sed que iusta sunt facit omnibus iniustis ac malignis et omnes benignantur in operibus eius. Et non est in iudicio eius iniquum sed fortitudo et regnum et potestas et maiestas omnium euorum. Benedictus deus veritatis. Et desijt loquendo. Et omnes populi clamauerunt et dixerunt. Magna est veritas et preualet. Tunc rex ait illi. Pete si quid vis amplius quam que scripta sunt et dabo tibi secundum quod inuentus es sapientior et proximus mihi sedebis et cognatus meus vocaberis. Tunc ait regi. Memor esto voti tui quod vouisti edificare ihrlm in die qua regnum accepisti et omnia vasa que accepta sunt ex ihrlm remittere que separauit cyrus quando mactauit babiloniam et voluit remittere ea ibi. Et tu vouisti edificare templum quod incenderunt ydumei quando exterminata est iudea a chaldeis. Et nunc hoc est quod postulo domine et quod peto hoc est maiestas a te quod postulo ut facias votum quod vouisti regi celi ex ore tuo. Tunc surgens darius rex osculatus est illum: et scripsit epistolam ad omnes dispensatores et prefectos et purpuratos ut deducerent eum et eos qui cum illo erant omnes ascendentes edificare iherusalem. Et omnibus prefectis qui erant in syria et phenice et libano scripsit epistolas ut traherent ligna cedrina a libano in iherusalem ut edificarent cum eis ciuitatem. Et scripsit omnibus iudeis qui ascendebant a

regno ꝯ iudeam p libertatē: ōnem
potēt̄em a magistratū a prefectū ñ
supuenire ad ianuas ipōꝝ ū a om
nē regionē quā obtinuerāt eē im
munē eis: a ydumeā relinquēt ca
stella que obtinēt indeoꝝ a ꝯ
structurā templi dare p singulos
annos talenta vigīti vsq; dum p
edificaretur: a super sacratiū holo
causta vsualare quotidie sic
habēt preceptū: alia talenta de rex
offerre p singulos annos et ōni
bus qui pcedunt a babilonia cō
dere ciuitatē: ut essē libertas tā ip
sis qꝫ filijs eoꝝ a ōmiꝫ sacerdoti
biꝫ qui precedūt. ¶ Scripsit autē a
quātitatē a sacrā stolā: iussit dari
in qua deseruirēt a leuitis scripsit
dare precepta vsq; in diē qua cō
sūmabitur domꝰ a ihrl'm extrueē
a ōmiꝫ custodientibꝫ ciuitatem
scripsit dare ei sortes a stipendia.
Et dimisit ōnia vasa q̄ sepaueāt
cyrꝰ a babilonia a oīa que cum
qꝫ dixit cyrus a ipse pcepit fieri a
mitti ihrl'm. Et cū pcessissē ille ado
lescens eleuās faciē in ihrl'm bñ
dixit regē celi a dixit. Abs te est
victoria a abs te est sapientia et
claritas. Et ego seruꝰ tuus sū. Bñ
dictꝰ es q̄ dedisti mihi sapiētiam
a tibi confitebor dñe deꝰ pr̄m nr̄oꝝ
Et accepit eplas a pfectꝰ est i ba
bilonā Et venit a nūciauit fribꝰ
suis ōmibꝫ q̄ fuerāt in babilonia a
bñdixerūt deū pr̄m suoꝝ: qm̄ dedit
illis remissionē a refrigeriū ut as
cēderent a edificarent ihrl'm a tē
plū vbi noīatū est nomē eiꝰ in ipō
a exultauerūt cū musicis a leticia
diebꝫ septem. ¶ Ca. v.

Post hec autē electi sunt ut as
cēderent pncipes pagoꝝ per
domꝰ p tribus suas a vxores illo
rū a filij a filie eoꝝ a serui a ācille
ipsoꝝ a pecora illoꝝ. Et dariꝰ rex
misit vna cū eis equites mille do
nec deducerent eos in ihrl'm cum
pace a cū musicis a cū tympanis
a tybijs a ōnes frēs erāt ludētes
a fecit eos ascēdere simul cū eis.
Et hec sūt noīa virorū q̄ ascēderūt
p pagos suos in tribꝰ a in partē
pncipatus ipsoꝝ. Sacerdotes: fi
lij phinees. filij aaron. iesus filiꝰ
iosedech. ioachim filius zorobabel. filij salathiel de domo dauid.
ex pgenie phares tribu autē iuda
q̄ locutus ē sub dario rege psarum
sermones mirificos in secūdo āno
regni ipsiꝰ mense misan pmo. Sūt
autē hijj qui ascēderūt ex iudea de
captiuitate trāsmigrationis quos
transmigrauit nabuchodonosor
rex babilonie in babilonē a reū
sus est i ihrl'm Et reꝫsuit partez
iudee vnusquisq; ciuitatē suam q̄
venerūt cū zorobabel a iesu: nee
mias. azarias. elimeo. emmamo.
mardocheo. beelsaro. mechyspato
chor. oliozo. emonia. vnꝰ de prin
cipibꝫ eorū a numerus a gentili
bus eorū ex prepositis eorū. Filij
phares: duo milia centū septuagin
taduo. Filij ares: tria milia quinq̄
gintasept̄. Filij fremo: centū quadr̄
gintaduo. In filijs iesu a ioab es
mille trecentiduo. Filij emu: duo
milia q̄dringentiseptuaginta. Fi
lij choraba: ducentiqnq; Filij bani
ca: centumsexagintaocto. Filij be
bech: q̄dringentitres. Filij archad
quadringenti vigintiseptem.:

Filij chan trigintaseptē. Filij zo
roar duo milia sexagintaseptem.
Filij admu q̄dringētisexaginta
un⁹. Filij aderectis centūocto. Fi
lij ciaso ⁊ zelas centūseptez. Filij
azoroc q̄dringētitrigītanouem.
Filij iedarbone centūtrigītaduo
Filij ananie centūtriginta. Filij
asoni Filij marsar quadringēti
vigintiduo. Filij zabarus: nona
gintaqn̄q̄ Filij sepolemon centū
vigintitres. Filij nepopas quin
quagītaqn̄q̄. Filij hechanatus:
centūquinq̄gintaocto. Filij cebe
tham⁹ centūtrigītaduo. Filij cre
arpatros q̄ enocadies ⁊ modie
quadringētiuigītitres. Qui ex gr̄
mas ⁊ gabea centūuigītiun⁹ Qui
ex bessel ō ⁊ ceagge sexagītaqn̄q̄
Qui ex bastro cētumuigintiduo.
Qui ex bechenobes qn̄q̄ginta qui
q̄. Filij liptis centūquinq̄gītaqn̄
q̄ Filij labonni trecētiqn̄quagīta
septem. Filij sichem trecentiseptu
aginta. Filij suadon ⁊ diom⁹: tre
centiseptuagītaocto. filij ericus:
duomilia cētumq̄dragītaqn̄q̄.
filij anaas trecētiseptuagīta. Sac
dotes. filij iedd⁹. filij euther. filij
eliasib trecētiseptuagītaduo. filij
emerus ducētiqn̄q̄gītaduo. filij
fasurij trecentiqn̄quagītaseptez.
filij caree ducētiuigītiseptē. Leui
te. filij ihesu in cadubel ⁊ bamis ⁊
serebias ⁊ edias septuagītaqua
tuor. Omnis numer⁹ a duodecīo
anno trigītamilia quadringenti
sexagītaduo. filij ⁊ filie ⁊ vxores.
ōnis ɔputacō quadragītamilia
ducēti quadragītaduo. filij sacer
dotuz qui psallebāt in tēplo. filij
asaph centūuigītiocto. Ostiarij
vē filij esinēni. filij aser. filij amō
filij accuba. topa. filij tobi: ōnes
centūtrigītanouē. Sacerdotes ser
uientes in tēplo. filij sel. filij gas
pha. filij tabloch. filij carie. filij
su. filij hellu. filij labana. filij ar
macha. filij accub. filij vtha. filij
cetha. filij aggab. filij obai. filij
anani. filij canna. filij geddu. filij
an. filij radin. filij desanon filij ne
choba. filij caseba. filij gaze. filij
ozni. filij sinone. filij attre. filij ha
stē. filij asiana. filij manei. filij na
sisini. filij accufu. filij agista. filij
azui. filij fauon. filij fasalon. filij
meedda. filij fusa. filij caree. filij
barc⁹. filij saree. filij coesi. filij na
sith. filij agisti. filij pedō: salomō
filij eius. filij asophot. filij phazi
da. filij celi. filij dedon. filij gapda
hel. filij sephegi. filij aggia. filij sa
chareth. filij sabathen. filij caro
netg. filij malsith filij ame. filij sa
sus. filij addus. filij suba. filij eu
ra. filij rahotis. filij phasphat. fi
lij malmō Omnes sacro seruiētes
⁊ pueri salomonis quadringēti
octogītaduo. Hij sunt filij q̄ ascē
derunt a chermel ⁊ thersa. princi
pes eoꝝ carmellam ⁊ careth ⁊ nō
poterāt edicere ciuitates suas ⁊ ꝓ
genies quēadmodū sint ex isrl̄ fi
lij dalari. filij tubal. filij nechoda
ici. ex sacerdotib⁹ qui fungebātur
sacerdotio ⁊ nō sunt inuenti filij
obya. filij achisos. filij addin q̄
accepit vxorez ex filiab⁹ pharge
leu ⁊ vocati sunt noīe eius. Et ho
rū quesita est generis scripta īpe
datura ⁊ nō est inuenta ⁊ ꝓhibi
ti sunt sacerdotio fūgi. Et dixit ill̄
neemias ⁊ astharas ne ꝑticipēt

sancta donec surgat pōtifex doct⁹
in oñsionez ⁊ veritatē. Oīs autē is
rahel erat duodecī milia exceptis
seruis ⁊ ācillis quadraginta mi
lia trecētiquadraginta. Serui ho
rū ⁊ ancille: septē milia trecētitri
gintaseptē. cātores ⁊ cantatrices:
ducētisexagītaqnq; Cameli: q̄drī
gētitrigītaqnq;. Equi septē milia
trigintasex. muli ducēta milia q̄
dragintaquinq;. sbingalia qnq;
milia vigintiqnq;. Et de p̄positis
ipsis p pagos dum venirēt in tē
plū domī qd erat in ihrl'm inno
uare ⁊ suscitaē tēplum in loco suo
s̄m suam virtutē ⁊ dari in tēplum
thesaurū operū sacrū. auri minas
duodecī milia ⁊ stolas sacerdota
les cētum. Et habitauerūt sacdo
tes ⁊ leuite ⁊ qui exierāt de plebe
in iherusalē ⁊ in regione ⁊ sacri cā
tores ⁊ ostiarij ⁊ ōnis isrl' in regi
onib⁹ suis. Instante autē septīo
mense cūq; essent filij isrl' vnus
q̄sq; in suis reb⁹ ꝯuenerūt vnani
mes in atrium qd erat añ ianuaz
orientalē. Et stantes ihesus filius
iosedech ⁊ fratres eius sacerdotes
⁊ zorobabel filius salathiel ⁊ hu
ius fratres parauerūt altare: ut
offerrēt sup illud holocaustoma
ta s̄m q̄ in libro moysi hoīnis dei
scripta sunt. Et cōuenerūt sibi ex
alijs nacōnib⁹ terre ⁊ erexerūt sa
crariū in loco suo ōnes gentes ter
re ⁊ offerebant hostias ⁊ holocau
stomata dño matutina. Et egerūt
scenophegia ⁊ diē sollemnē sicut
p̄ceptū est in lege ⁊ sacrificia q̄ti
die sic oportebat ⁊ post hec obla
cōes institutas ⁊ hostias sabba
torū ⁊ neomeniarū ⁊ dierū sollē
niū ōnium sāctificatorū. Et quot
quot vouebāt dño a neomenia
septimi mensis: ceperūt hostias of
ferre deo ⁊ templū dñi nōdū erat
edificatū. Et dederūt pecuniaz lapi
darijs ⁊ fabris ⁊ potū ⁊ pabula
cū gaudio. Et dederūt carra sydo
nijs ⁊ tyrijs ut trāsueherent illis
de libano trabes cedrinas ⁊ face
rent rates in ioppe portū scd̄m de
cretū qd scriptū erat eis a cyro re
ge psarū. Et in secūdo anno veniē
tes in templū dei in iherusalē. mē
se secūdo inchoauit zorobabel fili
us salathiel ⁊ ihs filius iosedech
⁊ frēs ipsorū ⁊ sacerdotes ⁊ leuite
⁊ ōnes qui aduenerāt de captiui
tate in iherusalē ⁊ fundauerūt tē
plū dei. nouilunio secūdi mensis
secundi anni cū venissent in iude
am ⁊ iherusalez. Et statuerūt leui
tas a viginti annis sup opa dñi
Et stetit ihesus ⁊ filius eius ⁊ fra
tres: ōnes leuite ꝯspirantes ⁊ exe
cutores legis facientes opera ī do
mo dñi. Et steterūt sacerdotes ha
bētes stolas cū tubis ⁊ leuite filij
asaph habētes cymbala. collau
dantes dominuz ⁊ benedicentes
scd̄m dauid regem israhel. Et can
tabant cāticum domino quoniaz
dulcedo eius ⁊ honor in secula su
p ōnem israhel. Et ōnis populus
tuba cecinerūt ⁊ ꝓclamauerūt vo
ce magna collaudantes dominū
in suscitacōne domus domini. Et
venerunt ex sacerdotibus ⁊ leui
tis et presidentibus scd̄m pagos
senioribus qui viderant pristi
nam domum ⁊ ad huius edifica
cionem cum clamore et planctu
magno. ⁊ multi cū tub ⁊ gaudio

magno intrinsecus ut populus non audi
ret tubas propter planctum populi.
Turba enim erat tubis canens magni
fice ita ut longe audiretur. Et audi
erunt inimici tribus iude et beniamin
et venerunt scire que esset vox tuba
rum. Et cognouerunt quoniam qui erant
ex captiuitate edificant templum do
mino deo israel. Et accedentes ad zoro
babel et ihesum et prepositos pagorum
dixerunt eis. Edificabimus vna
vobiscum. Similiter enim audiuimus
dominum nostrum et ipsi pariter incedimus
a diebus asbasareth regis assyrio
rum qui transmigrauit nos huc Et dixit
illis zorobabel et ihesus et principes
pagorum israel. Non est nobis et vobis
edificare domum dei nostri Nos enim
soli edificabimus domino israhel sm
ea que precepit nobis cyrus rex
persarum. Gentes autem terre incuban
tes hijs qui sunt in iudea et leuan
tes opus edificationis et insidias po
pulos adducentes prohibebant
eos edificare et aggressuras exer
centes impedierunt ne consumaretur
edifitium omni tpe vite cyri regis
et protraxerunt structuram per biennium
vsque ad darij regnum. ¶ Ca. vi.
In secundo autem anno regni darij pro
phetauit aggeus et zacharias filius
addin prophete apud iudeam et ihe
rusalem in nomine dei israhel super eos.
Tunc stans zorobabel filius sala
thiel et ihesus filius iosedech incho
auerunt edificare domum domini que est
in iherusalem cum adessent eis prophete
domini et adiuuarent eos. In ipso
tempore venit ad illos sysennes sub
regulus syrie et phenicis et satrabo
ranes et sodales eius et dixerunt eis.
Quo precipiente vobis domum hanc edi
ficare et tectum istud et alia omnia perfi
citis. Et qui sunt structores qui hec
edificant. Et habuerunt graciam visita
cione facta super eos qui erant ex cap
tiuitate a domino seniores iudeorum
et non sunt impediti edificare donec
significaretur dario de omnibus istis
et responsum accipetur. Exemplum
epistole quam miserunt dario Sysen
nes subregulus syrie et phenicis et
satraboranes et sodales eius in syria
et phenice presides regi dario salu
tem. Omnia nota sint domino regi
quod cum aduenissemus in regionem iu
dee et introissemus in iherusalem inueni
mus edificantes domum dei magnam
et templum ex lapidibus politis et mag
nis et preciosis materijs in parieti
bus et opera illa instanter fieri et suf
fragare et prosperare in manibus eorum
et in omni gloria quam diligentissime
perfici. Tunc interrogauimus senio
res dicentes. Quo permittente vobis
edificatis domum istam et opera hec fun
datis. Ideo autem interrogauimus:
ut notum faceremus tibi homines et prepo
sitos et nominum scripturam preposi
torum postulauimus illos. At illi
responderunt nobis dicentes. Nos sumus
serui domini qui fecit celum et terram
et edificabatur hec domus ante annos
istos multos a rege israel magno
et fortissimo et consumatae. Et quo
niam patres nostri exacerbantes erant
et peccauerunt in deum israel: tradidit
eos in manus nabuchodonosor re
gis babilonie regis chaldeorum et
domum istam demolientes incenderunt
et populum captiuum duxerunt in babi
lonem In primo anno regnante cy
ro rege babilonie scripsit cyrus
rex domum hanc edificare et illa sacra

vasa aurea ⁊ argētea q̄ extuleāt
nabuchonodosor de domo q̄ est ī
ihrl'm ⁊ cōsecrauerat ea in suo tē
plo. rursus ꝓtulit ea cyr⁹ rex de tē
plo qd̄ erat in babilonia ⁊ tradi
ta sūt zorobabel ⁊ salmanasaro
sb̄regulo. Et preceptuz ē eis ut of
ferrent hec vasa ⁊ reponerēt in tē
plo qd̄ erat in iherusalez ⁊ ipsum
templuz dei edificare in loco suo.
Tunc salmanasar⁹ sb̄iecit fūda
mēta dom⁹ dn̄i q̄ est in iherusalē
⁊ ex inde vsq̄ nūc edificatur ⁊ nō
accepit ꝯsūmacōez. Nūc ergo si iu
dicatur a te o rex ꝑquiratur in re
galib⁹ bibliothecis cyri regis q̄
sunt ī babilonia ⁊ si inuētū fueit
ꝯsilio cyri regis ceptā esse structu
rā dom⁹ domini que est ī ihrl'm ⁊
iudicatur a dn̄o rege nr̄o scribat
de hijs nobis. Tūc rex dari⁹ p̄ce
pit inq̄ri ī bibliothecis ⁊ inuētus
est in egbathanis opido qd̄ ē in
media regione locus vn⁹ in quo
scripta erāt ista. Anno p̄mo reg
nāte cyro rex cyrus p̄cepit domū
domini que est ī ihrl'm edificare
vbi incēdebant igni assiduo cui⁹
altitudo sit cubitorū decē ⁊ latitu
do cubitorū sexaginta quadratū
lapidib⁹ politis tribus ⁊ menia
no ligneo eiusdem regionis ⁊ me
niano vno nouo ⁊ impēdia dari
de domo cyri regis ⁊ sacr̄ vasa do
m⁹ domini taz aurea q̄ argētea q̄
extulit nabuchodonosor ī domuz
domī que ē in iherusalē vbi erāt
posita ut ponātur illic. Et p̄cepit
curam agere sysennē sb̄regulum
syrie ⁊ phenicis ⁊ zatrabuzānaz
⁊ sodales ei⁹ ⁊ q̄ ordinati erāt in
syria ⁊ phenice p̄sides ut abstine
rent se ab eodē loco. Et ego q̄ꝫ p̄ce
pi in totū edificare ⁊ ꝓspexi ut ad
iuuēt eos q̄ sunt ex captiuitate iu
deorū donec cōsūmetur templum
edis dn̄i ⁊ a vexacōe tributoꝝ sy
rieceles ⁊ phenice. diligēter quā
titatē dari hijs hominib⁹ ad sacrifi
cium dn̄i zorobabel prefecto ad
thauros ⁊ arietes ⁊ agnos. simi
liter autē ⁊ frumētum ⁊ sal ⁊ vi
nū ⁊ oleū instanter per singulos
ānos ꝓut sacerdotes qui sunt in
iherusalez dictauerūt consumi q̄
tidie sine vlla dilaciōe: ut offerā
tur libaciōes sūmo deo pro rege
⁊ pueris eius ⁊ orēt pro ipsoruz
vita. Et denūcietur ut quicūq̄ tr̄ns
gressi fuerit aliquid ex hijs que
scripta sūt aut spreuerint: accipi
atur lignū de suis ꝓprijs ⁊ suspēdā
tur ⁊ bona ipsorū regi asscribant.
Propterea ⁊ dn̄s cuius nomē in
uocatū ē ibi exterminet ōnē r̄gē
⁊ gētem q̄ manū suā extēderit ꝓ
hibere aut male tractare domum
domini illā que est in ihrl'm. Ego
dari⁹ rex decreui q̄ diligētissime
s̄m hec fieri.

¶ Capitulum septimū.

Tunc sysennes sb̄regulus ce
leuzyrie ⁊ phenicis ⁊ satra
buzanes ⁊ sodales obsecuti hijs
que a dario rege erāt decreta: in
sistebant sacrosāctis opib⁹ dili
gentissiē cooperantes cū senioribz
iudeoꝝ p̄ncipib⁹ syrie ⁊ ꝓsperata sūt
sacrosca opa ꝓphantib⁹ aggeo ⁊
zachaia ꝓphis. Et ꝯsūmauerūt om
nia per preceptum domini dei isra
hel ⁊ ex consilio cyri ⁊ darij ⁊ ar
tarxersis regis persarum. Et con
summata est domus nostra vsq̄

ad tertiam ⁊ vicesimam diē men
sis adar: sexto anno darij regis.
Et fecerūt filij israhel ⁊ sacerdotes
⁊ leuite ⁊ ceteri qui erant ex capti
uitate qui appoīti sunt scd̄m ea q̄
scripta sunt in libro moysi. Et ob
tulerunt in dedicacōem templi do
mini thauros centū. arietes ducē
tos. agnos quadringentos ⁊ he
dos pro peccatis vniuersi israhel
duodecim scd̄m numerꝝ tribuum
israhel. Et steterunt sacerdotes et
leuite amicti stolis per trib⁹ super
opa domī dei isrl̄ scd̄m libꝝ moy
si ⁊ ostiarij per singulas ianuas
Et egerūt filij israhel cuꝫ hijs qui
erant ex captiuitate illud phase
quartadecima luna mensis p̄mi:
quādo sāctificati sunt sacerdotes
⁊ leuite. Omnes filij captiuitatis
nō sunt simul sanctificati. qꝛ leui
te ōnes simul sanctificati sunt. Et
imolauerunt phase vniuersi filij
captiuitatis ⁊ fratrib⁹ suis sacer
dotibus ⁊ sibimetipsis. Et mādu
cauerunt filij isrl̄ q̄ erant ex cap
tiuitate ōnes qui remanserāt ab
oībus execracōnib⁹ gentium ter
re querentes dominū ⁊ celebraue
runt diem festum azimoꝝ septeꝫ
diebus epulantes in conspcū do
mini. quoniā cōuertit cōsilium re
gis assyriorum in eos: confortare
manus eorū ad opera domini dei
isrl̄. Et post hunc regnante artar
xerse persaꝝ rege: accessit esdras
filius azarie. filij helchie. filij so
lome. filij sadoch. filij achitob. fi
lij ameri. filij azahei. filij bocci. filij
abyfue. filij phinees. filij eleaza
ri. filij aaron primi sacerdotis hic
esdras ascendit de babilonia cū
esset scriba et ingeniosus in lege
moysi que data est a domīo isrl̄.
docere ⁊ facere. Et dedit ei rex glori
am q̄ inuenisset gratiaꝫ in omni
dignitate ⁊ desiderio in conspectu
eius. Et ascenderūt simul cum ipō
ex filijs isrl̄ ⁊ sacerdotibus ⁊ leui
tis ⁊ sacris cātorib⁹ templi ⁊ osti
arijs ⁊ seruis templi ī ihrl̄m. An
no septimo regnāte artarxerse in
quinto mense hic ānus septim⁹
est regni: exeuntes de babilonia
nouilunio quinti mensis venerūt
iherosolimaꝫ iuxta preceptū illi⁹
scd̄m prosperitatē itineris a domi
no ipsoꝝ datam eis. In hijs em̄
esdras magnam disciplinaꝫ ob
tinebat ne pretermitteret quicq̄
eorum que essent ex lege dn̄i ⁊ p̄
ceptis ⁊ docendo vniuersū israhel
ōnem iustitiam ⁊ iuditium. Acce
dentes auteꝫ qui scribebant scrip
ta artarxersis regis: tradiderunt
scriptuꝫ qd̄ obuenerat ab artar
xerse rege ad esdrā sacerdotem ⁊
lectorem legis dn̄i cuius exēpluꝫ
subiectū est. ¶ Ca. viij.

Rex artarxerses esdre sacerdo
ti ⁊ lectori legis domī salutē.
Humanior ego iudicans in bene
ficijs precepi eis qui desiderāt ex
gēte iudeoꝝ sua sponte ⁊ ex sacer
dotib⁹ ⁊ leuitis qui sunt in regno
meo comitari tecum in ihrl̄m. Si
qui ergo cupiunt ire tecuꝫ cōueni
ant et ꝓficiscant̄ sicut placuit mi
hi ⁊ septem amicis meis consilia
rijs ut visitent ea que aguntur
scd̄m iudeam ⁊ ihrl̄m obseruātes
sicut habes in lege dn̄i ⁊ ferāt mu
nera dn̄o israhel que voui ego et
amici iherusaleꝫ ⁊ omne aurum ⁊

argētū qđ inuentū fuerit in regio
ne babilonie dño in iherusalē cū
illo qđ est donatū ꝑ ipsa gente ī
templū dñi eoꝝ qđ est in iherusa
lem: ut colligatur hoc auꝝ ⁊ argē
tū ad thauros ⁊ arietes ⁊ agnos
⁊ hedos ⁊ que sūt ꝯgruētia ut of
ferāt hostias dño sup altare dñi
ipsorū qđ est in ihrlm. Et ōnia q̄
cūq; volueris cū fratribus tuis fa
cere auro ⁊ argento: ꝑfice ꝑ volū
tate tua scđm p̄ceptum dñi dei tui
⁊ sacrosāctavasa q̄ data sūt tibi
ad opa domus dñi dei tui q̄ est in
iherusalem. et cetera quecūq; tibi
subuenerint ad opera templi dei
tui dabis de regali gazophilacio
cū volueris cū fratribus tuis face
re auro ⁊ argēto ꝑfice ſm volūta
tem dñi. Et ego quidē rex artarxer
ses p̄cepi custodib⁹ thesauroruꝫ
syrie ⁊ phenicis: ut quecūq; scrip
serit esdras sacerdos ⁊ lector legis
dñi diligēter detur ei vsq; ad ar
genti talenta centū similiter ⁊ au
ri: ⁊ vsq; ad frumenti modios cē
tū ⁊ vini amphoras centū ⁊ alia
quecūq; abūdant sine taxacōne.
Oīa ſm legem dei fiant deo altissi
mo ne forte exurgat ira in regno
regis ⁊ filij ⁊ filiorū eius. Vobis
autē dicit ut ōnib⁹ sacerdotibus
⁊ leuitis ⁊ sacris cātorib⁹ ⁊ seruis
templi ⁊ scribis tēpli hui⁹ nulluꝫ
tributū neq; vlla alia indictio ir
roget: nec habeat quisq̄ potesta
tē obicē eis quicq̄. Tu aūt esdrs
ſm sapiaꝫ dei ꝯstitue iudices ⁊ ar
bitros in tota syria ⁊ phenice et
ōnes qui legē dei tui nō nouerūt
doce: ut quotq̄t transgressi fuerīt
legē diligēter plectātur. siue mor

te. siue cruciatu. siue eciā pecunie
mulctacōe: vel abductione. Et di
xit esdrs scriba. Bñdict⁹ dñs pa
trū nr̄orū qui dedit hāc volūtatē
in cor regis clarificare domū suā q̄
est in iherusalem ⁊ me honorifica
uit in ꝯspectu regis ⁊ ꝯsiliariorū ⁊
amicoꝝ eius ⁊ purpuratorū ei⁹ ⁊
ego cōstans amo fact⁹ sum scđm
opitulacōem dñi dei mei. Et ꝯgre
gaui ex isrl viros ut simul ascēde
rent mecū. Et hij sūt p̄positi scđm
suas patrias ⁊ p̄ncipatus porcō
nales eorū qui mecū ascēderūt de
babilonia in regno artarxersis.
Ex filijs phares: gersom⁹. Ex filijs
siemarith: amen⁹. Filiorū dauid
accus filius scecilie. Ex filijs pha
res ⁊ zacharias ⁊ cum eo reuersi
sūt viri centumq̄nquaginta. Ex fi
lijs ductoris moabiliōis zaraei: ⁊
cū ipso viri ducētiquinquaginta
Ex filijs zacues iechonias zechoe
li: ⁊ cum ipso viri ducētiquinqua
ginta. Ex filijs sala maasias go
tholie: ⁊ cū ipso viri septuaginta
Ex filijs saphacie zarias micheli
⁊ cū ipso viri octoginta. Ex filijs
iob abdias ieheli: ⁊ cuꝫ ipso viri
ducentiduodecim. Ex filijs banie
salimoth fili⁹ iosaphie: ⁊ cū ipso
viri cētū sexaginta. Ex filijs beer za
charias bebei: ⁊ cū ipso viri ducē
tiocto Ex filijs ezead iohānes ace
chan: ⁊ cum ipso viri centumde
cem. Ex filijs adonicham ipsis
postremis: ⁊ hec sunt nomina eo
rum eliaphalam filius gebel et
semeias et cum ipso viri septua
ginta. Et congregaui eos ad flu
uium qui dicitur thia et mecha
ti: illic fuim⁹ triduo et recognoui

eo ꝙ labo āuerit m̄ ait dn̄s de⁹ In
die illa pullulabit cornu domui
isrl̄ ⁊ tibi dabo aptū os ī medio
eoꝝ ⁊ sciēt qꝛ ego dn̄s. Ca. xxx.

Et factū est v̄bū dn̄i ad me
dicēs. Fili hoīs ꝓpheta ⁊ dic.
Hec dicit dn̄s deꝰ. Vlulate ve ve
diei. qꝛ iuxta est dies ⁊ appropinq̄
bit dies dn̄i. dies nub̄. tēpus gen
tiū erit. Et veniet gladiꝰ ī egiptū
⁊ erit pauor in ethiopia cū cecide
rint vulnerati ī egipto et ablata
fuerit multitudo illiꝰ ⁊ destructa
fūdamenta eiꝰ. Ethiopia ⁊ libia
⁊ lidij ⁊ omne reliquū vulgus ⁊
chub ⁊ filij terre fedeis cū eis gla
dio cadēt. Hec dic̄ dn̄s deꝰ. Et cor
ruent fulciētes egiptū ⁊ destruet̄
sup̄bia imp̄ij eius. A turre syenes
gladio cadēt in ea ait dn̄s exerci
tuū. Et dissipabūtur in medio ter
raꝝ desolataꝝ et vrbes eiꝰ in me
dio ciuitatū desꝫtaꝝ erūt ⁊ scient
qꝛ ego dn̄s deꝰ cū dedero ignez in
egipto ⁊ attriti fuerint om̄s auxi
liatores eiꝰ. In die illa egredient̄
nūcij a facie mea ī trieribꝰ ad ꝯte
rendā ethiopie ꝯfidētiā ⁊ erit pa
uor in eis ī die egipti qꝛ absq̄ du
bio veniet. Hec dicit dn̄s deꝰ. Et
cessare fatiā multitudinē egipti ī
manu nabuchodonosor r̄gis ba
bilonis. Ipse ⁊ populꝰ eius cū eo
fortissimi gentiū adducēt̄ ad dis
p̄gendā terram. Et euaginabūt
gladios suos sup̄ egiptū et īple
būt terrā interfectis ⁊ faciā alue
os fluminū aridos ⁊ tradā terrā
in manꝰ pessimoꝝ ⁊ dissipabo ter
rā ⁊ plenitudinē eiꝰ in manꝰ alie
norū. Ego dn̄s locutꝰ sū. Hec dic̄
dn̄s deꝰ. Et disp̄daz simulachra
⁊ cessare faciā ydola de memphis
⁊ dux de terra egipti non erit am
pliꝰ. Et dabo terrorē in terrā egip
ti ⁊ disp̄daz terrā phatures ⁊ da
bo ignē in taphnis ⁊ faciam iudi
tia mea in alexādria Et effundaz
indignacōnē meā sup̄ pelusiū ro
bur egipti et int̄ficiaz multitudi
nē alexandrie ⁊ dabo ignē ī egip
to. Quasi p̄turiēs dolebit pelusiū
⁊ alexādria erit dissipata ⁊ in mē
phis āgustie q̄tidiane. Iuuenes
eliopoleos et bubasti gladio ca
dēt et ip̄e captīe ducent̄. Et ī taph
nis nigrescet dies cū ꝯtriuero ibi
sceptra egipti ⁊ defeceit in ea sup̄
bia potētie eius. Ipsā nubes ope
riet. filie aūt eiꝰ in captītatē ducē
tur. Et iuditia faciā in egipto ⁊ sci
ent qꝛ ego dn̄s. Et factū est in vn
decimo anno in p̄mo mēse ī septi
ma mensis: factū est v̄bū dn̄i ad
me dicēs. Fili hoīs brachiū pha
raonis regis egipti ꝯfregi et ecce
nō est obuolutū ut restitueret̄ ei
sanitas ut ligaret̄ pānis ⁊ fascire
tur lintheolis ⁊ recepto robore pos
sit tenē gladiū. Proptēa hec dic̄
dn̄s deꝰ. Ecce ego ad pharaonez
regē egipti ⁊ ꝯminuā eiꝰ brachiū
forte ꝫ ꝯfractū et deitiā gladiū de
manu eiꝰ. Et disp̄gaz egiptū ī gē
tibus ⁊ vētilabo eos ī terris Et cō
fortabo brachia regis babilonis
daboq̄ gladiū meū in manu eiꝰ
Et cōfringā brachiū pharaonis
et gement gemitibꝰ interfecti co
rā facie eius. Et ꝯfortabo brachia
regis babilonis ⁊ brachia pha
raonis concident. Et scient quia
ego dn̄s cum dedero gladiū meū
in manū regis babilonis ⁊ exten
derit eū super terrā egipti. Et disp̄
gam egiptum in nacōnes et ven
tilabo eos in terras ⁊ scient quia
ego dominꝰ. ¶ Ca. xxxi.

Et factum est in anno vnde
cimo tertio mense vna men
sis. factum est verbum domini ad
me dicens. Fili hominis dic pha
raoni regi egipti et populo eius.
Cui similis factus es in magnitu
dine tua. Ecce assur quasi cedrus
in libano pulcher ramis et frōdi
bus nemorosus. excelsusq; altitu
dine ⁊ inter ꝯdensas frondes ele
uatū est cacumē eius Aque nutri
erūt illum: abissus exaltauit illū.
Flumina eius manabāt in circui
tu radicū eius ⁊ riuos suos emisit
ad vniuersa ligna regionis Pro
pterea eleuata est altitudo eius su
per omnia ligna regionis ⁊ multi
plicata sūt arbusta eius ⁊ eleuati
sunt rami eius pre aquis multis.
Cūq; extēdisset vmbrā suaꝫ in ra
mis eius fecerūt nidos oīa volati
lia celi ⁊ sb frondibus eius genu
erūt omēs bestie saltuum ⁊ sb vm
braculo illius habitabat cet⁹ gē
tium plurimarū. Eratq; pulcherri
mus in magnitudine sua ⁊ in dila
tione arbustoꝝ suoꝝ. Erat em̄ ra
dix illius iuxta aquas mltas. Ce
dri non fuerūt altiores illo in padi
so dei. Abietes non adequauerūt
sūmitatē eius et platani non fue
runt eque frōdibus illius. Omē
lignū padisi dei nō est assimilatū
illi ⁊ pulchritudini eius quoniaꝫ
spetiosū feci eū ⁊ multis ꝯdensisq;
frondibus Et emulata sunt eum
omnia ligna voluptatis q̄ erant
in padiso dei. Propterea hec dicit
dn̄s deus Pro eo ꝙ sublimatus ē
in altitudine ⁊ dedit sūmitatē suā
virentē atq; cōdensā ⁊ eleuatū est
cor eius in altitudine sua tradidi
eam in manus fortissimi gentiū.
Fatiēs fatiet ei iux̄ impietatē ei⁹.
Et eieci eā ⁊ succidēt eam alieni et
crudelissimi nationū. Et ꝓitiēt eū
sup mōtes ⁊ in cūctis cōuallibus
corruēt rami ei⁹. Et cōfringent̄ ar
busta eius in vniūsis rupib⁹ ter
re et recedēt de vmbraculo ei⁹ oēs
populi terre ⁊ relinquēt eū. In rui
na ei⁹ habitauerūt omnia volati
lia celi ⁊ in ramis ei⁹ fuerūt vniū
se bestie regionis Quā ob rem nō
eleuabūt̄ in altitudine sua oīa lig
na aquarū nec ponēt sublimitatē
suaꝫ inter nemorosa atq; frondo
sa nec stabūt ī sblimitate sua oīa
que irrigāt̄ aquis q̄ oēs traditi
sūt ī mortē ad terrā vltimā in me
dio filioꝝ hoīm ad eos q̄ descēdūt
in lacū. Hec dicit dn̄s de⁹. In die
qn̄ descēdit ad īferos indixi luctū
opui eū abisso ⁊ ꝓhibui flumina
eius ⁊ coercui aquas multas. Cō
tristatus ē sup eū libanus et oīa
ligna agri ꝯcussa sūt. A sonitu ru
ine ei⁹ cōmouit gētes cū deducerē
eū ad infernū cū hijs qui descēde
bāt in lacū Et ꝯsolata sūt in terra
infima oīa ligna voluptatis egre
gia atq; predara in libano vniū
sa q̄ irrigabant̄ aquis. Nā ⁊ ipsi
cū eo descēdēt ad infernū ad inter
fectos gladio ⁊ brachiū vniuscu
lusq; sedebit sub vmbraculo ei⁹ ī
medio nationū ei⁹. Cui assimila
tus es o inclite atq; sublimis int̄
ligna voluptatis. Ecce deduct⁹ es
cū lignis voluptatis ad t̄raꝫ vlti
mā. In medio incircūcisoꝝ dormi
es cū eis q̄ interfecti sunt gladio.
Sic ē pharao ⁊ oīs multitudo ei⁹
dicit dn̄s deus. ¶ Ca. xxxij.

Et factū est duodecīo anno
in mēse duodecīo ī vna mē
sis: factū ē v̄bū dn̄i ad me dicēs·
Fili hom̄is assume lamētū super
pharaonē regē egipti ⁊ dices ad
eū· Leoni gentiū assimilat⁹ es et
draconi qui est ī mari Et ventila
bas cornu in flumīb⁹ tuis ⁊ ɔtur
babas aq̄s pedib⁹ tuis ⁊ ɔculca
bas flumīa eaꝝ· Proptēa hec dic̄
dn̄s de⁹ Expādā sup te rethe meū
in multitudīe ꝓplorꝝ multorꝝ ⁊ ex
trahā te in sagena mea ⁊ ꝓitiam
te in terrā· Sup faciē agri abitiaꝫ
te ⁊ habitaē fatiā sup te oīa vola
tilia celi et saturabo de te bestias
vniu̅se terre· Et dabo carnes tuas
sup mōtes ⁊ implebo colles tuos
sanie tua· Et irrigabo terrā fetore
sanguīs tui sup montes ⁊ valles
implebūtur ex te Et opiaꝫ cū exti
ctus fueris celos ⁊ nigrescē faciā
stellas ei⁹· Solē nube tegā ⁊ luna
nō dabit lumē suū Oīa lumīaria
celi merere fatiaꝫ sup te et dabo te
nebras sup terrā tuā dic̄ dn̄s de⁹
Et irrigabo cor populoꝝ multoꝝ
cū induxero ɔtricōneꝫ tuā in gēti
bus sup terras q̄s nescis ⁊ stupe
scere fatiā sup te ꝓplos mltos· Et
reges eoꝝ horrore nimio formida
būt sup te cū volare ceperit gladi
us me⁹ sup faties eoꝝ et obstupe
scēt repēte singuli ꝓ aīa sua in die
ruine sue· qꝛ hec dicit dn̄s deus·
Gladius regis babilonis veniet
tibi in gladijs fortiū deiciā multi
tudinē tuā· Inexpugn̄biles om̄es
gētes hee· Et vastabūt supbiam
egipti ⁊ dissipabit̄ multitudo ei⁹
Et ꝑdā oīa iumēta ei⁹ q̄ erāt sup
aq̄s plurimas ⁊ non cōturbabit
eas pes hoīs vltra neqꝫ vngula
iumētorū turbabit eas· Tūc pu
rissiās reddā aq̄s eoꝝ ⁊ flumina
eoꝝ quasi oleū adducaꝫ ait dn̄s
de⁹ cū dedero terrā egipti desolatā
Deseret̄ autē terra a plenitudine
sua qn̄ ꝑcussero om̄es hītatores
eius ⁊ sciēt qꝛ ego dn̄s· Planct⁹ ē
⁊ plāgent eū filie gentiū sup egi
ptū ⁊ sup multitudinē eius plan
gēt eū ait dn̄s de⁹· Et factū est in
duodecīo anno in qn̄tadecīa men
sis: factū est v̄bū dn̄i ad me dicēs
Fili hoīs cane carmē lugubre sup
multitudinē egipti· Et detrahe eā
ipsā ⁊ filias gētiū robustarū ad
terrā vltimaꝫ cū hijs q̄ descēdūt ī
lacū· Quo pulchrior es descēde ⁊
dormi cum incircūcisis· In medio
int̄fectoꝝ gladio cadēt· Gladius
datus ē· Et attraxer̄t eā ⁊ oēs po
pulos ei⁹· Loqn̄tur ei potētissimū
robustorū de medio inferni q̄ cū
auxiliatorib⁹ ei⁹ descēderūt ⁊ dor
mierūt incircūcisi interfectiqꝫ gla
dio Ibi assur ⁊ oīs multitudo ei⁹
ī circuitu illi⁹ sepulchra eoꝝ oēs
interfecti ⁊ q̄ ceciderūt gladio q̄ꝝ
data sūt sepulchra in nouissimis
laci· Et facta est multitudo eius ꝑ
girū sepulchri ei⁹· vniu̅si int̄fecti
cadētesqꝫ gladio· q̄ dederāt quon
dā formidinē suaꝫ ī terra viuētiū
Ibi elam et oīs multitudo eius ꝑ
giꝝ sepulchri sui· Oēs hij interfe
cti ruentesqꝫ gladio qui descēder̄t
incircūcisi ad terrā vltimam Qui
posuerūt terrorē suū in terra viuē
tiū ⁊ portauerūt ig̊miniā suā cum
hijs qui descēderūt in lacū· In me
dio int̄fectoꝝ posuerūt cubile ei⁹
in vniu̅sis popul̄ ei⁹ ī circuitu ei⁹

sepulchrꝝ illius. Omnes hij incir
cūcisi interfectiq; gladio. Dederūt
em̄ terrorē suū in terra viuentiū ⁊
portauerūt ignominiā suā cū hijs
qui descēdūt in lacū. In medio in
terfectorū positi sūt Ibi mosoch ⁊
tubal et oīs multitudo eius in cir
cuitu eius sepulchra illius Om̄es
hij incircūcisi interfectiq; ⁊ caden
tes gladio q̄ dederunt formidinē
suā in terra viuentiū et nō dormi
ent cū fortib⁹ cadentibusq; ⁊ īcir
cūcisis qui descēderūt ad infernū
cū armis suis. Et posuerūt gladios
suos sb̄ capitib⁹ suis et fuerūt ini
quitates eoꝝ in ossib⁹ eoꝝ. q̄ ter
ror fortiū facti sūt in terra viuētiū
Et tu ḡ in medio incircūcisoꝝ ɔte
reris et dormies cū interfectis gla
dio. Ibi ydumea et reges eius et
om̄es duces eius q̄ dati sūt cū exē
citu suo cū interfectis gladio et q̄
cū incircūcisis dormierūt ⁊ cū hijs
qui descēderūt in lacū Ibi p̄ncipes
aquilonis omnes et vniūsi vena
tores qui deducti sūt cū interfectis
pauētes ⁊ in sua fortitudine ɔfusi
q̄ dormierūt incircūcisi cū int̄fectis
gladio ⁊ portauerūt ɔfusionē suaꝫ
cū hijs qui descēdūt in lacum. Vi
dit eos pharao ⁊ ɔsolatus est su
per vniūsa multitudine sua q̄ int̄
fecta ē gladio pharao ⁊ oīs exer
citus eius ait dn̄s de⁹. q̄ dedit ter
rorē suū in terra viuentiū ⁊ dormi
uit in medio incircūcisoꝝ cū inter
fectis gladio. pharao ⁊ oīs mlti
tudo ei⁹ ait dn̄s de⁹. ¶ Ca. xxxiij.

Et factū est v̄bū dn̄i ad me
dicens. Fili hoīs loq̄re ad fi
lios ꝓpli tui ⁊ dices ad eos. Terra
cū induxero sup eā gladiū ⁊ tule
rit ꝓplus terre virū vnū de nōuissi
mis suis ⁊ cōstituerit eū sup se spe
culatorē ⁊ ille viderit gladiū veni
entē sup terrā ⁊ cecinerit buccina
⁊ annūtiauerit ꝓplo. audiēs autē
quisquis ille ē sonitū buccīe ⁊ nō
obs̄uauerit veneritq; gladius ⁊
tulerit eū: sāguis ipsi⁹ sup caput
eius erit. Sonū buccine audiuit ⁊
nō se obseruauit. sāguis eius in
ipso erit. Si aūt se custodierit ani
mā suā saluauit. Qd̄ si speculator
viderit gladiū veniētez ⁊ nō inso
nuerit buccina ⁊ ꝓpl's se nō custo
dierit. veneritq; gladius ⁊ tuleit
de eis aīaꝫ: ille q̄dez in iniq̄tate sua
captus est. sang̃nē aūt ei⁹ de ma
nu speculatoris req̄rā. Et tu fili hoī
nis speculatorē dedi te domui isrl̄
Audiēs ergo ex ore meo s̄monē
annūtiabis eis ex me. Si me dicē
te ad īpiū īpie morte morieris nō
fueris locutus ut se custodiat im
pius a via sua ip̄e impius ī iniq̄ta
te sua morieť. sāguinē aūt eius de
maū tua requirā. Si aūt annūci
ante ad īpiū ut a vijs suis ɔūtať.
nō fuerit ɔūsus a via sua: ip̄e ī iniq̄
tate sua morieť. porro tu aīaꝫ tuaꝫ
liberasti. Tu vero fili hominis dic
ad domū isrl̄. Sic locuti estis dicē
tes. Iniq̄tates nostre et pctā nr̄a
sup nos sūt ⁊ in ipsis nos tabesci
mus. Qūo ḡ viuere poterimus. ⁊
dic ad eos. Viuo ego dicit domi
nus deus nolo mortem impij. sed
ut ɔuertatur impius a via sua et
viuat. Conuertimini a vijs vr̄is
pessimis. Et quare moriemini do
m⁹ israhel. ⁊ Tu itaq; fili hominis
dic ad filios populi tui. Justicia
iusti nō liberabit eū in q̄cūq; die

peccauerit ⁊ impietas impij non
nocebit ei in q̃cũq; die ꝯuersus fue
rit ab impietate sua Et iustus nõ
poterit viuẽ in iustitia sua in q̃cũ
q; die peccauerit Etiã si dixero iu
sto ꝙ vita viuat ⁊ ꝯfisus in iusti
tia sua fecerit iniq̃tatẽ oẽs iustitie
ei⁹ obliuioni tradent̃ et ĩ iniq̃tate
sua quã opatus est ĩ ip̃a morietur
Si aũt dixero ĩpio morte morieris
⁊ egerit pn̄iaꝫ a pctõ suo feceritq;
iudiciũ ⁊ iustitiã ⁊ pign⁹ restitu
erit ille impi⁹ rapinãq; reddiderit
in mãdatis vite ãbulauerit nec
fecerit quicq̃ iniustũ vita viuet
⁊ nõ morietur. Oĩa pctã ei⁹ q̃ pecca
uit nõ imputabũtur ei. Iudiciuꝫ
⁊ iustitiã fecit. vita viuet. Et dixe
rũt filij populi tui Nõ est equi põ
deris via dñi. Et ipõꝝ via iniusta
est. Cũ eĩ recesserit iust⁹ a iusticia
sua feceritq; iniq̃tates morietur ĩ eis
Et cũ recesserit impi⁹ ab ĩpietate
sua feceritq; iuditiũ ⁊ iusticiaꝫ vi
uet in eis. Et dicitis. Nõ est recta
via domini. Vnũquẽq; iux̃ vias
suas iudicabo de vobis dom⁹ isrl̃
Et factũ est in duodecĩo anno ĩ de
cimo mẽse in q̃nta mẽsis trãsmi
gracõis nr̃e veĩt ad me q̃ fugeãt
de ihrl̃m dicẽs. Vastata est cĩtas
Man⁹ aũt dñi facta fueãt ad me
vespe añq̃ veniret q̃ fugerat ape
ruitq; os meũ donec veĩret ad me
mane et apto ore meo ñ silui am
pli⁹. Et factũ est v̇bũ dñi ad me
dicẽs. Fili hoĩs q̃ hĩtant in ruino
sis hijs sup humũ isrl̃ loquẽtes
aiũt. Vn⁹ erat abrahaꝫ ⁊ heredi
tate possedit terrã. Nos aũt mul
ti sum⁹. nob̃ data ẽ terra in posses
sionẽ. Idcirco dices ad eos. Hec

dicit dñs de⁹. Qui in sãguĩe ꝯme
ditis ⁊ oculos vr̃os leuatis ad im
mũditias vrãs ⁊ sãguinẽ fundi
tis. nũquid terrã hereditate possi
debitis. Stetistis in gladijs vr̃is
fecistis abhoĩnacões ⁊ vnusquis
q; vxorẽ ꝓximi sui polluit ⁊ terrã
hẽditate possidebitis. Hec dices
ad eos. Sic dicit dñs deus Viuo
ego. q̃ qui ĩ ruinosis hĩtant gla
dio cadẽt ⁊ qui in agro ẽ bestijs
tradet̃ ad deuorãdũ. qui autẽ in
p̃sidijs ⁊ ĩ spelũcis sũt peste mori
ent̃. Et dabo terrã in solitudinẽ ⁊
in desertũ et deficiet supba fortitu
do ei⁹ ⁊ desolabũtur montes isrl̃
eo ꝙ null⁹ sit q̃ p eos trãseat. Et
scient q̃ ego dñs cũ dedero terrã
eoꝝ desolatã ⁊ desertã ꝓpter vniũ
sas abhoĩnacões suas q̃s opati
sũt. Et tu fili hoĩs filij populi tui q̃
loquũt̃ de te iux̃ muros ⁊ ĩ ostijs
domoꝝ ⁊ dicũt vn⁹ ad alteꝝ vir
ad ꝓximũ suũ loq̃ntes venite et
audiam⁹ q̃ sit sermo egrediẽs a
dño ⁊ veniũt ad te q̃si si ĩgrediat̃
ꝓpl̃us. Et sedẽt corã te ꝓpl̃us me⁹
⁊ audiũt s̃mones tuos ⁊ nõ faci
unt eos. q̃ in canticũ oris sui ver
tũt illos. Et auaritiã suaꝫ seq̃t̃ cor
eoꝝ ⁊ es eis q̃si carmẽ musicũ q̃d
suaui dulciq; sono canit̃ Et audi
unt v̇ba tua ⁊ non faciũt ea ⁊ cũ
venerit q̃d p̃dictũ est ecce em̃ ve
nit tũc scient q̃ ꝓphetes fuerit in
ter eos. ¶ Capitulũ. xxxiiij.

Et factũ est v̇bũ dñi ad me
dicẽs. Fili hoĩs ꝓpha de pa
storib⁹ isrl̃ ꝓpha ⁊ dices pastori
bus Hec dic̃ dñs de⁹ Ve pastori
bus isrl̃ qui pascebãt semetipõs
Nõne greges a pastoib⁹ pascũt̃

Lac comedebatis ⁊ lanis operiba
mini et qd crassum erat occideba
tis. gregē aūt meū nō pascebatis
Qd infirmū fuit nō ɔsolidastis ⁊
qd egrotū nō sanastis. Qd fractū
est nō alligastis ⁊ qd abiectū est
nō reduxistis ⁊ qd perieāt nō que
sistis. ꝫ cū austeritate impabatis
eis ⁊ cū potētia. Et dispse fūt oues
mee eo ꝙ non esset pastor ⁊ facte
fūt ī deuoracōez oīm bestiarū agri
⁊ dispse fūt. Errauerūt greges mei
in cūctis mōtibus ⁊ in vniuso col
le excelso ⁊ sup omnem fatiē terre
dispsi fūt greges mei et nō erat q̄
requireret. Nō erat inq̄ q̄ require
ret. Propterea pastores audite v̄
bum domini Viuo ego dicit dn̄s
deus qꝛ pro eo ꝙ facti sunt greges
mei in rapinā ⁊ oues mee in deuo
racōez oīm bestiarū agri eo ꝙ nō
essz pastor. neqꝫ em̄ quesierūt pa
stores gregez meū. ꝫ pascebāt pa
stores semetipsos ⁊ greges meos
nō pascebāt. ꝓpterea pastores au
dite verbū domini. Hec dicit dn̄s
deus. ecce egoip̄e sup pastores req̄
rā gregē meū de manu eoꝝ ⁊ cessa
re fatiā ut vltra nō pascāt gregez
meū nec pascant amplius pasto
res semetipsos. Et liberabo gregē
meū de ore eoꝝ ⁊ nō erūt eis ī escā
qꝛ hec dicit dn̄s deus. Ecce egoip̄e
requirā oues meas ⁊ visitabo eas
sicut visitat pastor gregem suū in
die quando fuerit in medio ouiū
suarū dissipatarum. Sic visitabo
oues meas ⁊ liberabo eas de oīb⁹
locis in quibus disperse fuerant
in die nubis ⁊ caliginis. Et educā
eas de populis ⁊ ɔgregabo eas de
terris ⁊ inducā eas in terraz suaz
⁊ pascaz eas in montibus isrl' in
riuis ⁊ in cūctis sedibus terre In
pascuis vberrimis pascam eas ⁊
in montibus excelsis israhel erunt
pascue eaꝝ. Ibi requiescent ī her
bis virentib⁹ ⁊ in pascuis pingui
bus pascent̄ sup montes isrl' Ego
pascam oues meas et ego eas ac
cubare fatiam dicit dn̄s deus. Qd
perierat requiraz ⁊ quod abiectū
erat reducā ⁊ quod ɔfractū fueāt
alligabo ⁊ quod infirmū fueāt cō
solidabo et quod pingue et forte
custodiā ⁊ pascam illas in iudicō
Vos āt greges mei. hec dicit dn̄s
deus Ecce ego iudico inter pecus ⁊
pecus arietū ⁊ hircoꝝ. Nōne satis
vobis erat pascua bona depasci.
Insup ⁊ reliq̄as pascuarū vestra
rū cōculcastis pedibus vr̄is ⁊ cū
purissimā aquā biberetis reliquā
pedib⁹ vestris turbastis. Et oues
mee hijs que ɔculcata pedib⁹ ve
stris fuerāt pascebāt̄ ⁊ que pedes
vr̄i turbauerāt hec bibebāt. Pro
pterea hec dicit dn̄s deus ad eos
Ecce egoip̄e iudico inter pecus pi
gue ⁊ macilentū. Pro eo ꝙ lateri
bus ⁊ humeris impingebatis ⁊
cornib⁹ vestris ventilabatis oīa
infirma pecora donec dispergerēt̄
foras saluabo gregē meū ⁊ nō eit
vltra in rapinaz ⁊ iudicabo inter
pecus ⁊ pecus. Et suscitabo sup eas
pastorē vnū qui pascat eas ꝑuuz
meū dauid ipse pascet eas ⁊ ipse
erit eis in pastorē. Ego autem do
minus ero eis in deum et seruus
meus dauid p̄nceps in medio eo
rū. Ego dominus locutus sum. Et
fatiā cū eis pactū pacis et cessare
fatiam bestias pessimas de terra.

Qui habitāt in deserto securi dor
miēt in saltib⁹ ⁊ ponaꝫ eos in cir
cuitu collis mei bn̄dictōeꝫ ⁊ dedu
cā ymbrē in tp̄e suo ⁊ pluuie bn̄
dictōis erūt. Et dabit lignū agri
fructū suū ⁊ terra dabit germen
suū ⁊ erūt in terra sua absq̄ tīore
Et scient q̄ ego dn̄s cū ꝯtriuero
cathenas iugi eoꝝ ⁊ eruero eos
de manu īpantiū sibi. Et nō erūt
vltra ī rapinā in gentib⁹ neq̄ be
stie terre deuorabūt eos sed hīta
būt ꝯfidēter absq̄ vllo terrore. Et
suscitabo eis germē noīatū ⁊ non
erūt vltra imminuti fame in t̄ra
neq̄ portabūt vltra obprobriuꝫ
gentiū. Et scient q̄ ego dn̄s deus
eoꝝ cū eis ⁊ ip̄i ꝓplus me⁹ dom⁹
isrl̄ ait dn̄s de⁹. Vos aūt greges
mei greges pascue mee homines
estis ⁊ ego dn̄s de⁹ vr̄ dic̄ dn̄s de⁹

Et fact⁹ est ser ¶ Ca·xxxv·
mo dn̄i ad me dicēs. Fili ho
mīs pone faciē tuā aduersū montē
seyr ⁊ ꝓphabis de eo ⁊ dices illi.
Hec dicit dn̄s de⁹. Ecce ego ad te
mons seyr ⁊ extēdaꝫ manū meā
sup te ⁊ dabo te desolatum atq̄ de
sertū. Vrbes tuas demoliar et tu
desert⁹ eris ⁊ scies q̄ ego dn̄s eo
q̄ fueris inimicus sēpit̄nus ⁊ cō
duseris filios isrl̄ ī man⁹ gladij
in tp̄e afflictōis eoꝝ in tp̄e iniq̄ta
tis extreme Propterea viuo ego
dicit dn̄s de⁹ qm̄ sāguini tradaꝫ
te ⁊ sāguis te ꝑsequet̄. Et cū san
guinē oderis sāguis ꝑsequet̄ te.
Et dabo montē seyr desolatū ⁊ de
sertū ⁊ auferā de eo euntē ⁊ redeū
tē ⁊ implebo montes ei⁹ occisorū
suoꝝ. In collib⁹ tuis ⁊ in vallibꝫ
tuis atq̄ ī torrētib⁹ interfecti gla
dio cadēt In solitudines sēpiter
nas tradā te ⁊ ciuitates tue non
habitabūtur. Et scietis q̄ ego do
min⁹ deus eoq̄ dixeris due gētes
⁊ due terre mee erūt ⁊ hereditate
possidebo eas cū domin⁹ eēt ibi.
Proptēa viuo ego dic̄ dn̄s deus
q̄ faciā iux̄ irā tuā ⁊ scd̄ꝫ zelū tuū
quē fecisti odio hn̄s eos ⁊ notas
effitiar ꝑ eos cū te iudicauero et
scies q̄ ego dn̄s. Audiui vniūsa
obprobria tua que locutus es de
mōtib⁹ isrl̄ dicēs. Deserti nobis
ad deuorādū dati sūt Et insurrexi
stis sup me ore vr̄o et derogastis
aduersū me. Verba vr̄a ego au
diui. Hec dicit dn̄s deus Letante
vniuersa terra ī solitudineꝫ te re
digā sicuti gauisus es sup heredi
tatē dom⁹ isrl̄ eo q̄ fuerit dissipa
ta. sic faciaꝫ tibi. Dissipatus eris
mons seyr ⁊ ydumea oīs ⁊ sciēt
q̄ ego dn̄s. ¶ Ca·xxxvi·

Tu autē fili homīs ꝓpha sup
mōtes isrl̄ ⁊ dices. Montes
isrl̄ audite v̄bū dn̄i Hec dicit do
min⁹ deus. Eo q̄ dixerit inimicus
de vobis euge altitudīes sēpit̄ne
in hereditatē date sūt nob̄. ꝓptēa
vaticinare ⁊ dic. Hec dic̄ dn̄s de⁹
Pro eo q̄ desolati estis ⁊ ꝯculcati
ꝑ circuitū ⁊ facti in hereditatē reli
quis gentib⁹ et ascēdistis sup la
biū lingue ⁊ obprobriū ꝓpli. ꝓpte
rea mōtes isrl̄ audite v̄bū dn̄i d̄i
Hec dicit dn̄s deus mōtib⁹ ⁊ col
lib⁹ torrētib⁹ vallibusq̄ et deser
tis parietinis ⁊ vrbib⁹ derelictis
que depopulate sūt et subsānate
a reliq̄s gentibꝫ ꝑ circuitū. ꝓptēa
hec dicit dn̄s de⁹ Qm̄ in igne zeli
mei locutus sū de reliq̄s gentibus

a de ydumea vniuersa que dederūt
terraz meā sibi i hereditatē cū gla
dio a toto corde a ex animo a eie
cerūt eaz ut vastarent·idcirco va
ticinare sup humū israhel a dices
montib9 a collib9 ingis a vallib9
Hec dicit dominus deus·Ecce ego
in zelo a in furore meo locutus sū
eo9 p confusionē gentiū sustinueritis·
Idcirco hec dicit dñs deus·Ego le
uaui manū meam ut gentes que
in circuitu vestro sūt ipse cōfusio
nē suam portent·vos autē montes
israhel ramos vestros germinetis
a fructū vestrū afferatis pplo meo
israhel· Prope enim est ut veniat
Quia ecce ego ad vos a cōuertar
ad vos a arabimini a accipietis
sementē a multiplicabo in vob9 ho
mines omnēq domum israhel· Et
habitabunt ciuitates et ruinosa
instaurabūt a replebo vos hoib9
a iumētis a multiplicabunt a cre
scent· Et habitare vos faciā sicut
a principio·tomisq donabo maio
rib9 q9 habuistis ab initio a scie
tis q ego dominus·Et adducā su
per vos homines populū meū isral
a hereditate possidebunt te Et eris
eis in hereditatē a nō addes vltra
ut absq eis sis Hec dicit dñs de9
Pro eo q dicūt de vob9 deuoratrix
hominū es a suffocans gentē tuā
pterea homines nō comedes am
plius a gētē tuā nō necabis vltē
ait dominus deus·Nec auditaz fa
tiam in te amplius confusionē gen
tium a obprobriū populorum ne
quaq portabis a gentē tuam nō
amittes amplius ait dominus de
us·Et factuz est verbū domini ad
me dicens·Fili homis domus isral
habitauerūt in humo sua a pollu
erūt eam in viis suis a in studijs
suis·Juxta immūditiaz menstrua
te facta est via eoz coram mea effu
di indignacōem meā sup eos pro
sanguine quē fuderunt sup terrā
Et in ydolis suis polluerūt eā et di
sperси eos in gentes a ventilati sūt
in terras iuxta vias eoz et adin
uencōnes eorū iudicaui eos·Et in
gressi sunt ad gentes ad quas in
troierūt a polluerūt nomē sanctū
meū cum diceretur de eis populus
dñi iste est a de terra eius egressi
sunt·Et peperci nomini sācto meo
quod polluerat domus israhel in
gentibus ad quas ingressi sunt·
Idcirco dices domui israhel· Hec
dicit dominus deus·Nō propter vos
ego faciā domus isrl'·sed propē nomē
sāctū meū q8 polluistis in gētib9
ad qs intrastis Et sanctificabo nomē
meū magnū q8 pollutū est inē gē
tes q8 polluistis in medio eaz ut
sciāt gētes qz ego dñs·dicit dñs
exercituū cū sāctificatus fuero in
vobis coram eis·Tollā quippe vos
de gētib9 a congregabo vos de vniu
sis terris a adducā vos in terraz
vestrā·Et effundā sup vos aquaz
mundā a mūdabimini ab oīb9
inquinamētis vīs a ab vniūsis
ydolis vīs mūdabo vos·Et dabo
vob9 cor nouū a spiritū nouū ponā
in medio vī Et auferam cor lapi
deū de carne vīa a dabo vobis cor
carneū a spm meū ponā in medio
vestri· Et faciā ut in pceptis meis
ambuletis a iuditia mea custodi
atis a operemini·Et habitabitis in
terra quā dedi pīb9 vīs a eritis
mihi i pplm a ego ero vob9 in deū·

Et saluabo vos ex vniuersis inq̃na
mẽtis vr̃is ⁊ vocabo frumentũ et
multiplicabo illud ⁊ nõ imponaꝫ
vobis famẽ. Et mltiplicabo fructũ
ligni et genimĩa agri ut nõ porte
tis vltra obprobriũ famis ĩ gen
tib⁹. Et recordabimĩ viarũ vr̃aꝝ
pessimaꝝ studiorũq; nõ bonoꝝ ⁊
displicebũt vob̃ iniq̃tates vr̃e et
scelera vr̃a. Non ꝓpter vos ego fa
ciã ait dñs deus. notũ sit vob̃. Cõ
fũdimĩ ⁊ erubescite sup viis vr̃is
dom⁹ israhel. Hec dicit dñs deus.
In die qua mũdauero vos ex oĩ
bus iniq̃tatib⁹ vr̃is ⁊ inhabitari
fecero vrbes et instaurauero rui
nosa et terra deſta fuerit exculta
que quondã erat desolata ĩ ocu
lis oĩs viatoris: dicẽt. Terra illa
inculta facta est ut ortus volupta
tis ⁊ ciuitates deſte ⁊ destitute at
q; suffosse munite sederũt Et sciẽt
gẽtes quecũq; derelicte fuerint in
circuitu vr̃o. qꝛ ego domin⁹ edifi
caui dissipata plãtauiq; inculta.
ego dñs locutus sim et fecerim.
Hec dicit dñs de⁹. Adhuc in hoc
inueniẽt me dom⁹ isrl̃ ut fatiam
eis. Multiplicabo eos sicut gregẽ
hoĩm ut gregẽ sãctũ ut gregeꝫ ihe
rusalẽ ĩ sollẽnitatib⁹ ei⁹. Sic erũt
cĩtates deſte plene gregibꝫ hoĩm
⁊ sciẽt qꝛ ego dñs. ¶ Ca. xxxvij.

Facta ẽ sup me man⁹ dñi et
eduxit me in spũ dñi ⁊ dimi
sit me in medio cãpi qui erat ple
nus ossib⁹ ⁊ circũduxit me ꝑ ea ĩ
girũ. Erãt autẽ multa valde super
faciẽ campi siccaq; vehemẽter. Et
dixit ad me. Fili hoĩs putasne vi
uent ossa ista. Et dixi. Dñe de⁹ tu
nosti. Et dixit ad me. Vaticinare
de ossibus istis. Et dices eis. Ossa
arida audite v̀bũ dñi. Hec dicit
dñs deus ossib⁹ hijs. Ecce ego in
tromittã in vos spm̃ ⁊ viuetis ⁊
dabo sup vos neruos ⁊ succrescẽ
faciã sup vos carnes ⁊ supextẽdã
in vobis cutẽ ⁊ dabo vobis spm̃ ⁊
viuetis ⁊ scietis qꝛ ego dñs. Et ꝓ
phetaui sicut p̃cepat mihi. Fact⁹
est autẽ sonitus ꝓphetãte me ⁊ ec
ce cõmotio. Et accesserũt ossa ad
ossa. vnũquodq; ad iũcturã suã
Et vidi et ecce sup ea nerui ⁊ car
nes ascẽderũt ⁊ extenta est in eis
cutis. desup ⁊ spm̃ nõ hẽbant. Et
dixit ad me. Vaticinare ad spm̃.
vaticinare fili hoĩs ⁊ dices ad spi
ritũ. Hec dicit dñs deus. A q̃tuor
ventis veni spũs ⁊ insuffla sup in
terfectos istos et reuiuiscãt. Et ꝓ
phetaui sicut precepat mihi et in
gressus ẽ in ea spũs ⁊ vixerũt ste
terũtq; sup pedes suos exercitus
grandis nimis valde ⁊ dixit ad
me Fili homĩs ossa hec vniũsa do
mus isrl̃ est. Ipsi dicũt. Aruerũt
ossa nr̃a ⁊ perijt spes nr̃a ⁊ abscisi
sum⁹. Proptẽa vaticĩare ⁊ dices
ad eos. Hec dicit dñs deus. Ecce
ego apiam tumulos vr̃os ⁊ edu
cã vos de sepulchris vr̃is popul⁹
meus ⁊ inducã vos in terrã isrl̃.
Et scietis qꝛ ego dñs cũ aperuero
sepulchra vr̃a ⁊ eduxero vos de
tumulis vr̃is popule meus ⁊ dede
ro spm̃ meũ in vobis et vixeritis.
Et requiescẽ vos faciã sup humũ
vr̃aꝫ ⁊ scietis qꝛ ego dñs locutus
sũ ⁊ feci ait dñs deus. Et fact⁹ est
sermo dñi ad me dicẽs. Et tu fili
hoĩs sume tibi lignũ vnũ ⁊ scribe
sup illud. iude ⁊ filioꝝ isrl̃ socijs

eius. Et tolle lignū alterꝝ et scribe
sup illd ioseph lignū effraim ⁊ cū
cte domus isrl' sotiorꝝqꝫ eiꝰ. Et ad
iūge illa vnū ad alterꝝ tibi in lig
nū vnū ⁊ erūt ī vnionē ī maū tua.
Cū aūt dixerint ad te filij ꝓpli tui
loquētes nōne indicas nob' q̄d ī
hijs tibi vel loqueis ad eos. Hec
dic' dn̄s deꝰ. Ecce ego assumaꝫ lig
nū ioseph qd' ē in maū effraim ⁊
tribꝰ isrl' q̄ sūt ei adiūcte et dabo
eas pit' cū ligno iuda ⁊ fatiā eas
in lignū vnū ⁊ erūt vnū ī maū eiꝰ
Erūt aūt ligna sup q̄ scripseris in
maū tua ī oculis eorꝝ et dices ad
eos. Hec dic' dn̄s deꝰ. Ecce ego as
sumā filios isrl' de medio nacōnū
ad q̄s abierūt ⁊ ꝯgregabo eos vn
diqꝫ ⁊ adducā eos ad humū suā
Et fatiā eos ī gētē vnā in t̄ra ī mō
tibꝰ isrl' ⁊ rex vnus erit oībꝰ impe
rās. Et non erūt vltra due gētes
nec diuidēt' amplius ī duo regna
Neqꝫ polluent' vltra in ydolis suis
⁊ abhoīacōibꝰ ⁊ cunctis iniq̄tati
bus suis ⁊ saluos eos fatiā de vni
uersis sedibꝰ suis ī q̄bꝰ peccauerūt
⁊ emūdabo eos. Et erūt m̄ ꝓpl's ⁊
ego ero eis deus et ꝑuus meꝰ dd
rex sup eos ⁊ pastor vnꝰ erit oīm
eorꝝ. In iudicijs meis ābulabūt
⁊ mandata mea custodiēt. fa iēt
ea Et habitabūt sup terrā quā de
di ꝑuo meo iacob in q̄ habitaue
rūt pr̄es vr̄i ⁊ habitabūt sup eaꝫ
ipsi ⁊ filij eorꝝ ⁊ filij filiorꝝ eorꝝ vs
qꝫ in sempit'nū et dd seruus meꝰ
princeps eorꝝ ī ꝑpetuū. Et ꝑcutiā
illis fedus pacis pactū sempiter
nū erit eis. Et fūdabo eos ⁊ multi
plicabo ⁊ dabo sāctificacōeꝫ meaꝫ
in medio eorꝝ in ꝑpetuum. Et erit

tabernaculū meū in eis et ero eis
deus ⁊ ipsi erūt mihi populus. Et
scient gentes qꝛ ego dn̄s sāctifica
tor isrl' cū fuerit sāctificatio mea
in medio eorum in perpetuum.

Et factus est ¶ Ca. xxxviij.
sermo dn̄i ad me dicēs Fili
hominis pone fatieꝫ tuā ꝯtra gog
et terraꝫ magog principē capitis
mosoch ⁊ tubal ⁊ vaticiare de eo
⁊ dices ad eū. Hec dicit dn̄s deus
Ecce ego ad te gog principeꝫ capi
tis mosoch ⁊ tubal. Et circūagaꝫ
te ⁊ ponā frenū in maxillis tuis ⁊
educā te ⁊ om̄eꝫ exercitū tuū eq̄s
⁊ equites vestitos loricis vniūsos
mlt'itudinē magnā hastā ⁊ dipeū
⁊ arripientiū gladiū. Perse ethi
opes ⁊ libies cū eis om̄es scutati ⁊
galeati. Gomer ⁊ vniūsa agmina
eius domus togorma latera aq̄lo
nis ⁊ totū robur eiꝰ. populiqꝫ mlt
ti tecū. Prepa ⁊ instrue te ⁊ om̄eꝫ
multitudinē tuā que coaceruata ē
ad te ⁊ esto eis in preceptū Post
dies multos visitaberis. In nouis
simo annorꝝ venies ad terrā que
reūsa est a gladio cōgregata ē de
popul' multis ad mōtes israhel q̄
fuerūt deꝑti iugiter Hec de popul'
educta est ⁊ habitabūt ī ea ꝯfidē
ter vniuersi. Ascēdes aūt quasi tē
pestas venies ⁊ q̄si nubes ut operi
rias terrā tu ⁊ oīa agmina tua et
populi multi tecū Hec dic' dominꝰ
deus. In die illa ascendent sermo
nes super cor tuum ⁊ cogitabis co
gitationem pessimaꝫ ⁊ dices. Ascē
dam ad terram absqꝫ muro. Ve
nient ad quiescentes habitantes
qꝫ secure omnes habitabant sine
muro. Vectes ⁊ porte non sūt eis.

Vt diripias spolia ⁊ inuadas p̄
dā·ut inferas manū tuā sup eos
qui deserti fuerāt ⁊ postea restitu
ti ⁊ sup populū qui est ɔgregat⁹
ex gentib⁹ qui possidē cepit ⁊ eē
habitator vmbilici terre Saba ⁊
dedan ⁊ negotiatores tharsis et
oēs leones eius dicēt tibi·Nūq̄d
ad sumēda spolia tu venis ⁊ Ecce
ad diripiēdaꝫ p̄dā ɔgregasti mł
titudinē tuā ut tollas argentū ⁊
auꝝ·auferas suppellectilem atq̄
sb̄am ⁊ diripias manubias īfini
tas·Proptēa vaticinare fili hoīs
⁊ dices ad gog·Hec dic̄ dn̄s de⁹·
Nūquid nō in die illo cū habita
uerit popul⁹ meus isrł cōfidēter
scies et veīes tu de loco tuo a late
ribus aq̄lonis tu et populi multi
tecū ascēsores equoꝝ vniūsi·cet⁹
magn⁹ et exercitus vehemēs ⁊ Et
ascēdes sup populū meū isrł qua
si nubes ut opias terrā·In nouis
simis dieb⁹ eris ⁊ adducā te sup
terrā meaꝫ ut sciāt gentes me cū
sāctificat⁹ fuero in te in oculis eo
rū o gog·Hec dic̄ dn̄s de⁹·Tu g̊
ille es de quo locutus sū in dieb⁹
antiquis in manu seruoꝝ meoꝝ
ꝓphaꝝ isrł qui ꝓphauerēt ī diebꝫ
illoꝝ temporꝝ ut adducerē te sup
eos·Et erit in die illa·in die aduē
tus gog sup terrā isrł ait dn̄s de
us·ascendet indignatio mea ī fu
rore meo ⁊ ī zelo meo·In igne ire
mee locut⁹ sū·quia in die illa erit
cōmotio magna sup terrā isrł ⁊
cōmouebūtur a facie mea pisces
maris ⁊ volucres celi ⁊ bestie agri
et om̄e reptile q̄d mouet̄ sup hu
mū cūctiq̄ hoīes qui sūt sup faciē
terre·Et subūtent̄ montes ⁊ cadēt
sepes ⁊ oīs mur⁹ corruet in terrā
Et ɔuocabo adūsus eū in cunctis
mōtib⁹ meis gladiū ait dn̄s de⁹
Gladius vniuscuiusq̄ in fratreꝫ
suū dirigeť Et iudicabo eū peste ⁊
sanguīe ⁊ ymbre vehemēti et lapi
dib⁹ immēsis Ignem ⁊ sulphur
pluā sup eū ⁊ sup exercitū eius ⁊
sup populos multos qui sūt cum
eo·Et magnificabor ⁊ sāctificabor
⁊ notus ero in oculis multaꝝ gē
tiū ⁊ scient quia ego sū dominus

Tu aūt fili hoīs ¶ Ca·xxxix·
vaticinare aduersū gog et
dices·Hec dicit dn̄s de⁹·Ecce ego
super te gog p̄ncipem capitis mo
soch ⁊ tubal·Et circumagā te et
educā te ⁊ ascēdere te faciā de late
ribus aquilonis ⁊ adducaꝫ te su
per mōtes isrł Et ꝑcutiā arcū tuū
in manu sinistra tua et sagittas
tuas de manu dextera tua·Deiciā
te sup mōtes isrł ⁊ cades tu ⁊ oīa
agmina tua ⁊ populi tui qui sūt
tecū·Feris·auib⁹·omniq̄ volati
li ⁊ bestijs terre dedi te ad deuorā
dū·Sup faciez agri cades·q̄ ego
locutus sū ait dn̄s deus Et immit
tā ignē in magog ⁊ in hijs q̄ ha
bitāt in insulis ɔfidēter ⁊ sciēt q̄
ego dn̄s·Et nomen sāctū meū no
tū faciā in medio populi mei isrł
⁊ nō polluā nomē sāctū meū am
plius ⁊ scient gentes q̄ ego dn̄s
sanct⁹ isrł·Ecce venit et factū est
ait dn̄s deus·Hec est dies de qua
locut⁹ sū·Et egredietur habitato
res de ciuitatib⁹ isrł et succēdent
⁊ cōburēt arma clipeū ⁊ hastas·
arcū ⁊ sagittas ⁊ baculos manuū
⁊ contos et succēdent ea igni sep
tē annis·Et nō portabūt ligna de

regionib⁹. neq; succidēt de saltib⁹
qm̄ arma succēdēt igni ⁊ depreda
bunt̄ eos quib⁹ p̄de fuerāt ⁊ diri
piēt vastatores suos ait dn̄s de⁹
Et erit ī die illa dabo gog locū no
minatū sepulchꝝ in isrl̄ vallē vi
atoꝝ ad orientē maris q̄ obstupe
scere fatiet p̄tereūtes. Et sepelient
ibi gog ⁊ om̄ez multitudinē eius
⁊ vocabit̄ vallis mltitudinis gog
⁊ sepeliēt eos domus israhel ⁊ mū
dent terrā septē mēsibus Sepeliet
autez eū oīs ꝓplus terre ⁊ erit eis
noīata dies in qua glorificatus sū
ait dn̄s deus. Et viros iugiter cō
stituēt lustrantes terrā q̄ sepeliāt
⁊ requirāt eos q̄ remāserāt sup fa
tiē terre ut emūdent eā. Post mē
ses aūt septē querere incipient ⁊
circuibūt pagrantes terrā. Cūq;
viderint os hominis statuēt iuxta
illud titulum donec sepeliāt illud
pollinctores in valle multitudinis
gog. Nomē aūt ciuitatis amona
⁊ mūdabūt terrā Tu ergo fili ho
minis hec dicit dn̄s deus. Dic om
ni volucri ⁊ vniūsis auib⁹ cunctis
q; bestijs agri. Cōuenite ꝓperate
ꝯcurrite vndiq; ad victimā meā
quā ego ymolabo vobis. victiaz
grandē sup mōtes israhel ut ꝯme
datis carnes ⁊ bibatis sanguinē
Carnes fortiū ꝯmedetis ⁊ sangui
nē p̄ncipū terre bibetis: arietuz ⁊
agnoꝝ ⁊ hircoꝝ thauroꝝq; ⁊ al
tiliū ⁊ pinguiū oīm. Et comedetis
adipē in saturitatē ⁊ bibetis sāgui
nē in ebrietatē de victīa quā ego
ymolaui vobis ⁊ saturabimini su
per mēsaz meā de eq̄ ⁊ de eq̄te for
ti ⁊ de vniūsis viris bellatoribus
ait dn̄s deus. Et ponā gloriā meaz
in gentib⁹ ⁊ videbūt om̄es gētes
inditiū meū qd̄ fecerim et manū
meā quā posuerim sup eos et sci
ent domus israhel q̄ ego dn̄s de⁹
eoꝝ a die illa et deinceps. Et sciēt
gentes quoniā in iniq̄tate sua ca
pta sit dom⁹ israhel ⁊ q̄ dereliquе
rint me ⁊ absconderim fatiē meaz
ab eis ⁊ tradiderim eos ī manus
hostiū ⁊ ceciderint in gladio vniū
si. Juxta immūditiaz eoꝝ ⁊ scelus
feci eis ⁊ abscōdi fatiē meaz ab il
lis. Propterea hec dicit dn̄s deus.
Nūc reducā captiuitatem iacob ⁊
miserebor om̄is domus israhel. Et
assumā zelū ꝓ noīe sācto meo et
portabūt ꝯfusionē suā ⁊ om̄ez pre
uaricacōem quaz p̄uaricati sūt in
me cū habitauerīt ī terra sua ꝯfi
denter neminē formidātes ⁊ redu
xero eos de populis ⁊ ꝯgregauero
de t̄ris inimicoꝝ suoꝝ ⁊ sanctifica
tus fuero in eis ī oculis gētiū plu
rimarū. Et sciēt q̄ ego dn̄s de⁹ eo
rū eo q̄ trāstulerim eos in nacōes
⁊ ꝯgregauero eos sup terraz suaz
⁊ nō dereliquerim quēq̄ ex eis ibi
Et nō abscondā vltra faciē meā
ab eis eo q̄ effuderim spiritū meū
sup oēz domū isrl̄ ait dn̄s deus.
In vigesimoq̄nto anno ¶ Ca. xl.
tn̄smigr̄cōnis nr̄e in exordio anni
decima mensis quartodecimo an
no postq̄ ꝑcussa est ciuitas in ip
sa hac die facta est sup me man⁹
domini ⁊ adduxit me illuc in visi
onibus dei. Adduxit me in terraz
isrl̄ ⁊ dimisit me sup montē excel
sū nimis sup quē erat quasi edifi
tiū ciuitatis vergentis ad austrū
et introduxit me illuc. Et ecce vir
cuius erat speties q̄si speties eris.

et fumicul⁹ lineus in manu ei⁹ et
calam⁹ mēsure in manu ei⁹. Sta
bat aūt in porta ⁊ locutus est ad
me idē vir. Fili hominis vide oculis
tuis ⁊ auribꝰ tuis audi ⁊ pone cor
tuū in oīa que ego oñdaꝝ tibi. qꝛ
ut ostēdant tibi adductꝰ es huc
Annūcia oīa que tu vides domui
isrl. Et ecce murꝰ forinsecꝰ in cir
cuitu domꝰ vndiqꝫ ⁊ in manu vi
ri calamꝰ mensure sex cubitoꝝ et
palmo. Et mensus est latitudinē
edificij calamo vno. altitudinez
q̄ calamo vno. Et venit ad portā
que respiciebat viā orientalez et
ascēdit p gradus ei⁹. Et mensus
est limen porte calamo vno lati
tudinē id est limen vno calamo
vno i latitudine ⁊ thalamū vno
calamo in longū et vno calamo
in latū ⁊ inter thalamos q̄nq; cu
bitos ⁊ limen porte iuxta vesti bu
lū porte intrinsecus calamo vno.
Et mēsus est vestibulū porte octo
cubitoꝝ ⁊ frontē eius duob⁹ cu
bitis. Vestibulū autez porte erat
intrinsecus. Porro thalami porte
ad viā orientalē tres hinc ⁊ tres
inde. mensura vna triū ⁊ mēsura
vna frontiū ex vtraq; pte. Et mē
sus ē latitudinez limini porte decē
cubitoꝝ ⁊ longitudinez porte tre
decim cubitoꝝ ⁊ marginē añ tha
lamos cubiti vnⁱ ⁊ cubitꝰ vnⁱ fi
nis vtrimq; Thalami aūt sex cu
bitoꝝ erāt hinc et inde. Et mēsus
est portā a tecto thalami vsq; ad
tectū eius latitudinē vigintiq̄nq;
cubitoꝝ: ostiū coīi ostiū. Et fecit
frōtes p sexaginta cubitos ⁊ ad
frōtez atriū porte vndiqꝫ p circui
tū ⁊ ante faciē porte q̄ ptingebat
vsq; ad faciē vestibuli porte inte
rioris q̄nquaginta cubitos et fe
nestras aliquas i thalamis ⁊ in
frōtib⁹ eoꝝ que erāt intra portā
vndiqꝫ p circuitū. Sicut aūt erāt
et in vestibulis fenestre p giꝝ in
trinsecus ⁊ añ frontes pictura pal
maꝝ. Et eduxit me ad atriū exte
rius et ecce gazophilatia ⁊ paui
mentū stratū lapide in atrio p cir
cuitū. Triginta gazophilatia in
circuitu pauimēti ⁊ pauimētū in
fronte portaꝝ sedz longitudinez
portaꝝ erat inferi⁹. Et mēsus ē la
titudinē a facie porte inferioris vs
q; ad frontē atrij interioris extrinsecus centū cubitos ad orientē et
aquilonē. Portaꝝ vero que respi
ciebat viā aquilonis atrij exteri
oris mensus ē tā in longitudie q̄m
in latitudie ⁊ thalamos ei⁹ tres
hinc ⁊ tres inde ⁊ frontē ei⁹ et ve
stibulū ei⁹ sedz mensurā porte pri
oris q̄nquaginta cubitoꝝ longi
tudinē eius ⁊ latitudinē viginti
q̄nq; cubitoꝝ. Fenestre aūt eius
⁊ vestibulū ⁊ sculpture sedz mēsu
rā porte que respiciebat ad orien
tē ⁊ septē graduū erat ascensus
eius Et vestibulū ante eā ⁊ porta
atrij interioris contra portā aq̄lonis
⁊ orientalē. Et mensus est a porta
vsq; ad portam centū cubitos. Et
eduxit me ad viā australē ⁊ ecce
porta que respiciebat ad austrū
Et mensus est frontē eius ⁊ vesti
bulū eius iuxta mensuras supio
res ⁊ fenestras ei⁹ ⁊ vestibula in
circuitu sic fenestras ceteras q̄n
quaginta cubitoꝝ longitudie ⁊
latitudie vigintiq̄nq; cubitoꝝ ⁊
in gradib⁹ septē ascēdebat ad eā

Et vestibulū añ fores eius et cela
te palme erāt vna hinc ⁊ altera ī
de in frōte eius ⁊ porta atrij interi
oris in via australi. Et mēsus ē a
porta vsq; ad portā in via austra
li cētū cubitos. Et introduxit me ī
atriū interioris ad portā australē
⁊ mēsus est portā iux̄ mēsuras su
peiores thalamū eius ⁊ frōtē ei⁹
et vestibulū eius hijsdē mēsuris
⁊ fenestras vestibuloꝝ eius ī cir
cuitu quinq̄ginta cubitos lōgitu
dinis ⁊ latitudīs vigītiqn̄q; cubi
tos ⁊ vestibulū ꝑ gyrū lōgitudīe
vigītiqn̄q; cubitoꝝ ⁊ latitudīe qn̄
q; cubitoꝝ. Et vestibulū eius ad
atriū exteri⁹ ⁊ palmas ei⁹ ī frōte
⁊ octo ḡd⁹ erāt q̄b⁹ ascēdebat̄ ꝑ
eā Et ītroduxit me ī atriū interius
per viā orientalē ⁊ mēsus ē portā
scd̄m mēsuras supiores thalamū
eius ⁊ frōtē eius ⁊ vestibula eius
sicut supra ⁊ fenestras eius ⁊ vesti
bulū ī circuitu lōgitudine qn̄q̄gī
ta cubitoꝝ ⁊ latitudine vigītiqn̄
q; cubitorū ⁊ vestibulū eius id ē
atrij exterioris ⁊ palme celate in
frōte eius hinc ⁊ inde ⁊ ī octo ḡdi
bus ascēsus ei⁹. Et introduxit me
ad portaz q̄ respitiebat ad aq̄lo
nē. Et mēsus ē scd̄m mēsuras supi
ores thalamū ei⁹ ⁊ frōtē eius et
vestibulū eius ⁊ fenestras ei⁹ per
circuitū lōgitudīe quinq̄ginta cu
bitorū ⁊ latitudine vigītiqn̄q; cu
bitorū ⁊ vestibulū ei⁹ respitiebat
ad atriū exterius et celatura pal
marū in frōte ei⁹ hinc ⁊ inde ⁊ in
octo ḡdib⁹ ascēsus ei⁹ et ꝑ singu
la gazophilacia ostiū in frōtib⁹
portaꝝ. Ibi lauabūt holocaustū.
Et ī vestibulo porte due mēse hīc
⁊ due mense inde ut ymoletur su
per eas holocaustū ⁊ ꝓ peccato ⁊
ꝓ delicto. Et ad latus exterius qd̄
ascēdit ad ostiū porte que pergit
ad aquilonē due mēse ⁊ ad latus
alterū ante vestibulum porte due
mense. Quatuor mēse hinc ⁊ qua
tuor mēse inde ꝑ latera porte octo
mense erāt sup quas ymolabāt
Quatuor aūt mense ad holocau
stum de lapidibus q̄dris extructe
lōgitudine cubiti vni⁹ et dimidij
⁊ latitudine cubiti vni⁹ ⁊ dimidij
⁊ altitudine cubiti vni⁹ super q̄s
ponāt vasa in quib⁹ ymolat̄ ho
locaustū ⁊ victīa. Et labia earum
palmi vni⁹ reflexa intrinsecus ꝑ
circuitū. Sup mēsas autez carnes
oblationis. Et extra portā interio
rē gazophilatia cātoꝝ ī atrio īte
riori qd̄ erat ī latere porte respici
entis ad aq̄lonē ⁊ faties eoꝝ ɔtr̄
viaz australē vna ex latere porte
orientalis q̄ respitiebat ad viam
aq̄lonis. Et dixit ad me. Hoc est
gazophilatiū qd̄ respicit viā me
ridianā sacerdotū q̄ excubā ti stu
dijs. tēpli porro gazophilatiū qd̄
respicit ad viā aq̄lonis sacerdotū
erit q̄ excubāt ad ministeriū alta
ris. Isti sūt filij sodoch q̄ accedūt
de filijs leui ad dn̄m ut ministrent
ei. Et mēsus ē atriū lōgitudīe cētū
cubitoꝝ et latitudine cētū cubito
rū ꝑ q̄dꝝ ⁊ altaē añ fatiē tēpli Et ī
troduxit me ī vestibulū tēpli ⁊ mē
sus ē vestibulū qn̄q; cubitis hīc
⁊ quinq; cubitis inde ⁊ latitudīez
porte trium cubitoꝝ hinc et triū
cubitorum inde. longitudinez au
tem vestibuli viginti cubitorum
⁊ latitudinem vndecim cubitorū.

Et octo gradib⁹ ascēdebat̄ ad eā
et colūne erant in frontib⁹ vna
hinc ⁊ altera inde. ¶ Ca. xli.

Et introduxit me in templū
et mēsus est frōtes sex cubi
tos latitudīs hinc ⁊ sex cubitos
latitudīs inde. Latitudo tab̄naculi
⁊ latitudo porte decem cubitorū
erat et latera porte qn̄q; cubitis
hinc ⁊ qn̄q; inde. Et mēsus est lō
gitudinē ei⁹ q̄draginta cubitorū
⁊ latitudinē viginti cubitoꝝ. Et
introgressus intr̄sec⁹ mēsus est
in frōte porte duos cubitos ⁊ por
tā sex cubitoꝝ ⁊ latitudinē porte
septē cubitoꝝ. Et mēsus est lōgi
tudinē ei⁹ vigīti cubitoꝝ ⁊ latitu
dinē viginti cubitoꝝ añ faciē tē
pli. Et dixit ad me. Hoc ē sāctūsā
ctoꝝ. Et mēsus est pietē dom⁹ sex
cubitoꝝ et latitudīē lateris q̄tu
or cubitoꝝ vndiq; p circuitū do
mus. Latera aūt latus ad latus
bis trigintatriū. Et erāt īminētia
que ingrederētur p pietē dom⁹ in
laterib⁹ p circuitū ut ɔtinerēt et
nō attīgerent pietē tēpli. Et pla
tea erat ī rotundū ascēdens sursū
p codeā ⁊ in cenaculū tēpli defere
bat p giꝝ. Idcirco latius erat tē
plū in supioribꝰ ⁊ sic de īferioribꝰ
ascēdebat̄ ad supiora ⁊ ī mediū.
Et vidi ī domo altitudinē p circui
tū fūdata latera ad mēsurā cala
mi sex cubitoꝝ spacō ⁊ latitudīē
p pietē lateris forinsec⁹ qn̄q; cu
bitoꝝ. Et erat interior dom⁹ ī late
ribus domus Et inter gazophila
tia latitudīe viginti cubitoꝝ ī cir
cuitu dom⁹ vndiq;. Et ostiū late
ris ad orōnē. ostiū vnū ad viaꝫ
aquilonis ⁊ ostiū vnū ad viā au
stralē ⁊ latitudīē loci ad orōnē
qn̄q; cubitoꝝ in circuitu. Et edifi
tiū qd̄ eāt sepatū versūq; ad viā
respitientē ad mare latitudīs sep
tuagīta cubitoꝝ. pies āt edificij
qn̄q; cubitoꝝ latitudinis p circu
itū ⁊ longitudo eius nonagīta cu
bitoꝝ. Et mēsus est domus longi
tudinē centū cubitoꝝ et qd̄ sepa
tū erat edifitiū ⁊ pietes ei⁹ longi
tudinis centū cubitoꝝ. Latitudo
aūt añ faciē dom⁹ et eius qd̄ erat
sepatū coñ orientē septē cubitoꝝ
Et mēsus est longitudīē edificij
coñ faciē eius qd̄ erat sepatū ad
dorsū ekthetas ex vtraq; pte cētū
cubitoꝝ ⁊ templū interi⁹ et vesti
bula atrij limīa ⁊ fenestras obli
quas ekthetas in circuitu p tres
ptes ɔtra vniuscuiusq; limē stra
tūq; ligno p girū in circuitu. Ter
ra aūt vsq; ad fenestras et fene
stre clause sup ostia ⁊ vsq; ad do
mū īteriorē ⁊ forinsec⁹ p oēꝫ pietē
ī circuitu intr̄sec⁹ ⁊ forīsec⁹ ad mē
surā ⁊ fabrefacti cherubim et pal
me. Et palma inter cherub et che
rub. Duasq; faties hēbat cherub.
faciē hoīs iux̄ palmā ex hac par
te ⁊ fatiē leonis iux̄ palmā ex alia
parte exp̄ssaꝫ. Per oēm domū in
circuitu de terra vsq; ad supiora
porte. cherubim et palme celate
erāt ī piete tēpli. Limen quadrā
gulū ⁊ facies sanctuarij aspectus
coñ aspectū Altaris lignei triū cu
bitoꝝ altitudo ⁊ lōgitudo ei⁹ duo
rū cubitoꝝ ⁊ anguli eius ⁊ longi
tudo eius ⁊ pietes ei⁹ lignei. Et lo
cutus est ad me. Hec est mēsa co
rā dn̄o Et duo ostia erāt in tēplo
⁊ in sāctuario et in duob⁹ ostijs

ex vtraq; pte bina erāt ostiola q̄
in se īuicē plicabāt. Bīa em̄ ostia
erant ex vtraq; pte ostiorū. Et ce
lata erāt ī ipsis ostijs tēpli cheru
bim ⁊ sculptura palmaꝝ sicut in
parietib⁹ q̄ expssa erāt. Quaꝫ ob
rem ⁊ grossiora erāt lig̃ in vestibu
li fronte forinsecus sup q̄ fenestre
oblique ⁊ similitudo palmaꝝ hīc
atq; inde in humerulis vestibuli
scd̄m latera domus latitudinem
q; parietum. ¶ Ca. xlij.

Et eduxit me ī atriū exteri⁹
p viā ducētē ad aquilonē.
Et eduxit me in gazophilatiū qd̄
erat ɔtra sepatū edifitiū et cōtra
edem v̄gētē ad aq̄lonē in facie lō
gitudinis cētū cubitos ostij aq̄lo
nis et latitudinis quinq̄ginta cu
bitos ɔtra viginti cubitos atrij ī
terioris ⁊ ɔtra pauimētū stratū la
pide atrij exterioris vbi erat porti
cus iūcta porticui triplici. Et ante
gazophilatia deambulatio decez
cubitoꝝ latitudinis ad interiora
respitiēs vie cubiti vni⁹. Et ostia
eaꝝ ad aq̄lonē vbi erāt gazophi
latia in supioribꝰ humiliora quia
sb̄portabāt porticus q̄ ex illis emi
nebāt de inferioribꝰ et de medijs
edificij. Tristega enim erāt ⁊ nō
habebāt colūnas sicut erāt colū
ne atriorū. Propterea eminebāt
de inferioribꝰ ⁊ de medijs a terra
cubitis quinq̄ginta. Et perybolus
exteior scd̄m gazophilatia q̄ erāt
in via atrij exterioris añ gazophi
latia. Lōgitudo ei⁹ qn̄quagīta cu
bitoꝝ. q̄ lōgitudo erat gazophi
latioꝝ atrij exterioris quinq̄gīta
cubitoꝝ et lōgitudo añ fatiē tēpli
ꝯtū cubitoꝝ. Et erat subter gazo
philatia hec introitus ab oriente
ingrediētiū in ea de atrio exterio
ri ī latitudine peryboli atrij quod
erat cōtra viaꝫ orientalē in fatieꝫ
edificij sepati. Et erāt añ edifitiū
gazophilatia ⁊ via ante fatiē eo
rū iuxta similitudineꝫ gazophila
tioꝝ q̄ erant ī via aq̄lonis Scd̄m
lōgitudinē eoꝝ sic ⁊ latitudo eoꝝ
⁊ oīs introitus eoꝝ ⁊ silitudines
et ostia eoꝝ scd̄m ostia gazophi
latioꝝ que erāt in via respitiente
ad austrū. Ostiū ī capite vie que
erat ante vestibulū sepatū p viā
orientalē ingrediētib⁹ Et dixit ad
me. Gazophilatia aq̄lonis et ga
zophilatia austri q̄ sūt ante edifi
tiū sepatū. hec sunt gazophilatia
sancta in q̄b⁹ vescūt sacerdotes q̄
appropinquāt ad dn̄m in scāsan
ctoꝝ. Ibi ponēt scāsāctoꝝ ⁊ obla
tionē ꝓ pctō ⁊ ꝓ delicto. Loc⁹ em̄
sāct⁹ ē. Cū aūt ingressi fuerīt sac
dotes non egredient̄ de sanctis in
atriū exterius Et ibi reponēt vesti
mēta sua in q̄b⁹ ministrāt. q̄ scā
sūt vestient̄q; vestimentis alijs ⁊
sic ꝓcedēt ad ꝓplm. Cūq; ɔplesset
mēsuras domus interioris eduxit
me p viam porte q̄ respitiebat ad
viam orientalē ⁊ mēsus est eā vn
diq; p circuitū. Mensus est āt cō
tra vētū orientalē calamo mēsuē
quīgētos calamos in calamo mē
sure p circuitū Et mēsus est cōtra
vētū aquilōis quīgētos calamos
in calamo mēsure p gyꝝ Et ad vē
tū australem mēsus est quingen
tos calamos in calamo mensure
per circuitū. Et ad ventū occidēta
lem mēsus ē quingētos calamos
in calamo mensure. Per quatuor

ventos mensus est longitudinē
qn̄gentoꝝ cubitoꝝ ⁊ latitudinē
qn̄gentoꝝ cubitoꝝ. Et murus di
uidit int̄ sāctuariū et vulgi locū.
Et duxit me ad ¶ Ca. xliij.
portam que respiciebat ad
viā oriētalē. Et ecce gloria dei isrl̄
ingrediebat̄ ꝑ viā oriētalē ⁊ vox
erat ei q̄si vox aq̄ꝝ multaꝝ ⁊ tra
splendebat a maiestate ei⁹. Et vi
di visionē scd̄z spēm quā videraz
qn̄ venit ut disp̄deret ciuitatez et
spēs scd̄z aspectū quē viderā iuxta
fluuiū chobar. Et cecidi sup faciē
meā Et maiestas dn̄i ingressa est
tēplū per viā porte q̄ respiciebat
ad orientē Et eleuauit me spūs ⁊
introduxit me in atriū exteri⁹. Et
ecce repleta erat gloria dn̄i dom⁹
Et audiui loqn̄tē ad me de domo
Et vir q̄ stabat iuxta me dixit ad
me. Fili hoīs locus solij mei et lo
cus vestigioꝝ pedū meoꝝ vbi hī
to in medio filioꝝ isrl̄ ī eternū.
Et n̄ polluet vltra dom⁹ isrl̄ nom̄
meū sanctū ipi ⁊ reges eoꝝ in for
nicacōib⁹ suis ⁊ in ruinis regum
suoꝝ ⁊ ī excelsis qui fabricati sūt
limē suū iuxta limē meū ⁊ postes
suos iuxta postes meos ⁊ murus
erat int̄ me ⁊ eos. Et polluerūt no
men sāctū meū in abhoīnacōib⁹
quas fecerūt ꝓpter qd̄ ꝯsūpsi eos
in ira mea Nūc ergo repellāt pro
cul fornicacōez suā ⁊ ruinas regū
suoꝝ a me ⁊ hītabo ī medio eorū
semp. Tu ergo fili hoīs oñde do
mui isrl̄ templū ⁊ confūdant̄ ab
iniq̄tatib⁹ suis ⁊ meditētur fabri
cā ⁊ erubescāt ex oībus q̄ fecerūt
Figurā dom⁹ ⁊ fabrice eius. exit⁹
⁊ introit⁹ et oēm descripcōez ei⁹
⁊ vniūsa p̄cepta ei⁹ cūctūq̄ ordi
nē eius ⁊ oēs leges ei⁹ oñde eis ⁊
scribe ī oculis eoꝝ ut custodiant
oēs descripcōes ei⁹ et p̄cepta illi⁹
⁊ fatiāt ea. Ista est lex dom⁹ in sū
mitate montis. Om̄es fines ei⁹ in
circuitu. sanctū sāctoꝝ est. Hec ē
ergo lex dom⁹. Iste aūt mēsure al
taris in cubito verissimo q̄ hēbat
cubitū ⁊ palmū. In sinu ei⁹ erat
cubit⁹ ⁊ cubit⁹ in latitudīe ⁊ defi
nitio ei⁹ vsq̄ ad labiū ei⁹ ⁊ in cir
cuitu palm vni⁹. Hecq̄ eāt fossa
altaris Et de sinu terre vsq̄ ad cre
pidīez nouissimā duo cubiti ⁊ la
titudo cubiti vni⁹ ⁊ a crepidīe mi
nore vsq̄ ad crepidīez maiorez q̄
tuor cubiti ⁊ latitudo cubiti vni⁹.
Ip̄e aūt ariel q̄tuor cubitoꝝ ⁊ ab
ariel vsq̄ ad sursū cornua q̄tuor.
Et ariel duodecim cubitoꝝ in lon
gitudīe ꝑ duodecim cubitos lati
tudinis q̄drāgulatū equis lateri
bus. Et crepido q̄tuordecim cubi
toꝝ longitudinis per q̄tuordecim
cubitos latitudinis in q̄tuor āgu
lis eius et corona in circuitu eius
dimidij cubiti et sinus eius vni⁹
cubiti ꝑ circuitū. Gradus aūt ei⁹
versi ad orientē. Et dixit ad me.
Fili hoīs hec dicit dn̄s de⁹. Hij sūt
ritus altaris in quacūq̄ die fuerit
fabricatū ut offerat̄ sup illud ho
locaustū ⁊ effūdat̄ sāguis. Et da
bis sacerdotib⁹ ⁊ leuitis qui sunt
de semine sadoch qui accedūt ad
me ait dn̄s deus ut offerāt mihi
vitulū de armēto ꝓ pctō. Et assu
mens de sāguine ei⁹ pones super
q̄tuor cornua eius ⁊ sup q̄tuor an
gulos crepidinis ⁊ sup coronam
in circuitu et mundabis illud et

expiabis. Et tolles vitulū qui ob
latus fuerit ꝓ pctō ⁊ cōbures eū
in sepato loco domus extra sāctu
ariū. Et ī die secūda offeres hircū
caprarū immaculatū ꝓ pctō ⁊ ex
piabūt altare sicut expiauerūt in
vitulo. Cūq; ꝯpleueris expiās il
lud offeres vitulū de armento im
maculatū ⁊ arietē de grege imma
culatū ⁊ offeres eos in ꝯspcū dñi.
Et mittent sacdotes sup eos sal ⁊
offerēt eos in holocaustū domino
Septē diebus faties hircū ꝓ pctō
quotidie ⁊ vitulū de armēto ⁊ ari
etē de pecoribꝰ immaculatos offe
rent. Septē diebꝰ expiabūt alta
re ⁊ mūdabūt illud ⁊ implebunt
manū eius. Expletis aūt diebꝰ in
die octaua ⁊ vltra fatient sacerdo
tes sup altare holocausta vr̄a ⁊ q̄
ꝓ pace offerūt ⁊ placatus ero vo
bis ait dñs deus. ¶ Ca. xliiij

Et ꝯuerti me ad viā porte sā
ctuarij exterioris que respici
ebat ad orientē et erat clausa. Et
dixit dñs ad me Porta hec clausa
erit ⁊ nō apietur ⁊ vir nō tr̄nsibit
per eam. quoniā dñs deus israhel
ingressus est ꝑ eam. eritq; clausa
principi Princeps ipse sedebit in
ea ut ꝯmedat panem coraꝫ dño.
Per viā porte vestibuli ingredie
tur ⁊ per viam eius egredietur Et
adduxit me ꝑ viam porte aquilo
nis in ꝯspectu domus ⁊ vidi ⁊ ecce
impleuit gloria dñi domū dñi. Et
cecidi in fatiē meam ⁊ dixit ad me
dñs. Fili hominis pone cor tuū ⁊
vide oculis tuis et auribꝰ tuis au
di oīa q̄ ego loq̄r ad te de vniuer
sis cerimonijs domus dñi ⁊ de cū
ctis legibꝰ eius. Et pones cor tuū
in vijs tēpli ꝑ oīes exitus sāctu
arij ⁊ dices ad exasperantē me do
mū israhel. Hec dicit dñs deꝰ Suf
nomẽ meũ. Et tũc scãdalisabunt̃
multi ⁊ inuicẽ tradẽt ⁊ odio habe
bũt inuicez. Et multi pseudo ꝓphe
surgẽt ⁊ seducent multos Et qm̃
abũdabit iniq̃tas: refrigescet cal
tas multoꝝ. Qui ãt ꝑseuerauerit
vsq; in finẽ h̃ salu⁹ erit. Et p̃dica
bit̃ hoc euangeliũ regni ĩ vniũso
orbe ĩ testĩoniũ oĩb⁹ gẽtib⁹ ⁊ tũc
veĩet ꝯsũmacõ. Cũ g̃ videritis ab
hoĩnacõem desolacõis q̃ dicta ẽ a
daniele ꝓpha stantez ĩ loco sãcto
qui legit ĩtelligat. Tũc q̃ in iudea
sunt fugiãt ad mõtes ⁊ qui ĩ tecto
non descẽdant tollere aliq̃d de do
mo sua ⁊ q̃ in agro nõ reuertatur
tollere tunicã suaz. Ve aũt p̃gnã
tib⁹ ⁊ nutriẽtibz in ill̃ diebz. Ora
te autẽ ut nõ fiat fuga vr̃a in hie
me vel sabbato Erit em̃ tũc tribu
latio mag̃ q̃lis non fuit ab initio
mundi vsq; mõ neq; fiet. Et n̄ bre
uiati fuissent dies illi: ñ fieret sal
ua oĩs caro. ꝫ ꝓp̃t electos breuia
bunt̃ dies illi. Tũc si q̃s vob̃ dixe
rit. ecce h̃ ẽ xp̃us ã ecce illic: nolite
credẽ Surgẽt eĩ pseudo xp̃i ⁊ pseu
do ꝓphe ⁊ dabunt signa magna
et prodigia. ita ut in errorẽ indu
cantur si fieri potest etiam electi.

Ecce p̄dixi vob. Si ergo dixerit vobis ecce in deſto ē. nolite exire. ecce in penetralib⁹ nolite credere. Sicut enī fulgor exit ab oriēte & paret vſq; in occidēt̄. ita erit & aduentus filij hoīs. Vbicūq; fuerit corp⁹ illuc congregabūtur & aq̄le. Statim aūt poſt tribulacōem dier⁹ ille sol obſcurabit & luna nō dabit lumē ſuū & ſtelle cadēt de cœlo & virtutes cœlor⁹ cōmouebūt & tūc pebit ſignū filij hoīs in cœlo Et tūc plangēt ōnes trib⁹ terre & videbūt filiū hoīs venientē in nubibus cœli cū virtute multa & maieſtate. Et mittet āgelos ſuos cum tuba & voce magna & congregabūt electos ei⁹ a q̄tuor ventis a fūmis cœlor⁹ vſq; ad termios eorū. Ab arbore aūt fici diſcite parabolā cū ia ram⁹ ei⁹ tener fuerit & folia nata ſcitis q̄ prope ē eſtas. Ita et vos cū videritis hec ōmia ſcitote q̄ prope ē in ianuis Amē dico vob q̄ nō p̄teribit generacō hec donec ōmia fiāt Celū & terra trāſibūt. verba vero mea nō p̄teribūt. De die aūt illa & hora nēo ſcit neq; āgeli cœlorū niſi p̄ ſol⁹. Sicut āt in dieb⁹ noe ita erit & aduentus filij hoīs. Sic enī erāt in diebꝫ aīe diluuiū comedentes & bibentes. nubētes & nuptui tradentes. vſq; ad eū diē quo intrauit in archā noe & nō cognouerūt donec venit diluuiū & tulit ōnes ita erit & aduentus filij hoīs Tūc duo erūt in agro un⁹ aſſumet & un⁹ relinq̄tur. Due molentes in mola una aſſumet & una relinq̄tur. Duo in leō un⁹ aſſumet & unus relinquet. Vigilate ergo q̄ neſcitis q̄ hora dñs vr venit⁹ ſit. Illud aūt ſcitote q̄m ſi ſciret pīfamilias q̄ hora fur veniat⁹ eſt vigilaret vtiq; & nō fineret perfodi domū ſuā. Ideo & vos eſtote parati q̄ q̄ neſcitis hora filius hoīs venit⁹ eſt. Quis putas eſt fidel⁹ ſeruus & prudēs. quez conſtituit dñs ſup familiā ſuā ut det illis cibū in tpe. Beatus ille ſerv⁹ quē cū venerit dñs ei⁹ inuenerit ſic facientem Amē dico vob q̄m ſup ōmia bona ſua conſtituet eū. Si aūt dixerit malus ſerv⁹ ille in corde ſuo. Moram facit dñs me⁹ venire et cepit percutere conſeruos ſuos māducet āt & bibat cum ebriosis veniet dñs ſerui illi⁹ in die q̄ nō ſperat & hora qua ignorat & diuidet eū partē eius ponet cum ypocritis illic erit fletus & ſtridor dentiū ℣ Ca. xxv.

Tunc ſimile erit regnū cœlor⁹ decē virginib⁹ q̄ accipientes lampades ſuas exierūt obuiā ſponſo & ſponſe. Quinq; aūt ex eis erāt fatue & quinq; prudētes. Sz qui q; fatue acceptis lāpadibus nō ſumpſerūt oleū ſecum. Prudentes vero acceperūt oleū in vaſis ſuis cum lāpadib⁹. Moran autem faciente ſponſo dormitauerūt omnes & dormierūt. Media āt nocte clamor factus eſt ecce ſponſus venit exite obuiā ei. Tūc ſurrexerūt ōnes virgines ille & ornauerūt lāpades ſuas. Fatue aūt ſapientib⁹ dixerūt date nobis de oleo veſtro q̄ lampades nr̄e extinguunt. Reſpōderunt prudētes dicētes. Ne forte nō ſufficiat nobis & vobis ite potiꝰ ad vendentes & emite vobis. Dū autem irent emere venit ſponſus & q̄ parate erāt intrauerūt cū eo ad nuptias

ꝛ clausa ē ianua. Nouissime vero
veniūt ꝛ reliq̄ virgines dicentes.
Dñe dñe aperi nob̄. At ille rñdēs
ait. Amē dico vob̄: nescio vos Vi
gilate itaq̄ q̄ nescitis diē neq̄ ho
rā. Sicut em̄ hō pegre ꝓficiscēs vo
cauit ſuos ſuos ꝛ tradidit ill' bō
ſua. Et vni dedit qn̄q̄ talenta. alij
aūt duo. alij vero vnuꝫ. vnicuiq̄
ſcd̄m ꝓpriā virtutē ꝛ ꝓfectus ē ſta
tim. Abijt aūt q̄ qn̄q̄ talēta acce
pat ꝛ opat⁹ ē in eis ꝛ lucrat⁹ eſt
alia qn̄q̄. Silit̄ q̄ duo accepat lu
crat⁹ ē alia duo. Qui aūt vnū ac
cepat: abiēs fodit ī terrā ꝛ abſcō
dit pecuniā dñi ſui. Poſt multum
vero tp̄is veīt dñs ſeruoꝝ illoꝝ ꝛ
poſuit racōneꝫ cū eis. Et accedēs q̄
qn̄q̄ talenta accepat obtulit alia
qn̄q̄ talēta dicēs. Dñe: qn̄q̄ talē
ta tradidiſti m̄. ecce alia qn̄q̄ ſup
lucr̄t⁹ ſū. Ait illi dñs ei⁹. Euge ſue
bone ꝛ fidel'. q̄ ſup pauca fuiſti fi
del': ſup multa te ꝯſtituā. intra in
gaudiū dñi tui. Acceſſit autē ꝛ q̄
duo talēta accepat ꝛ ait Dñe: duo
talēta tradidiſti m̄. ecce alia duo
lucrat⁹ ſum. Ait illi dñs ei⁹ Euge
ſerue bone ꝛ fidel'. q̄ ſup pauca fu
iſti fidel': ſup multa te cōſtituā. in
tra ī gaudiū dñi tui. Accedēs aūt
ꝛ q̄ vnū talentū accepat ait. Dñe
ſcio q̄ hō durus es. metis vbi nō
ſeminaſti ꝛ ꝯgregas vbi nō ſpar
ſiſti ꝛ timēs abij ꝛ abſcōdi talen
tū tuū ī terra. Ecce hēs qd̄ tuum ē.
Rñdēs aūt dñs ei⁹ dixit ei. Serue
male ꝛ piger. ſciebas quia meto
vbi nō ſemino ꝛ cōgrego vbi nō
ſp̄ſi. Oportuit ḡ te ꝯmittē pecuniā
meā nūmulariis et veniēs ego re
cepiſſeꝫ vtiq̄ qd̄ meū eſt cū vſura

Tollite itaq̄ ab eo talentū et da
te ei qui habet decē talenta. Omni
em̄ hñti dabit̄ ꝛ abūdabit. ei āt
q̄ ñ hꝫ ꝛ qd̄ videt̄ hīe auferet̄ ab
eo. Et inutileꝫ ſeruū eicite in tene
bras exteriores. illic erit fletus et
ſtridor dentiū. Cū aūt veneit fili⁹
hoīs in maieſtate ſua ꝛ om̄es an
geli cū eo. tūc ſedebit ſup ſedē ma
ieſtatis ſue ꝛ ꝯgregabunt̄ añ euꝫ
omnes gētes et ſepabit eos ab ī
uicem. ſicut paſtor ſegregat oues
ab hedis. Et ſtatuet oues quidē a
dextris ſuis. hedos aūt a ſiniſtris.
Tunc dicet rex hijs qui a dextris
ei⁹ erūt. Venite bñdicti p̄ris mei
poſſidete paratū vob̄ regnū a ꝯſti
tucōe mūdi. Eſuriui em̄ ꝛ dediſtis
mihi māducare. Sitiui ꝛ dediſtis
mihi bibere Hoſpes erā ꝛ collegi
ſtis me. Nudus ꝛ operuiſtis me.
Infirm⁹ ꝛ viſitaſtis me. In carcē
eram ꝛ veniſtis ad me. Tūc rñde
būt ei iuſti dicētes. Dñe: qñ te vi
dim⁹ eſurientē ꝛ pauimus. ſitien
tem ꝛ dedim⁹ tibi potū. Qñ autē
te vidimus hoſpitē ꝛ collegimus
te aut nudū ꝛ cooperuim⁹ te. Aut
qñ te vidimus infirmū aut ī car
cere ꝛ venimus ad te. Et rñdens
rex dicet illis. Amē dico vobis q̄
diu feciſtis vni de hijs fratribus
meis minimis: mihi feciſtis. Tūc
dicet et hijs q̄ a ſiniſtris erūt. Di
ſcedite a me maledicti ī ignē eter
nū qui paratus eſt dyabolo ꝛ an
gelis ei⁹. Eſuriui enim ꝛ non dedi
ſtis mihi manducare. Sitiui ꝛ nō
dediſtis mihi potum. Hoſpes erā
et non collegiſtis me. Nudus et
non operuiſtis me. Infirmus
et in carcere et non vidiſtis me.

Tūc rn̄debūt ei ⁊ ip̄i dicētes. Do
mine qn̄ vidimus te esuriētē aut
sitiētē. aut hospitē. aut nudū. ⁊
infirmū vel in carcē ⁊ nō ministr̄
uim⁹ tibi. Tunc rn̄debit ill' dicēs
Amē dico vob' q̄ diu non fecistis
vni de minorib⁹ hijs nec mihi fe
cistis. Et ibūt hij ī supplitiū eternū
iusti aūt ī vitā eternā. Ca. xxvi.

Et factū ē cū cōsūmasset ihs
sermōes hos oēs dixit disci
pulis suis Scitis q̄ post biduum
pasca fiet ⁊ filius hōis tradet' vt
crucifigatur. Tūc ɔgregati sunt
p̄ncipes sacerdotū ⁊ seniores ppl'i
in atriū principis sacerdotū qui
dicebatur cayphas ⁊ ɔsiliū fece
rūt vt ihesū dolo tēerent et occide
rent. Dicebāt aūt Nō in die festo
Ne forte tumultus fieret in popu
lo. Cum autē eēt ihesus in betha
nia ī domo symoīs leprosi. acces
sit ad eū mulier habēs alabastr̄
vngenti pretiosi ⁊ effudit sup ca
put ipsi⁹ recumbētis Vidētes au
tē discipuli indignati sūt dicētes
Vt q̄d perditio hec. Potuit em̄
istud venūdari mlto ⁊ dari pau
peribz. Sciens autē ihus ait illis
Quid molesti estis huic mulieri.
Op⁹ bonū operata est in me. Naz
sēper paupes habetis vobiscum
me aūt non sēp habetis. Mittēs
em̄ hec vngētum hoc ī corp⁹ meū
ad sepeliēdū me fecit Amen dico
vob' vbicūq̄ predicatū fuerit hoc
euāgelium in toto mūdo. dicetur
⁊ q̄ hec fecit in memoriam eius.
Tūc abijt vn⁹ de duodecim qui
dicit' iudas scarioth ad p̄ncipes
sacerdotū ⁊ ait ill'. Quid vultis
mihi daē ⁊ ego vob' eum tradā.

At illi ɔstituerūt ei triginta argē
teos. Et ex inde querebat oportu
nitatē ut eū traderet. Prima autē
die azimoꝝ accesserunt discipuli
ad ihm dicētes Vbi vis parem⁹
tibi comedē pasca. At ihs dixit
Ite in ciuitatē ad quēdā ⁊ dicite
ei. Magister dicit tēpus meū ꝓpe
est apud te facio pasca cum disci
pul' meis. Et fecerūt discipuli sic
cōstituit ill' ihus ⁊ parauerunt
pasca. Vespe autez facto discum
bebat cum duodecī discipul' suis
Et edētibus illis dixit Amen dico
vobis q̄ vnus vestr̄ me tr̄ditu
rus ē. Et cōtristati valde ceperunt
singuli dicere. Nūq̄d ego sū dn̄e.
At ipse rn̄dens ait. Qui intingit
mecū manū in parabside hic me
tradet Filius q̄dem hōis vadit si
cut scriptū ē de illo ve aūt homini
illi p quē filius hōis tr̄det'. Bonū
erat ei si nat⁹ nō fuiss̄z hō ille. Rn̄
dens autē iudas q̄ tradidit eum
dixit Nūq̄d ego sū rabbi. Ait illi
Tu dixisti Cenātibz aūt eis. acce
pit ihus panē ⁊ benedixit ac fre
git deditq̄ discipul' suis ⁊ ait. Ac
cipite ⁊ comedite hoc est corpus
meū. Et accipiēs calicē grās egit
⁊ dedit illis dicens. Bibite ex hoc
om̄s. Hic ē enim sāguis me⁹ no
ui testamēti q̄ p multis effundet'
in remissionē peccatoꝝ. Dico autē
vob' nō bibam amodo de hoc ge
nimine vitis vsq̄ in diē illū cum
illud bibaz vobiscū nouū in reg
no patris mei. Et ymno dicto exi
erunt in mōtem oliueti. Tunc di
cit illis ihus. Om̄s vos scandalū
patiemī in me ī ista nocte. Scrip
tū est enim. Percutiā pastorem

ꝛ dispgent̄ oues gregis. Postq̄
aūt resurrexero p̄cedā vos in gali
leā. Rn̄dens aūt petr⁹ ait illi. Et si
oēs scandalisati fuerint in te: ego
nūq̄ scandalisabor. Ait illi ih̄us.
Amē dico tibi. qꝛ in hac nocte an
teq̄ gall⁹ cantet ter me negabis
Ait illi petrus Etiam si oportuerit
me mori tecuꝫ: nō te negabo. Simi
lit̄ ꝛ oēs discipuli dixerūt Tūc ve
nit ih̄us cū illis in villam que di
cit̄ gethsimani. Et dixit discipul̄
suis. Sedete hic: donec vadā illuc
ꝛ orem. Et assumpto petro ꝛ duo
bus filijs zebedei: cepit ꝯtristari ꝛ
mestus eē. Tūc ait illis. Tristis ē
am̄a mea vsq̄ ad mortē. Sustine
te hic et vigilate mecuꝫ. Et ꝓgres
sus pusillū: ꝓcidit in fatieꝫ suam
orans ꝛ dicēs. Mi pat̄: si possibile
est tr̄nseat a me calix iste. Verūta
men nō sicut ego volo ꝫ sicut tu.
Et venit ad discipulos ꝛ inuenit
eos dormiētes ꝛ dicit petro. Sic.
Non potuistis vna hora vigilare
mecū. Vigilate ꝛ orate ut nō in
tretis in temptacōem. Spūs qui
dem ꝓmptus ē. caro aūt infirma.
Iteꝝ secūdo abijt ꝛ orauit dicens
Pat̄ mi: si nō pōt hic calix trāsire
n̄ bibaꝫ illū fiat voluntas tua. Et
venit iteꝝ ꝛ inuenit eos dormien
tes. Erāt em̄ oculi eoꝝ grauati Et
relictis ill̄ iteꝝ abijt et orauit ter
tio eūdē sermonē dicēs. Tūc veīt
ad discipulos suos et dicit illis.
Dormite iaꝫ ꝛ requiescite. Ecce ap
propinq̄bit hoā ꝛ filius hoīs tra
det̄ in man⁹ peccatoꝝ. Surgite ea
mus. Ecce appropinq̄bit q̄ me tra
det Adhuc ipso loquente: ecce iu
das vn⁹ de duo decī venit ꝛ cū eo

turba multa cū gladijs ꝛ fustibꝫ
missi a p̄ncipib⁹ sacerdotū ꝛ seni
oribꝰ ꝓpl̄i. Qui aūt tradidit eum
dedit ill̄ signū dicens Quemcūq̄
osculatus fuero ip̄e ē tenete eū. Et
ꝯfestim accedēs ad ih̄ꝫ dixit. Aue
rabi. Et osculatus est eū Dixitq̄ il
li ih̄us. Amice ad quid venisti.
Tūc accesserūt et man⁹ iniecerūt
in ih̄m ꝛ tenuerūt eū. Et ecce vn⁹
ex hijs qui erāt cuꝫ ih̄u extēdens
manū exemit gladiū suū ꝛ ꝑcuti
ens seruū p̄ncipis sacerdotū am
putauit auriculā ei⁹. Tūc ait illi
ih̄us. Conuerte gladiū tuū in lo
cū suū. Om̄es eī qui accepint gla
diū: gladio ꝑibūt. An putas q̄a
nō possum rogare prēm meū ꝛ ex
hibebit m̄ mō plusq̄ duodecī le
giones āgelorū. Qūo ḡ īplebun
tur scripture. Quia sic oportꝫ fiei
In illa hora dixit ih̄s turb̄. Tāq̄
ad latronē existis cū gladijs ꝛ fu
stibꝫ ꝯp̄hēdere me. Quotidie apd̄
vos sedebā docēs ī tēplo et nō me
tenuistis Hoc aūt totū factū ē ut
adīplerent̄ scripture ꝓpheꝝ Tūc
discipuli oēs relicto eo fugerunt.
At illi tenētes ih̄m: duxerunt ad
cayphā p̄ncipē sacerdotū vbi scri
be ꝛ seniores conuenerāt Petrus
aūt sequebat̄ euꝫ alonge: vsq̄ in
atriū p̄ncipis sacerdotū. Et ingres
sus ītro sedebat cū mīstris ut vide
ret finē P̄nceps āt sacdotū ꝛ oē cō
ciliū q̄rebāt falsū testīoniuꝫ cōtr̄
ih̄ꝫ ut eū morti tr̄derēt ꝛ n̄ īuenerīt
cū mlti falsi testes accessissent No
uissiē āt venerīt duo falsi testes ꝛ
dixerīt. h̄ dixit: possū destruē tēplū
d̄i ꝛ post triduū reedificaē illd̄. Et
surgens p̄nceps sacerdotū ait illi

Nihil rñdes ad ea que isti aduer
sum te testificãtur. ¶ Ihs aũt tace
bat. Et pn̄ceps sacerdotũ ait illi.
Adiuro te p deũ viuũ ut dicas no
bis si tu es xp̄s filius dei Dicit illi
ihus. Tu dixisti Verũtamẽ dico
vob̄ amodo videbitis filium hoĩs
sedẽtem a dextris virtutis dei ⁊ ve
niẽtẽ in nubibꝫ celi. Tũc pn̄ceps
sacerdotũ scidit vestimẽta sua di
cẽs. Blasphemauit. Quid adhuc
egem⁹ testibꝫ. ¶ Ecce nũc audistis
blasphemiã. Quid vob̄ videtur. ¶
At illi rñdentes dixerũt. Reus est
mortis. Tũc expuerũt in faciem
eius ⁊ colaphis eũ ceciderũt. Alij
autẽ palmas in fatiẽ ei dederũt di
cẽtes ꝓphetisa nob̄ criste. Quis ẽ
q̄ te pcussit. ¶ Petr⁹ vero sedebat
foris in atrio ⁊ accessit ad eũ vna
ancilla dicẽs Et tu cũ ihu galileo
eras At ille negauit corã oĩbꝫ di
cẽs nescio q̄d dicis. Exeũte ãt illo
ianuã. vidit eũ alia ancilla ⁊ ait
hijs q̄ erãt ibi. Et hic erat cũ ihu
nazareno. Et iterꝫ negauit cum iu
ramẽto q̄ non noui hoĩeꝫ Et pt⁹
pusillũ accesserũt qui stabãt ⁊ dix
erunt petro. Vere ⁊ tu ex illis es
Nã ⁊ loq̄la tua manifestũ te facit
Tũc cepit detestari ⁊ iuraẽ q̄ nõ
nouisset hoĩem Et ꝯtinuo gallus
cãtauit. Et recordatus est petrus
verbi ihu q̄d dixerat prius q̄ gal
lus cãtet. ter me negab̄. Et egres
sus foras fleuit amaẽ ¶ Ca. xxvij.

Mane autẽ facto ꝯsilium ime
rũt oms pn̄cipes sacerdotũ
⁊ seniores ꝓpl̄i aduersus ihesum
ut eũ morti trãderẽt ⁊ vĩctũ addux
erunt eũ ⁊ tradiderẽt põtio pilato
p̄sidi. Tũc vidẽs iudas q̄ eũ tra
didit q̄ dãnat⁹ esset pñia duct⁹
retulit triginta argenteos princi
pibꝫ sacerdotuꝫ ⁊ senioribꝫ dicẽs.
Peccaui tradẽs sãguinem iustuꝫ
At illi dixerũt. Quid ad nos. ¶ Tu
videris. Et ꝓiectis argẽteis in tẽ
plo recessit ⁊ abiẽs laq̄o se suspẽ
dit. Principes aũt sacerdotuꝫ ac
ceptis argẽteis dixerũt. Nõ licet
eos mittere in carbonã q̄ p̄tium
sãguinis ẽ Cõsilio aũt inito eme
runt ex ill̄ agꝝ figuli in sepultu
ram pegrinoꝝ ꝓpter hoc võtus ẽ
ager ille acheldemach. hoc ẽ ager
sanguinis vsq̄ in hodiernũ dieꝫ
Tũc impletuꝫ ẽ q̄d dictũ est p ihe
remiã ꝓphetaꝫ dicẽtem. Et accepe
rũt triginta argẽteos pretiũ ap
preciati quẽ appreciauerũt a filijs
isrl̄ ⁊ dederũt eos in agꝝ figuli si
cut cõstituit mihi dñs. Ihesus ãt
stetit añ presideꝫ ⁊ interrogauit
eum preses dicens. Tu es rex iu
deoꝝ. ¶ Dicit illi ihesus. Tu dicis.
Et cum accusaret̄ a pn̄cipibus sa
cerdotuꝫ ⁊ senioribꝰ nihil rñdit.
Tũc dicit illi pilatus. Nõ audis
quãta adũsũ te dicũt testimoĩa. ¶
Et nõ rñdit ei ad vllũ verbũ ita
ut miraretur preses vehemẽter.
Per diẽ aũt sollemnẽ ꝯsueuerat
preses ꝓpl̄o dimittere vnũ vĩctuꝫ
quẽ voluisset. Habebat autẽ tũc
vinctuꝫ insignẽ q̄ dicebat̄ barra
bas Congregatis ergo illis dixit
pilatus. Quẽ vultis dimittaꝫ vo
bis barraban an ihm q̄ dicitur
xp̄s. ¶ Sciebat em̄ q̄ p inuidiam
tradidissent eũ Sedẽte autẽꝫ illo
p tribunali misit ad eũ vxor ei⁹
dicens. Nihil tibi ⁊ iusto illi Mul
ta em̄ passa sum hodie p visũ ꝓpt̄

eū. Pn̄cipes aū sacerdotū ⁊ senio
res ꝑsuaserūt ꝓplis ut peterēt bar
raban. ihm vero ꝑderent. Rn̄dens
aūt p̄ses ait illis. Quē vultis vob
de duob⁹ dimitti. At illi dixerūt.
Barrabā. Dicit ill' pylat⁹. Quid
igit' fatiaz de ihu qui dicit' xp̄us.
Dicūt oēs crucifigat' Ait illis pre
ses. Quid eī mali fecit. At illi ma
gis clamabāt dicētes. Crucifiga
tur. Vidēs aūt pylatus qꝛ nl ꝓfi
ceret ꝫ magis tumultus fieret: ac
cepta aqua lauit man⁹ corā ꝓplo
dicēs. Innocēs ego sū a sāguine
iusti hui⁹: vos videritis. Et rn̄dēs
vniūsus ꝓplus dixit. Sāguis eius
sup nos ⁊ sup filios nr̄os. Tunc
dimisit illis barrabā. ihm aūt fla
gellatuz tradidit eis ut crucifige
ret'. Tūc milites p̄sidis suscipien
tes ihm ī p̄toriū: ꝯgregauerūt ad
eū vniūsā cohortē ⁊ exuentes euz
clamidē coccineā circūdederūt ei ⁊
plectentes coronā de spinis posue
rūt sup caput ei⁹ ⁊ arūdinē in dex
tra ei⁹ ⁊ genuflexo ante eū illude
bant ei dicētes. Aue rex iudeorū.
Et expuētes in eū: acceperūt arun
dinē ⁊ ꝑcutiebant caput eius. Et
postq̄ illuserūt ei exuerūt euz cla
midē ⁊ induerūt eū vestimētis ei⁹
⁊ duxerūt eū ut crucifigerēt Exeū
tes aūt inuenerūt hoīem cyreneuz
noīe symonē hūc angariauerūt
ut tolleret crucē ei⁹ Et venerūt in
locū q̄ dicit' golgatha qd ē calua
rie locus. Et dederūt ei vinuz bibere
cū felle mixtū. Et cuz gustasset no
luit bibere. Postq̄ āt crucifixerūt
eū diuiserūt vestimēta ei⁹ sortē mit
tētes ⁊ sedētes ꝯuabāt eū. Et impo
suerūt sup caput ei⁹ causā ip̄i⁹ scri

ptā. hic ē rex iudeoꝝ. Tunc cruci
fixi sūt cū eo duo latrones vn⁹ a
dextris ⁊ vn⁹ a sinistris. Pretere
untes aūt blasphemabāt eū: mo
uētes capita sua ⁊ dicētes. Vah
q̄ destruis tēplū dei et in triduo il
lud reedificas. Salua temetipsuz
si fili⁹ dei es descēde de cruce. Simi
lit' ⁊ pn̄cipes sacerdotū illudentes
cū scrib' ⁊ seīorib⁹ dicebāt. Alios
saluos fecit seipsū nō pōt saluū fa
cere. Si rex isrl' est descendat nūc
de cruce ⁊ credimus ei. Cōfidit in
dō liberet nūc eū si vult. Dixit enī
qꝛ dei filius sū Idipsū aūt ⁊ latro
nes qui crucifixi erāt cū eo impro
perabāt ei. A sexta aūt hora tene
bre facte sūt sup vniūsā terrā vsq̄
ad horā nonā. Et circa horā nonaz
clamauit voce mag̃ dicēs Heli he
li lamazabathani. hoc ē De⁹ me⁹
de⁹ me⁹ ut q̄d dereliq̄sti me. q̄dā
āt illic stātes ⁊ audiētes dicebāt
Heliā vocat iste. Et ꝯtīuo currēs
vnus ex eis acceptā spongeaz im
pleuit aceto ⁊ imposuit arundini
⁊ dabat ei bibere. Ceteri vero dice
bant. Sine: videamus an veniat
helias liberās eum. Ihesus autez
iterꝝ clamans voce magna: emisit
spiritum. Et ecce velum templi scis
sum est ī duas ꝑtes: a sūmo vsq̄
deorsuz. Et t̄ra mota est ⁊ petre scis
se sunt ⁊ monumēta aperta sūt ⁊
multa corpora sanctorum qui dor
mierant surrexerunt. Et exeuntes
de monumentis post resurrectio
nem eius venerunt in sanctā cīta
tē ⁊ apparuerūt mltis. Cētulo āt ⁊
q̄ cū eo erāt custodiētes ihz: viso
t̄re motu ⁊ hijs q̄ fiebāt timuerūt
valde dicētes. vere fili⁹ dī erāt iste

Erāt aūt ibi mulieres multe a lō
ge que secute erāt ihesū a galilea
ministrantes ei inter q̄s erat ma
ria magdalene ⁊ maria iacobi·
⁊ ioseph mater ⁊ mr̄ filioꝝ zebe
dei. Cū autē sero factū eēt· venit q̄
dam hō diues ab arimathia no
mine ioseph q̄ ⁊ ipe discipulꝰ eāt
ihesu Hic accessit ad pilatū et pe
tijt corpꝰ ihesu. Tūc pilatꝰ iussit
reddi corpus Et accepto corpe io
seph inuoluit illud in syndone
mūda ⁊ posuit illud in monumē
to suo nouo qđ excideāt in petra
Et aduoluit saxum magnuꝫ ad
ostiū monumēti ⁊ abijt. Erat aūt
ibi maia magdalene ⁊ alteā ma
ria sedētes cōtra sepulcꝝ. Altera
aūt die q̄ est post parasceuē con
uenerūt pn̄cipes sacdotū ⁊ phari
sei ad pylatum dicētes Dn̄e recor
dati sumꝰ qꝛ seductor ille dixit ad
huc viuēs ptꝰ tres dies resurgā.
Iube ergo custodiri sepulcꝝ vsq̄
i diē tciū ne forte veniāt discipuli
eiꝰ ⁊ furētur eū. ⁊ dicāt plebi sur
rexit a mortuis ⁊ eit nouissimꝰ er
ror peior priore. Ait illis pilatus.
Habetis custodiā ite custodite sic
scitis Illi āt abeūtes· munierūt se
pulcruꝫ signantes lapidem cum
custodibꝫ. ¶ Ca·xxviij·

Vespe aūt sabbati q̄ lucessit
in prima subbati vēit maia
magdalene ⁊ altera maria vide
re sepulcꝝ. Et ecce terre motus fa
ctus ē magnꝰ. Angelus em̄ dn̄i
descēdit de celo ⁊ accedēs reuoluit
lapidē ⁊ sedebat sup eū. Erat autē
aspectꝰ eiꝰ sicut fulgur ⁊ vestimē
tū eiꝰ sicut nix. Pre timore aūt eiꝰ
exterriti sūt custodes ⁊ facti sūt ve
lut mortui. Rn̄dens aūt āgelus·
dixit mulieribꝫ Nolite timere vos
Scio em̄ qꝛ ihesū qui crucifixus ē
queritis. Nō ē hic surrexit enim si
cut dixit Venite ⁊ videte locū vbi
positus erat dn̄s. Et cito euntes
dicite discipul' eiꝰ quia surrexit ⁊
ecce precedet vos in galileā Ibi eū
videbitis ecce p̄dixi vob̄ Et exierūt
cito de monumēto cum timore ⁊
gaudio magno currētes nūciaē
discipul' eiꝰ Et ecce ihūs occurrit appa^t p^o mulie^bꝫ
illis dicens. Auete. Ille aūt acces
serūt ⁊ tenuerūt pedes eiꝰ ⁊ adorā
uerunt eū. Tūc ait illis ihūs. No
lite timere ite nūtiate fratribus
meis ut eāt in galileā ibi me vide
būt. Que cū abissent ecce quidaꝫ
de custodibꝫ venerūt in ciuitateꝫ
⁊ nūtiauerūt pn̄cipibꝰ sacerdotū
oīa que facta fuerāt. Et ꝯgregati
cū senioribꝫ ꝯsilio accepto pecuni
am copiosā dederūt militibꝰ dicē
tes. Dicite qꝛ discipuli eius nocte
venerūt ⁊ furati sunt eū nobis dor
miētibꝫ. Et si hoc auditu fuerit a
p̄side nos suadebimꝰ ei ⁊ securos
vos fatiemus. At illi accepta pe
cunia fecerunt sicut erāt edocti Et
diuulgatū ē v̄bū istđ apud iude
os vsq̄ i hodiernū diē Vndecim
aūt discipuli abierunt in galileā
in mōtem vbi ꝯstituerat illis ihs
⁊ vidētes eū adorauerūt q̄dā autē
dubitauerūt. Et accedēs ihūs lo appa^t dis·2°
cutus ē eis dicēs Data ē mihi om
nis potestas in celo ⁊ in t̄ra. Eun
tes ergo docete oēs gentes bapti
santes eos in noīe patris et filij
⁊ spūssancti docētes eos seruare
omnia quecūq̄ mandaui vobis
Et ecce ego vobiscum sum oībus

diebꝰ vsq̄ ad ꝯfūmacōnē seculi.

¶ Explicit euāgeliū scd̄m. Matheū. Incipit ꝓlogꝰ ī euāgeliū s̄m Marcū.

Marcus euangelista dei electus ⁊ petri ī baptismate filius atq̄ ī d̄mo sermone discipulus sacerdotiū in isrl̄ agens scd̄m carnē leuita ad fidē xp̄i ꝯuersus: euāgelium in ytalia scripsit: ostendēs ī eo quid ⁊ generi suo deberet ⁊ cristo. Nam initium p̄ncipij in voce ꝓphetice exclamationis instituēs ordinem leuitice electionis ostendit: ut predicans predestinatū iohannem filium zacharie in voce angeli annūtiantis emissum: nō solum verbum carnez factum sed ⁊ corpus domini in omnia ꝑ verbum diuine vocis animatum in initio euāgelice predicatiōis ostēderet ut quis hec legens sciret cui initiū carnis in domino ⁊ ihesu aduenientis habitaculū caro deberet agnoscere: atq̄ in se verbum vocis qd̄ in consonantibus perdiderat inueniret. Deniq̄ ⁊ ꝑfecti euāgelij opus intrās ⁊ baptismo domini predicare deum inchoans non laborauit natiuitatem carnis quam in prioribus viderat dicere. sed totius exprimens posicōnez deserti. numerum ieiunij. temptationem dyaboli. congregationem bestiaꝝ ⁊ ministerium protulit angelorū ut īstituens nos ad intelligendū: singula in breui cōpingens. nec auctoritatez facte rei demeret ⁊ ꝓfitiendi operis plenitudinem nō negaret. Deniq̄ amputasse sibi post fidez pollicem dicitur ut sacerdotio reprobus haberetur. sed tm̄ consentiens fidei predestinata potuit electio: ut nec sic in opere verbi perderet qd̄ priꝰ meruerat in genere. Nam alexandrie episcopus fuit. Cuiꝰ per singula opus fuit scire ⁊ euangelij ī se dicta disponere ⁊ disciplinaz legis in se agnoscere ⁊ diuinam in carne domini intelligere naturaz. Que et nos primū requiri de hīc inquisita volumus agnosci habētes mercedem exhortationis. quoniam qui plātat ⁊ qui rigat vnū sunt. qui autez incrementum prestat deus est.

¶ Explicit prologus. Incipit euangeliū scd̄m Marcū.

Initiū euangelij ihu xp̄i filij dei sic̄ scriptū ē ī ysaia ꝓpha. Ecce mitto angelū meū añ fatiē tuā. q̄ preparabit viā tuā añ te. Vox clamantis in deserto. Parate viaz dn̄i. rectas facite semitas eiꝰ. Fuit in deserto iohes baptisans ⁊ p̄dicās baptismū penitētie in remissionē peccatorū. Et egrediebat̄ ad eum omīs iudee regio ⁊ iherosolomite vniūsi ⁊ baptisabant̄ ab illo ī iordanis flumīe: ꝯfitētes peccata sua Et erat iohes vestitus pilis camelorꝝ ⁊ zona pellicea c̄ca lūbos eiꝰ ⁊ locustas ⁊ mel siluestre edebat ⁊ p̄dicabat dicēs. Veīet fortior me post me cuiꝰ nō sū dignꝰ ꝓcūbēs soluere corrigiā caltiamētoꝝ eiꝰ. Ego baptisaui vos aqua. ille vero baptisabit vos spūscō. Et fcm̄ ē ī diebz ill̄: veīt ihs a nazaēth galilee ⁊ baptizatꝰ ē a iohe ī iordane

Et statim ascendēs de aq̄ vidit ce
los aptos ⁊ spūmsāctū tanq̄ co
lūbam descendētem ⁊ manētem ī
ipso. Et vox facta ē de celis. Tu es
filius meꝰ dilectus in te ꝯplacui.
Et statim spūs expulit eū in deser
tum. Et erat in deserto q̄dr̄ginta
diebꝫ ⁊ q̄dr̄ginta noctibꝫ ⁊ tēpta
bat̄ a sathana. Eratq̄ cū bestijs
⁊ angeli mīstrabāt ei Postq̄ āt
traditus ē iohānes venit ihesus
in galileā p̄dicans euāgelium re
gni dei ⁊ dicēs. Quoniā impletuꝫ
est tēpus ⁊ appropinq̄uit regnū
dei. Penitemini ⁊ credite euange
lio. Et p̄teriēs secus mare galilee
vidit symonē ⁊ andreā fratrem
eiꝰ mittētes retia in mare. Erāt eī
piscatores. Et dixit eis ihesus Ve
nite ptꝰ me ⁊ fatiā vos fieri pisca
tores hoīm. Et ꝓtinus relictis reti
bus secuti sūt eū. Et ꝓgressus īde
pusillū vidit iacobū zebedei ⁊ io
hānē fratreꝫ eiꝰ ⁊ ipōs ꝯponētes
retia in naui ⁊ statim vōuit illos
⁊ relicto patre suo zebedeo ī naui
cum mercēnarijs secuti sūt eū. Et
īgrediūtur capharnaū ⁊ statim
sabbatis ingressus in synagogā
docebat eos. Et stupebāt sup̄ do
ctrina eiꝰ Erat em̄ docens eos q̄si
ptātem habēs ⁊ non sicut scribe.
Et erat in synagoga eoꝝ hō ī spi
ritu immūdo ⁊ exclamauit dicēs.
Quid nob̄ ⁊ tibi ihu nazarene.
Venisti p̄dere nos Scio q̄ sis san
ctus dei. Et ꝯminatus ē ei ihus di
cens. Obmutesce ⁊ exi de hoīe. Et
discerpens eū spūs immūdus. ⁊
exclamās voce mag̃ exijt ab eo.
et mirati sunt om̄s ita ut ꝯquire
rent inter se dicētes. Quidnā est

hoc. Quenā doctrina hec noua.
Quia in ptāte spiritibꝫ immūdis
imperat ⁊ obediūt ei Et ꝓcessit ru
mor eiꝰ statim in oēm regionem
galilee. ⁊ protinꝰ egrediētes de sy
nagoga venerūt ī domū symonis
⁊ andree cū iacobo ⁊ iohāne. De
cūbebat aūt socrꝰ symonis febri
citans ⁊ statī dicunt ei de illa. Et
accedēs eleuauit eaꝫ apprehensa
manu eiꝰ ⁊ cōtinuo dimisit eā fe
bris ⁊ mīstrabat eis Vespe aūt
facto cū occidissꝫ sol afferebāt ad
eū oēs male hn̄tes ⁊ demoīa ha
bētes ⁊ eāt oīs ciuitas ꝯgregata
ad ianuaꝫ. ⁊ curauit multos qui
vexabātur varijs lāguoribꝫ ⁊ de
monia multa eiciebat et nō sine
bat ea loqui quoniā sciebant eū
Et diluculo valde surgēs egressus
abijt in desertū locū ibiq̄ orabat
Et ꝓsecutus est eū symō ⁊ q̄ cū il
lo erāt. Et cum inueīssent eū dixe
rūt ei q̄ om̄s querūt te. ⁊ ait illis
Eamꝰ in ꝓximos vicos ⁊ ciuita
tes ut ⁊ ibi p̄dicem. Ad hoc eī ve
ni. ⁊ erat predicās in synagogis
eoꝝ ⁊ in ōni galilea ⁊ demonia ei
ciēs. Et venit ad eū leprosus dep̄
cās eū ⁊ genuflexo dixit Si vis po
tes me mūdaē. Ihs āt misertus
eiꝰ extēdit manū suā et tāgēs eū
ait illi. Volo. Mūdare Et cū dixis
set statim discessit ab eo lepra et
mūdatus ē Et cōminatus ē ei sta
timq̄ eiecit illū ⁊ dicit ei Vide ne
mini dixeris ꝫ vade ostēde te prin
cipi sacerdotū ⁊ offer ꝓ emūdaci
one tua q̄ precepit moyses in te
stimoniū illis Et egressus cepit p̄
dicare ⁊ diffamare sermoēꝫ ita ut
iā nō posset manifeste introire in

ciuitatē ꝙ foris in desertis locis eē
& conueniebāt ad eum vndiq;

Et ite& intrauit ca ¶ Ca. ij.
pharnaū post dies & audi
tū est q; in domo eēt & cōuenerūt
multi ita ut non caperet neq; ad ia
nuā & loquebat eis verbū. Et ve
nerūt ad eū ferentes paraliticum
qui a q̄tuor portabat Et cū nō pos
sent offerre eū illi p turba nuda
uerūt tectū vbi erat & patefatien
tes submiserūt grabatū in quo pa
raliticus iacebat Cū aūt vidisset
ihūs fidē illor& ait paralitico Fili
dimittunt tibi peccata tua. Erant
aūt illic quidā de scribis sedētes
& cogitātes in cordibus suis Quid h
sic loq̄tur. Blasphemat. Quis po
test dimittere peccata ñ sol9 de9.
Quo statim ognito ihūs spū suo
q; sic cogitarent intra se: dicit illis
Quid ista cogitatis in cordib9 ve
stris. Quid ē facili9. dicere paliti
co dimittunt tibi peccata: an dicere
surge tolle grabatū tuū & ābula
Vt aūt sciatis q; fili9 hois habet
ptātem in terra dimittēdi peccata
ait paralitico Tibi dico surge tolle
grabatū tuū & vade in domū tuam
Et statim surrexit ille & sublato gra
bato abiit inde cora oibus ita ut
mirarent& oēs & honorificarēt deū
dicentes. q; nūq̄ sic vidimus. Et
egressus ē rursus ad mare. & oīs q;
turba veniebat ad eū et docebat
eos. Et cū p̄teriret vidit leui al
phei sedentē ad theloneū & ait il
li Sequere me. Et surgēs secutus
ē eū Et factū ē cū accūberet in domo
illi9: multi publicani & peccatores
simul discūbebāt cū ihū et discipu
lis ei9 Erāt em̄ multi q̄ & sequebā
tur eū. Et scribe & pharisei videntes
q; māducaēt cū publicanis & pec
catoribus dixerūt discipul ei9. q̄re cū
publicanis & pctōrib9 māducat &
bibit magr̄ vr̄. & hoc audito ihūs ait
illis. Nō necesse hūt sani medico
sed qui male hūt. Nō em̄ veni voca
re iustos. sed peccatores. Et erāt di
scipuli iohānis & pharisei ieiunantes
& veniunt & dicūt illi. Quare disci
puli iohānis & pharisecor& ieiunant
tui aūt discipuli nō ieiunant. Et
ait illis ihesus. Nunquid p̄nt filij
nuptiar& q̄diu sponsus ē cū illis ie
iunare. Quāto tpe hūt secū spōsū
nō p̄nt ieiunare. Venient aūt di
es cū auferet ab eis sponsus & tūc
ieiunabūt in illis diebus. Nemo as
sumentū panni rudis assuit vesti
mēto veteri. Alioquin aufert sup
plementū nouū a veteri et maior
scissura fit Et nemo mittit vinum
nouum in vtres veteres. alioquin
dirumpet vinum vtres et vinum
effundetur & vtres peribunt. Sed
vinum nouum in vtres nouos mit
ti debet. Et factum est iterū cum sab
batis ambularet per sata & discī
puli eius cœperunt pregredi & vel
lere spicas. Phariſei autem dice
bant ei. Ecce quid faciunt discipu
li tui sabbatis q̄d non licet. Et ait
illis. Nūq̄ legistis quid fecerit da
uid quando necessitatem habuit
& esurijt ipse & qui cum eo erant:
quomodo intrauit in domum di
sub abiathar principe sacerdotū
& panes p̄positionis manducauit
quos nō licebat māducare ñ sol
sacerdotibus & dedit eis & q̄ cum eo
erāt. Et dicebat eis. sabbatū p̄
hoies factū ē & nō hō p̄ sabbatū

Itaq; dñs est filius hominis eti
am sabbati. ¶ Ca·iij·

Et introiuit iterꝝ in synago
gā ⁊ erat ibi hō habens ma
nū aridā ⁊ obseruabāt eū si sab
batis curaret ut accusarēt illum·
Et ait homini hñti manū aridam
Surge in mediū· et dicit eis· Licꝫ
sabbatis bñfacē an male· aīam
saluā facere an ꝑdere·⁊ At illi tace
bāt· Et circūspiciēs illos cum ira
ꝯtristatus sup cecitate cordis eo
rū dicit hōi· Extēde manū tuaꝫ· et
extēdit ⁊ restituta est manus illi
Exeūtes aūt pharisei statim cū he
rodianis cōsiliū faciebāt aduer
sus eū quō eū ꝑderent· Ihesus āt
cum discipul' suis secessit ad ma
re ⁊ multa turba a galilea ⁊ iudea
secuta ē eum ⁊ ab iherosolimis ⁊
ab ydumea ⁊ trās iordanez ⁊ q̄
circa tyꝝ ⁊ sydonē· mltitudo mag̃
audiētes que faciebat venerunt
ad eū· Et dixit ihūs discipul' suis
ut nauicula sibi deseruiret ꝓpt̄ tur
bam ne ꝯprimerēt eū· Multos eī
sanabat ita ut irruerent in eū ut
illuꝫ tangerent quotq̄t habebāt
plagas Et spūs immūdi cū illuꝫ
videbāt ꝓcidebāt ei ⁊ clamabāt
dicentes Tu es filius dei· Et vehe
mēter cōminabatur eis ne mani
festarent illū· et ascendēs in mon
tem vōuit ad se quos voluit ipe
⁊ venerūt ad eū· Et fecit ut essent
duodecī cuꝫ illo ⁊ ut mitteret eos
ꝑdicaē Et dedit ill' potestatē curā
di īfirmitates ⁊ eiciēdi demoīa Et
īposuit symoni nom̄ petr⁹ et iaco
bū zebedei ⁊ iohānem fratrem ia
cobi ⁊ imposuit eis nomīa boaner
ges qd̄ est filij tonitrui· Et ādreā
⁊ philippuꝫ ⁊ bartholomeum et
matheū ⁊ thomam ⁊ iacobum al
phei ⁊ thadeū ⁊ symonez chana
neū ⁊ iudam scarioth q̄ tradidit
illū· Et veniūt ad domū· et cōueīt
iteruꝫ turba ita ut nō possent ne
q̄ panem māducare· Et cū audis
sēt sui exierūt tenere eū· Dicebāt
em̄ quoniaꝫ in furorē versus est·
⁊ scribe qui ab iherosolimis descē
derant dicebant quoniaꝫ beelze
bub habet ⁊ q̄ in principe demo
nioꝝ eicit demonia· Et cōuocatis
eis in ꝑabolis dicebat illis· Quō
potest sathanas sathanā eicē·⁊
et si regnum in se diuidat̄ nō po
test regnū illud stare· et si dom⁹
sup semetipsā disptiatur nō pōt
domus illa stare· et si sathanas
cōsurrexerit in semetipsū disptit⁹
est ⁊ nō poterit stare sed finē ha
bet· Nemo pōt vasa fortis ingres
sus in domū diripe nisi pri⁹ fortē
alliget ⁊ tūc domū eius diripiet·
Amē dico vob̄ quoniā oīa dimit
tētur filijs hoīꝫ peccata ⁊ blasphe
mie quibus blasphemauerint·
Qui autē blasphemauerit ī spm̄
sāctum nō habebit remissionem
in eternū sed reus erit eterni deli
cti quoniā dicebāt spm̄ immūdū
habꝫ Et veniūt mater eius et fra
tres ⁊ foris stātes miserūt ad eū
vocantes eū· et sedebat circa eum
turba ⁊ dicunt ei· Ecce mat̄ tua ⁊
fratres tui foris q̄rūt te· Et rñdēs
eis ait Que ē mr̄ mea ⁊ frēs mei·⁊
Et circūspiciens eos q̄ in circuitu
ei⁹ sedebāt ait· ecce mr̄ mea ⁊ frēs
mei· Qui em̄ fecerit volūtatē dei h̄
frat̄ meus ⁊ soror mea ⁊ mr̄ est·

¶ Ca·iiij·

Et iterꝝ cepit docere ad mare
⁊ ꝯgregata est ad eũ turba
multa ita ut in nauim ascendens
sederet in mari ⁊ õnis turba circa
mare sup terrã eãt ⁊ docebat eos
in pabolis multa ⁊ dicebat illis in
doctrina sua. Audite. Ecce exijt se
minans ad seminandũ. Et dũ se
minat: aliud cecidit circa viã ⁊ ve
nerũt volucres celi ⁊ comederũt il
lud. Aliud vero cecidit sup petro
sa vbi nõ habuit terrã multã et
statĩ exortũ est qm̃ nõ habebat al
titudinem terre ⁊ qñ exortꝰ est sol
exestuauit ⁊ eo ꝙ nõ habebat ra
dicẽ exaruit. Et aliud cecidit ĩ spi
nas ⁊ ascenderũt spine et suffoca
uerũt illud ⁊ fructũ non dedit. Et
aliud cecidit in terraꝫ bonã et da
bat fructũ ascendentẽ ⁊ crescentẽ
⁊ afferebat vnũ triginta ⁊ vnuꝫ
sexaginta ⁊ vnũ centũ. Et dicebat
Qui habet aures audiendi audi
at Et cũ eẽt singularis: interroga
uerũt eũ hij q̃ cuꝫ eo erãt duo decĩ
parabolaꝫ Et dicebat eis. Vobis
datũ est nosse misteriuꝫ regni dei.
illis aũt q̃ foris sũt in pabolis oĩa
fiũt: vt vidẽtes videãt et ñ videãt
et audiẽtes audiãt et ñ ĩtelligãt
neqñ ꝯuertant̃ ⁊ dimittant̃ eis pec
cata. Et ait illis. Nescitis pabolaꝫ
hanc. Et qũo oẽs pabolas ꝯgno
scetis. Qui semĩat: verbũ semĩat
Hij aũt sunt q̃ circa viã vbi semi
nat̃ verbũ ⁊ cũ audierint ꝯfestim
venit sathanas ⁊ aufert qd̃ semi
natũ est in corde eoꝝ. Et hij sũt si
milit̃ qui sup̃ petraꝫ seminant̃ q̃
cuꝫ audierint verbũ statĩ cũ gau
dio accipiũt illud ⁊ nõ hñt radi
cẽ in se sed tẽpales sũt. deinde orta
tribulacõne ⁊ psecutione ꝓpt̃ ver
bum ꝯfestim scãdalisant̃. Et alij
sunt qui in spinis seminant̃. Hij
sunt qui verbũ audiunt ⁊ erũne
seculi ⁊ decepcõ diuitiaꝝ ⁊ circa re
liqua ꝯcupiscentie introeũtes suf
focant verbũ ⁊ sine fructu efficit̃
Et hij sũt qui sup terrã bonã semi
nati sunt qui audiũt verbũ ⁊ susci
piũt ⁊ fructificant: vnuꝫ triginta
vnũ sexaginta ⁊ vnũ centũ. Et di
cebat illis. Nũquid venit lucerna
ut sb̃ modio ponat̃ aut sb̃ lecto.
Nõne ut sup candelabꝝ ponat̃.
Nõ est em̃ aliquid absconditum
qd̃ nõ manifestet̃. nec factuꝫ ẽ oc
cultũ qd̃ nõ veniat in palam. Si
quis habꝫ aures audiẽdi audiat
Et dicebat ill̃. Videte quid audi
atis In qua mẽsura mẽsi fueritis
remetiet̃ vobis. Qui em̃ habet da
bitur illi ⁊ qui nõ habet: etiaꝫ qd̃
habet auferet̃ ab eo. Et dicebat.
Sic est regnũ dei quemadmoduꝫ
si homo iaceat sementẽ in terrã ⁊
dormiat ⁊ exurgat nocte ⁊ die ⁊ se
men germinet ⁊ increscat duꝫ ne
scit ille. Vltro em̃ terra fructificat
primũ herbã. deinde spicaꝫ. deinde
plenũ frumentũ in spica. Et cuꝫ se
produxerit fructus: statim mittit
falcem quoniaꝫ adest messis. Et
dicebat. Cui assimilabimus reg
num dei aut cui parabole compa
rabimus illud. Sicut granum sy
napis quod cum seminatum fue
rit in terra minus est omnibus
seminibus que sunt in terra ⁊ cũ
natum fuerit ascendit in arboreꝫ
et fit maius omnibꝰ oleribꝰ ⁊ fa
cit ramos magnos ita ut possint
sub vmbr̃ eiꝰ aues celi habitare.

Et talib⁹ multis parabol' loque
batur eis verbū ꝓut poterāt au
diē. sine parabola aūt nō loqueba
tur eis Seorsum autē discipul' dis
serebat oīa. Et ait illis in illa die
cum sero esset factū. Transeam⁹
ꝯtr̄. ⁊ dimittētes turbā assumūt
eū ita ut erat in naui ⁊ alie naues
erāt cum illo. Et facta ē procella
magna vēti ⁊ fluctus mittebat ī
nauim ita ut īplēt̄ nauis. ⁊ eāt
ipe in puppi sup ceruical dormiēs
⁊ excitant eū ⁊ dicunt illi. Magi
ster nō ad te ꝑtinet q̄ perimus.
Et exurgēs ꝯminatus ē vento. et
dixit mari Tace obmutesce. ⁊ ces
sauit ventus ⁊ facta est trāquilli
tas magna. Et ait ill'. Quid timi
di estis. Necdū habetis fidē. et ti
muer̄t timore magno ⁊ dicebāt
ad alterutrū. Quisputas ē iste q̄
vēt⁹ ⁊ mare obediūt ei. ¶ Ca. v.

Et venerūt trās fretū maris
in regionē gerasenoꝝ Et ex
eunti ei de naui statim occurrit de
monumētis homo in spū immū
do q̄ domiciliū habebat in monu
mentis. Et neq̄ cathenis iam q̄s
q̄ poterat eum ligare quoniaꝫ se
pe ꝯpedibus ⁊ cathenis vinctus
dirupisset cathenas ⁊ cōpedes cō
minuiss̄ ⁊ nemo poteāt eū doma
re Et sēp die ac nocte in monum̄
tis ⁊ in montib̄ erat damās ⁊ cō
cidens se lapidib̄. Vidēs aūt ihe
sum alōge cucurrit ⁊ adorāuit eū
⁊ damans voce mag̃ dixit. Quid
mihi ⁊ tibi ihesu fili dei altissimi.
Adiuro te ꝑ deū ne me torqueas
dicebat em̄ illi. Exi spūs immūde
ab hoīe isto. Et interrogabat eū
Quod tibi nomē est. Et dicit ei.
Legio mihi nomē est q̄ multi su
mus. Et dep̄cabatur eū multū ne
se expelleret extr̄ regionē Erat au
tē ibi circa montē grex porcorum
magn⁹ pascēs in agris. Et depre
cabātur eū spūs dicentes. Mitte
nos in porcos ut in eos introea
mus. Et cōcessit eis statim ihus.
Et exeuntes spūs immūdi introi
erūt in porcos. ⁊ magno impetu
grex p̄cipitat⁹ ē in mari ad duo
milia ⁊ suffocati sūt in mari. Qui
aūt pascebant eos fugerūt ⁊ nū
ciauerūt in ciuitatē ⁊ in agros. ⁊
egressi sunt videre q̄d ess̄ facti. et
venerūt ad ihesū ⁊ vidēt illū qui
a demonio vexabat̄ sedētem vesti
tum ⁊ sane mētis ⁊ timuerūt. Et
narrauerūt ill' qui viderāt quali
ter factū ess̄ ei q̄ demoniū habu
erat ⁊ de porcis. Et rogare cepēr̄t
eū ut discederet de finib⁹ eoꝝ. Cū
q̄ ascenderet nauim cepit illū de
precari q̄ a demonio vexatus fue
rat ut esset cū illo ⁊ non admisit
eū sed ait illi. Vade in domū tuaꝫ
ad tuos ⁊ annūcia illis quāta ti
bi dn̄s fecerit ⁊ misert⁹ sit tui. Et
abijt ⁊ cepit predicare in decapo
li quāta sibi fecisset ihus ⁊ om̄es
mirabātur. Et cum ascēdisset ihs
in nauim rursū trans fretū ꝯueīt
turba multa ad eum ⁊ erat circa
mare. Et venit q̄dā de archisyna
gogis nomīe iayrus ⁊ vidēs euꝫ
ꝓcidit ad pedes eius ⁊ dep̄cabat̄
eū multū dicēs quoniā filia mea
in extremis est Veni impone ma
nū tuaꝫ sup eam ut salua sit ⁊ vi
uat. Et abijt cū illo ⁊ sequebatur
eū turba multa ⁊ cōprimebāt eū
Et mulier que erat in profluuio

sanguinis ãnis duodecĩ ⁊ fuerat
multa perpessa a cõpluribꝰ medi
cis et erogauerat omnia sua nec
quicq̃ ꝓfecerat. ꝫ magis deteriꝰ
habebat. Cũq; audisset de ihu ve
nit ĩ turba retro ⁊ tetigit vestimẽ
tũ eius dicebat em̃. q̃ si vel vesti
mentũ eius tetigero salua ero. Et
ꝯfestim siccatus est fons sangui
nis eiꝰ ⁊ sensit corpe. q̃ sanata es
set a plaga. Et statĩ ihs in semet
ipso ꝯgnoscens virtutẽ que exie
rat de illo: ꝯuersus ad turbaꝫ aie
bat. Quis tetigit vestimẽta mea.
Et dicebãt ei discipuli sui. Vides
turbã ꝯprimẽtẽ te ⁊ dicis q̃s me
tetigit. Et circumspitiebat videre
eã que hoc fecerat. Mulier vero ti
mens ⁊ tremens sciens qd̃ factũ
eẽt in se: venit ⁊ ꝓcidit añ eũ ⁊ di
xit ei oẽm veritateꝫ. Ille aũt dixit
ei. Filia fides tua te saluã fecit va
de ĩ pace ⁊ esto sana a plaga tua
Adhuc eo loquẽte veniũt nuncij
ad archisynagoguꝫ dicẽtes. q̃ fi
lia tua mortua est. Quid vltra ve
xas magistꝝ. Ihus aũt audito
verbo qd̃ dicebat̃. ait archisyna
gogo. Noli timere tm̃modo crede
Et nõ admisit quẽq̃ se sequi. nisi
petꝝ ⁊ iacobũ ⁊ iohem fratrẽ ia
cobi. Et veniũt ĩ domũ archisyna
gogi. Et vidit tumultũ et flentes
⁊ eiulãtes multuꝫ ⁊ ingressus ait
illis. Quid turbamini ⁊ ploratis.
Puella nõ est mortua ꝫ dormit Et
irridebãt eũ. Ipe vero eiectis om
nibꝰ assumit patrẽ ⁊ matrẽ puel
le ⁊ qui secũ erãt ⁊ ingrediũt̃ vbi
puella erat iacens ⁊ tenẽs manũ
puelle ait illi Thabithacumi qd̃
est interp̃tatũ puella tibi dico sur

ge. Et cõfestĩ surrexit puella ⁊ am
bulabat. Erat aũt annoꝝ duode
cim. Et obstupuerũt stupore ma
gno. Et p̃cepit illis vehemẽter ut
nemo id sciret ⁊ dixit daẽ illi mã
ducare.

¶ Capitulũ. vi.

Et egressus inde abijt in pa
triã suaꝫ ⁊ sequebant̃ eũ di
scipuli sui. Et facto sabbato cepit
in synagoga docere ⁊ multi audi
entes ãmirabant̃ in doctrina eiꝰ
dicentes. Vnde huic hec oma. Et
que ẽ sapientia que data est illi
et virtutes tales q̃ ꝑ manꝰ eiꝰ ef
fitiunt̃. Nõne hic est faber filius
marie: frat̃ iacobi ⁊ ioseph ⁊ iude
⁊ symonis. Nõne ⁊ sorores eius
hic nobiscuꝫ sunt. Et scandalisa
bant̃ in illo. Et dicebat illis ihus
q̃ nõ est ꝓpha sine honore nisi in
patria sua ⁊ ĩ domo sua ⁊ ĩ cogna
tione sua. Et nõ poterat ibi v̄tutẽ
vllã facere nisi paucos infirmos
impositis manibꝫ curauit ⁊ mira
batur ꝓpt̃ incredulitatẽ eoꝝ ⁊ cir
cuibat castella in circuitu docens
Et vocauit duodecim ⁊ cepit eos
mittere binos ⁊ dabat illis pote
statẽ spirituũ immũdoꝝ Et p̃cepit
eis ne quid tollerẽt ĩ via nisi vir
gam tm̃. nõ perã nõ panẽ neq; in
zona es. sed caltiatos sandalijs
⁊ ne induerentur duabꝰ tunicis.
Et dicebat eis. Quocũq; ĩtroieitis
ĩ domũ illic manete donec exeatis
ĩde ⁊ q̃cũq; ñ receperĩt vos nec au
dierint: exeũtes inde excutite pul
uerem de pedibus vestris in testi
monium illis. Et exeũtes predica
bãt ut penitẽtiã agerẽt ⁊ demoĩa
mlta eitiebãt ⁊ vngebãt oleo mlt
tos egros ⁊ sanabãt̃. Et audiuit

rex herodes manifestū em̄ factum
est nomē eius ⁊ dicebat Quia io
hānes baptista surrexit a mortu
is ⁊ ꝓpterea virtutes opantur ī il
lo. Alij autē dicebant qꝛ helias ē
alij vero dicebāt qꝛ ꝓpha est qua
si vnꝰ ex ꝓphetis. Quo audito he
rodes ait Quē ego decollaui iohā
nē hic a mortuis resurrexit. Ipse
em̄ herodes misit ac tenuit iohā
nē ⁊ vinxit eū in carcerez ꝓpt̄ hero
diadē vxorem philippi fratris sui
qꝛ duxerat eā. Dicebat em̄ iohā
nes herodi. Non licz tibi habere
vxorem fratris tui Herodias au
tē īsidiabat̄ illi ⁊ volebat occidē
eū nec poterat. Herodes aūt intu
ebat iohānez sciēs euz virꝝ iustū
⁊ sāctū ⁊ custodiebāt eū ⁊ audito
eo multa faciebat ⁊ libēter eū au
diebat. ⁊ cū dies oportunus acci
disset herodes natal' sui cenam fe
cit pn̄cipibz ⁊ tribunis ⁊ primis
galilee Cūqꝫ introissz filia ipsius
herodiadis ⁊ saltasset ⁊ placuissz
herodi simulqꝫ recūbētibz rex ait
puelle. Pete a me qd̄ vis ⁊ dabo
tibi ⁊ iurauit illi quia q̄cquid pe
tieris dabo tibi licz dimidiū regni
mei Que cū exissz dixit matri sue.
Quid petaz. At illa dixit. Caput
iohānis baptiste Cūqꝫ introissz
statī cū festinacōe ad regē petiuit
dicēs Volo ut ꝓtinus des mihi ī
disco caput iohānis baptiste. Et
cōtristatus ē rex. Propt̄ iusiurā
dū ⁊ ꝓpter simul discūbentes no
luit eā ꝯtristaē sed misso spicula
tore p̄cepit afferre caput eius in
disco ⁊ decollauit eū in carcere. Et
attulit caput eius in disco ⁊ dedit
illud puelle ⁊ puella dedit matri
sue Quo audito discipuli eiꝰ vene
rūt ⁊ tulerūt corpus eius ⁊ posue
rūt illd̄ ī monumēto. Et ꝯueniētes
apostoli ad ihm̄ renūciauerūt ei
oīa que egerāt ⁊ docuerāt. Et ait
ill'. Venite seorsū in desertū locuz
⁊ req̄escite pusillū. Erant em̄ qui
veniebāt ⁊ rediebāt multi ⁊ nec
spaciū manducādi habebāt. Et
ascēdentes in nauim abierūt ī des
tū locum seorsū. Et viderunt eos
abeuntes ⁊ ꝯgnouerūt multi ⁊ pe
destres de omnibz ciuitatibus cu
currerūt illuc ⁊ p̄uenerūt eos Et exi
ens vidit turbā multaz ihesus et
misertus ē sup eos qꝛ erant sicut
oues nō hn̄tes pastorē ⁊ cepit il
los docere multa Et cū iā hora ml'
ta fieret accesserūt discipuli eiꝰ di
centes. Desertus ē locus hic ⁊ iā
hoā preterijt. Dimitte illos ut eū
tes ī ꝓximas villas ⁊ vicos emāt
sibi cibos q̄s māducēt. Et respon
dens ait ill'. Date illis māducare.
Et dixerūt ei. Eūtes emamꝰ ducē
tis denarijs panes ⁊ dabimꝰ illis
manducaē. Et dicit eis. Quot pa
nes habetis. Ite ⁊ videte. Et cum
ꝯgnouissent dicunt. Qn̄qꝫ. ⁊ du
os pisces Et precepit illis ut accū
bere facerent oēs scd̄m ꝯtubernia
sup viride fenū. Et discubuerūt in
ꝑtes ꝑ centenos ⁊ quinq̄genos.
Et acceptis qn̄qꝫ panibz ⁊ duobz
piscibz intuēs in celū benedixit ⁊
fregit panes ⁊ dedit discipul' suis
ut ponerēt añ eos ⁊ duos pisces
diuisit omnibz. Et manducauerūt
oēs ⁊ saturati sūt ⁊ sustulerūt re
liquias fragmētoꝝ duodecim co
phinos plenos ⁊ de piscibz. Erāt
autē q̄ māducauerūt qn̄qꝫ milia

viroꝝ. Et statim coegit discipulos
suos ascendere nauim ut precede
rent eum trãs fretũ ad bethsaydã
dũ ipse dimitteret ꝓplm. Et cũ dimi
sisset eos abijt in montẽ orare. Et
cũ sero esset erat nauis in medio
mari ⁊ ipse solus in terra. Et videns
eos laborantes in remigãdo. erat
enim ventus contrarius eis ⁊ circa
quartã vigiliam noctis venit ad
eos ambulãs supra mare ⁊ vole
bat preterire eos. At illi ut vide
rũt eũ ambulantẽ supra mare pu
tauerũt fantasma eẽ ⁊ exclamaue
rũt. Oẽs enim viderũt eum ꝯturba
ti sũt. Et statim locutus est cũ eis
⁊ dixit eis. Confidite. Ego sum no
lite timere. Et ascendit ad illos in
nauim ⁊ cessauit ventus. Et plus
magis intra se stupebãt. Non enim
intellexerũt de panibꝰ. Erat eĩ cor
eoꝝ obcecatũ. Et cũ trãsfretassent
venerũt in terrã genesareth ⁊ ap
plicuerũt. Cũq; egressi eẽnt de na
ui ꝯtinuo ꝯgnouerũt eum ⁊ pcur
rentes vniuersã regionẽ illam ce
perũt in grabatis eos qui se ma
le habebant circũferre vbi audie
bãt eũ eẽ. Et quocũq; introiebat
in vicos vel ĩ villas aut ciuitates
in plateis ponebãt infirmos ⁊ de
precabant eũ ut vel fimbriã vesti
menti eiꝰ tangerẽt ⁊ quotq̃t tan
gebãt eũ salui fiebãt. ¶ Ca. vij.

Et ꝯueniunt ad eũ pharisei
⁊ quidã de scribꝰ veniẽtes ab
iherosolimis. Et cum vidissent q̃s
dam ex discipulis eius ꝯmunibꝰ
manibꝰ idest nõ lotis mãducaẽ
panes vitupauerũt. Pharisei enim
⁊ omnes iudei nisi crebro lauerĩt
manus non manducãt: tenẽtes
tradicõem seniorum ⁊ a foro nisi
baptisent non comedunt ⁊ alia
multa sunt que tradita sunt illis
seruare baptismata calicũ ⁊ vrce
orũ ⁊ eramentoꝝ ⁊ lectoꝝ. Et inte
rogabant eum pharisei ⁊ scribe.
Quare discipuli tui nõ ambulant
iuxta tradicõem senioꝝ. ꝫ cõmu
nibꝰ manibꝰ manducãt panem.
At ille rñdẽs dixit eis. Bene ꝓphe
tauit ysaias de vobis ypocritis si
cut scriptũ ẽ. Populus hic labijs
me honorat. cor aũt eoꝝ lõge ẽ a
me. Inuanum aũt me colũt docen
tes doctrinas ⁊ p̃cepta hominum
Relinquẽtes enim mandatum dei te
netis tradicõnes hominũ: baptis
mata vrceoꝝ et calicum ⁊ similia
hijs facitis multa. Et dicebat bñ
irritum fecistis preceptũ dei: ut tra
dicõem vestrã seruetis. Moyses
enim dixit. Honora patrẽ tuũ ⁊ ma
trẽ tuam et qui maledixerit pr̃i vel
matri morte moriat. Vos aũt di
citis. Si dixerit hõ patri aut matri
corban qd̃ ẽ donũ qd̃cũq; ex me ti
bi ꝓfuerit et vltra nõ dimittitis
eũ quicq̃ facere pr̃i suo aut matri
rescindẽtes verbũ dei ꝑ tradicõem
vr̃am quam tradidistis. Et similia
huiusmõi multa facitis. Et aduo
cans iterum turbam dicebat ill. Au
dite me oẽs et ĩtelligite. Nihil est
extra hoĩem introiẽs in eũ qd̃ pos
sit eũ coinq̃nare. ꝫ q̃ de hoĩe proce
dũt illa sũt q̃ ꝯmunicant hoĩem. Si
q̃s hꝫ auẽs audiẽdi audiat Et cũ
ĩtroissꝫ ĩ domũ a turba: ĩtrogabãt
eũ discipuli eiꝰ parabolã. Et ait ill.
Sic ⁊ vos ĩprudẽtes estis. Nõ ĩtel
ligitis q̃a oẽ extrñsecꝰ ĩtroiẽs ĩ ho
minẽ nõ põt eũ ꝯmunicare q̃a nõ

intrat in cor eius sed in ventrem
vadit ⁊ in secessum exit purgās
oēs escas. ⁊ Dicebat aūt qm̄ illa
q̄ de hoīe exeūt illa ꝯmunicāt ho
minē. Abintus em̄ de corde hoīm
male cogitacōes ꝓcedūt adulte
ria. fornicacōnes. homicidia. fur
ta. auaritie. neq̄tie. dolus impudi
citie. oculꝰ malꝰ. blasphemia. su
ꝑbia. stulticia. Oīa hec mala abī
tus ꝓcedunt ⁊ ꝯmunicāt hoīem
Et inde surgēs abijt in fines tyri
⁊ sydoīs ⁊ ingressus domū nemi
nem voluit scire ⁊ nō potuit late
re. Mulier em̄ statim ut audiuit
de eo cuiꝰ filia habebat spūm im
mūdū intrauit ⁊ ꝓcidit ad pedes
eius. Erat em̄ mulier gētilis syro
phenissa genere. Et rogabat euꝫ
ut demoniū eiceret de filia eiꝰ Qui
dixit illi. Sine priꝰ saturari filios
Nō est enim bonuꝫ sumē panem
filioꝝ ⁊ mittere canibus. At illa
rn̄dit ⁊ dixit illi. Vtiq̄ dn̄e. Nam
⁊ catelli ꝯmedūt sub mēsa de mi
cis pueroꝝ Et ait illi. Propt̄ hūc
sermonē vade exijt demoniuꝫ de
filia tua Et cū abijsset domū inue
nit puellam iacentē sup̄ lectum ⁊
demoniū exijsse. Et iteꝝ exiens de
finibus tyri venit ꝑ sydonem ad
mare galilee inter medios fines
decapoleos. Et adducūt ei surduꝫ
⁊ mutū ⁊ deꝑcabāt̄ eū ut īponat
illi manū. Et apprehēdens eum de
turba seorsū misit digitos suos ī
auriculas eius ⁊ expuēs tetigit li
guam eius ⁊ suspiciens in celum
ingemuit ⁊ ait illi. Effeta qđ ē ad
aperire. et statim apte sunt aures
eius ⁊ solutū ē vinculū lingue eiꝰ
⁊ loq̄batur recte. Et precepit illis

ne cui dicerēt. Quāto aūt eis pre
cipiebat tāto magis plꝰ predica
bant. ⁊ eo amplius āmirabant̄
dicentes Bn̄ omnia fecit ⁊ surdos
fecit audiē ⁊ mutos loq̄. Ca. viij.

In diebus ill̄ iteꝝ cū turba
multa esset nec haberēt qđ
māducarent ꝯuocatis discipulis
ait ill̄. Misereor sup turbā q̄ ecce
iam t̄duo sustinēt me nec habēt
qđ manducēt ⁊ si dimisero eos ie
iunos in domū suā deficient īvia
Quidā eī ex eis delonge venerūt et
rn̄derūt ei discipuli sui. Vn̄ istos
q̄s poterit hic saturaē panibꝰ in
solitudine. ⁊ et interrogauit eos.
Quot panes habetis. ⁊ Qui dixe
rūt. Septē. ⁊ precepit turbe discū
bere sup terrā. Et accipiēs septem
panes gr̄as agēs fregit ⁊ dabat
discipulis suis ut apponerent et
apposuerūt turbe Et habebāt pisci
culos paucos ⁊ ipōs bene dixit ⁊
iussit apponi et māducauerūt et
saturati sūt ⁊ sustulerūt qđ supera
uerat de fragmētis septē sportas
Erāt aūt qui māducauerūt quasi
q̄tuor milia ⁊ dimisit eos. Et sta
tim ascēdens nauim cū discipulis
suis venit in ꝑtes dalmanutha.
Et exierunt pharisei ⁊ ceperūt cō
quirē cū eo q̄rentes ab illo signū
de celo tēptātes eū. Et ingemiscēs
spiritu ait Quid generacō ista si
gnū q̄rit. ⁊ Amen dico vob̄. Si da
bitur generacōni isti signū. et di
mittēs eos ascēdit iteꝝ nauim ⁊
abijt trās fretuꝫ. Et obliti sūt pa
nem sumere ⁊ nisi vnū panē non
habebāt secū in naui. et precipie
bat eis dicens Videte ⁊ cauete a
fermento phariseoꝝ ⁊ fermento

nō ⁊ suspiciens

herodis. Et cogitabāt ad alterutꝝ
dicentes. qꝛ panes nō habemus.
Quo ꝯgnito ait illis ihs Quid co
gitatis qꝛ panes nō habetis. Nō
duꝫ cognoscitis nec intelligitis.
Adhuc cecatū habetis cor vestꝝ.
Oculos habentes nō videtis ⁊ au
res habentes nō auditis. Nec re
cordamini qñ qn̄qꝫ panes fregi ī
qn̄qꝫ milia et quot cophinos fra
gmentoꝝ plenos sustulistis. Di
cunt ei. Duodecim. Qñ ⁊ septē pa
nes ī quatuormilia. quot sportas
fragmentoꝝ tulistis. Et dicūt ei:
Septē. Et dicebat eis. Qūo nōdū
intelligitis. Et veniūt bethsaydā
⁊ adducūt ei cecū ⁊ rogabant eū
ut illū tangeret. Et apprehēsa ma
nu ceci eduxit eū extra vicū et ex
puens ī oculos eiꝰ impositis ma
nibus suis: interrogauit euꝫ si q̄d
videret. Et aspitiēs ait. Video ho
mines velut arbores ābulantes.
Deinde iteꝝ imposuit manꝰ super
oculos eiꝰ ⁊ cepit videre et restitu
tus est: ita ut clare videret oīa. Et
misit illū in domū suā dicens. Va
de in domū tuā ⁊ si in vicū introie
ris nemini dixeris. Et ingressus ē
ihus et discipuli eiꝰ castella cesa
ree philippi et in via īterrogabat
discipl̄os suos dicēs eis. Quē me
dicūt eē hoīes. Qui rñderūt illi di
centes. Johem baptistaꝫ. alij he
lyam. alij vero quasi vnū de ꝓphe
tis. Tūc dicit illis. Vos vero quē
me eē dicitis. Rñdens petrus ait
ei. Tu es xp̄s Et ꝯminatus est eis
ne cui dicerēt de illo. Et cepit docē
eos qm̄ oportet filiū hominis pa
ti multa ⁊ reprobari a senioribꝰ ⁊
a sūmis sacerdotibꝰ ⁊ scribis ⁊ oc
cidi ⁊ post tres dies resurgere. Et
palā verbū loquebat̄. Et apprehē
dens eū petrus: cepit īcrepare eū
Qui cōuersus ⁊ vidēs discipulos
suos ꝯminatus est petro dicens.
Vade retro me sathana. qm̄ non
sapis q̄ dei sūt ꝫ que sūt hoīm. Et
cōuocata turba cū discipul̄ suis
dixit eis. Si quis vult me sequi de
neget semetip̄m et tollat crucem
suā ⁊ sequat̄ me. Qui em̄ voluerit
am̄aꝫ suā saluaꝫ facere: ꝑdet eā. q̄
aūt ꝑdiderit aīam suā ꝓpter me ⁊
euangeliū: saluā eaꝫ fatiet. Quid
em̄ ꝓderit homini si lucret̄ mūdū
totū ⁊ detrimentū aīe sue fatiat.
Aut q̄d dabit homo cōmutacōis
ꝓ am̄a sua. Qui em̄ me confusus
fuerit ⁊ verba mea in generacōe
ista adultera ⁊ peccatrice ⁊ filius
hoīs ꝯfundet eū cū venerit in glo
ria patris sui cum angelis sāctis.

Et dicebat illis ¶ Ca. ix.
Amen dico vobis. qꝛ sunt q̄
dam de hic stantibꝰ qui non gu
stabunt mortez: donec videant re
gnū dei veniens ī virtute. Et post
dies sex assumpsit ihus petruꝫ et
iacobum ⁊ iohannē ⁊ ducit illos
in montem excelsum solus ⁊ trās
figuratus est coraꝫ ipsis. Et vesti
menta eius facta sunt splendētia
et candida nimis velut nix: q̄lia
fullo nō potest sup terrā candida
facere. Et apparuit illis helias cuꝫ
moyse ⁊ erant loquentes cuꝫ ihe
su. Et respondens petrus ait ihesu
Rabi bonuꝫ est nos hic eē ⁊ fatia
mus tria tabernacula: tibi vnū ⁊
moysi vnū ⁊ helie vnū. Nō enim
sciebat q̄d diceret. Erāt eī timore
ext̄riti. Et facta ē nubes obūbrās

eos ⁊ venit vox de nube dicēs Hic
ē filius meus carissim⁹ audite il
lū. Et statim circūspiciētes nemi
nē amplius viderūt nisi ihesū tm̄
secū. Et descendētib⁹ illis de mōte
p̄cepit illis ne cuiq̄ q̄d vidissent
narrarent nisi cū fili⁹ hoīs a mor
tuis resurrexerit. Et verbū ɔtinue
runt apud se conq̄rentes q̄d essz
cum a mortuis resurrexerit. Et int̄
rogabāt eū dicētes Quid ergo di
cūt pharisei ⁊ scribe q̄ heliā opor
teat venire primū. Qui r̄ndēs ait
illis. Helias cū venerit primo re
stituet oīa ⁊ qūo scriptū est in fi
liū hoīs ut multa paciatur ⁊ cōtē
natur. Sed dico vobis q̄ ⁊ helias
venit ⁊ fecerūt illi q̄cunq̄ voluerūt
sicut scriptū est de eo. Et veniens
ad discipulos suos vidit turbaz
magnā circa eos ⁊ scribas conq̄
rentes cum ill' Et cōfestim oīs po
pul⁹ videns ihm̄ stupefact⁹ est ⁊
expauerūt ⁊ accurrētes salutabāt
eū. Et interrogauit eos. Quid int̄
vos conq̄ritis. et r̄ndens vn⁹ de
turba dixit. Magister attuli filiū
meū ad te habētem spiritū mutū
q̄ vbicūq̄ eū apprehēderit allidit
illū ⁊ spumat ⁊ stridet dētibus ⁊
arescit. Et dixi discipul' tuis ut ei
cerent illū ⁊ nō potuerūt Qui r̄ndēs
eis dixit. O generacio incredula
q̄dīu ap̄d vos ero. Quādui vos
patiar. Afferte illū ad me. Et at
tulerunt eū. et cū vidissz eū stati
spūs ɔturbauit illū ⁊ elisus ī ter
rā volutabatur spumās. Et inter
rogauit p̄rez ei⁹. Quātū tp̄is est
ex quo ei hoc accidit. At ille ait.
Ab infātia. Et frequēter eum ⁊ in
ignē ⁊ in aquam misit ut eū p̄de
ret Sz si quid potes: adiuua nos
misertus nostri. Ihs aūt ait illi
Si potes credere omnia possibilia
credēti. Et cōtinuo exclamās pat̄
pueri cum lacrimis aiebat. Credo
dn̄e adiuua incredulitatē meam
Et cū viderz ihs ɔcurrentē turbā
ɔminatus est spiritui immūdo di
cens illi. Surde ⁊ mute spūs ego
p̄cipio tibi exi ab eo ⁊ ampli⁹ ne
introeas ī eū Et exclamās ⁊ mul
tū discerpēs eū exijt ab eo ⁊ fact⁹
est sic mortu⁹ ita ut multi dicerēt
q̄ mortuus est. Ihus aūt tenēs
manū ei⁹ eleuauit eū ⁊ surrexit.
Et cum introissz in domū discipu
li ei⁹ secreto īterrogabāt eū Qua
re nos nō potuim⁹ eicere eum. Et
dixit illis. Hoc gen⁹ in nullo pōt
exire nisi in oracōe ⁊ ieiunio. et in
de p̄fecti pret̄gredie bātur galileā
nec volebat quēq̄ sciē. Docebat
aūt discipulos suos ⁊ dicebat il
lis quoniā fili⁹ hoīs tradet̄ in ma
nus hoīm ⁊ occidēt eū ⁊ occisus
tercia die resurgz. At illi ignora
bāt verbū ⁊ timebāt interrogare
eū et venerūt capharnaū Qui cuz
domi essent interrogabat eos.
Quid in via tractabatis. At illi
tacebant. Siq̄dem in via inter se
disputauerāt q̄s eoꝝ maior esset
Et residens vocauit duodecim ⁊ ait
illis. Si q̄s vult prim⁹ eē erit om
niū nouissim⁹ ⁊ oīm minister. Et
accipiēs puerū statuit eū in me
dio eoꝝ quē cū cōplexus essz ait
illis. Quisquis vnū ex huiusmōi
pueris recepit ī nomine meo me
recepit ⁊ q̄cunq̄ me suscepit nō
me suscipit sed eū q̄ misit me. Rn̄
dit illi iohannes dicēs Magister

vidimꝰ quendā in noīe tuo eitiē
tem demonia qui nō sequit̄ nos
ꝛ ꝓhibuimꝰ eū. Jhs aūt ait. No
lite ꝓhibere eū. Nemo est em̄ qui
fatiat virtutē ī noīe meo ꝛ possit
cito male loqui de me. Qui em̄ nō
est aduersū vos: ꝓ vobis ē. Quis
quis em̄ potuꝫ dederit vob̄ calicem
aq̄ in noīe meo q̄a xp̄i estis: amē
dico vobis nō ꝑdet mercedē suam
Et quisquis scādalisauerit vnuꝫ
ex hijs pusillis credentibꝰ in me:
bonū est ei magis si circūdaretur
mola asinaria collo eiꝰ ꝛ in mare
emitteret̄. Et si scandalisauerit te
manꝰ tua abscide illaꝫ. Bonū est
tibi debilem introire in vitā q̄ du
as manꝰ habentē ire ī iehēnaꝫ in
ignez inextinguibilē. vbi vermis
eoꝝ nō morit̄ ꝛ ignis nō extīguit̄
Et si pes tuꝰ te scandalisat ampu
ta illū. Bonū est tibi claudū ītro
ire in vitam eternā q̄ duos pedes
habentē mitti in iehennaꝫ ignis ī
extinguibilis vbi vermis eoꝝ nō
morit̄ ꝛ ignis nō extinguit̄. Qd̄ si
oculus tuꝰ scandalisat te eice eū
Bonuꝫ est tibi luscū introire in re
gnū dei q̄ duos oculos hn̄tē mit
ti in iehennam ignis vbi vermis
eoꝝ nō morit̄ ꝛ ignis nō extīgui
tur. Oīs em̄ igne salieť ꝛ ōnis vi
ctima sale salieť. Bonū ē sal. Qd̄
si sal insulsū fuerit in quo illud cō
dietis. Habete in vobis sal ꝛ pa
cem habete inter vos. ¶ Ca. x.

ET inde resurgēs venit ī fines
iudee vltra iordanē ꝛ ꝯueni
unt iteꝝ turbe ad eū ꝛ sicut cōsue
uerat iterū docebat illos. Et acce
dentes pharisei interrogabāt euꝫ
si licet viro vxorē dimittere: tēptā
tes eum. At ille rn̄dens dixit eis.
Quid vobis p̄cepit moyses. Qui
dixerūt. Moyses ꝑmisit libellū re
pudij scribere ꝛ dimittere. Quibꝰ
rn̄dens ihs ait. Ad duritiam cor
dis vestri scripsit vobis preceptū
istud. Ab initio autē creature ma
sculū ꝛ feminā fecit eos deos. ꝓpt̄
hoc relinquet homo patrē suuꝫ ꝛ
matrē ꝛ adherebit ad vxorē suaꝫ
ꝛ erūt duo in carne vna. Itaq̄ iā
nō sunt duo ꝫ vna caro Qd̄ ergo
deus ꝯiūxit homo nō separet. Et ī
domo iteꝝ discipuli eiꝰ de eodeꝫ in
terrogauerunt eū. Et ait illis. Qui
cūq̄ dimiserit vxoreꝫ suā ꝛ aliam
duxerit: adulteriū ꝯmittit sup eā
Et si vxor dimiserit viꝝ suū et alij
nupserit: mechat̄. Et offerebant
illi ꝑuulos ut tāgeret illos. disci
puli aūt ꝯminabant̄ offerentibꝰ
Quos cuꝫ videret ihus: indigne
tulit. Et ait illis. Sinite ꝑuulos ve
nire ad me ꝛ ne ꝓhibueritis eos
Taliū em̄ est regnū dei. Amen di
co vobis quisquis nō receperit re
gnū dei velut ꝑuulus nō intr̄bit
in illud. Et ꝯplexans eos ꝛ impo
nens manꝰ sup illos: bn̄dicebat
eos. Et cū egressus eēt in via: pro
currens quidā genuflexo ante eū
rogabat eū dicens. Magister bo
ne: quid fatiam ut vitā eternam
ꝑcipiaꝫ. Jhus aūt dixit ei. Quid
me dicis bonuꝫ. Nemo bonus: ni
si vnꝰ deꝰ. Precepta nosti: ne ad
ulteres. ne occidas. ne fureris. ne
falsū testiōniū dixeris. ne fraudē fe
ceris. hōra p̄reꝫ tuū ꝛ mr̄eꝫ. At ille
rn̄dēs ait illi. Mgr̄ hec oīa obsua
ui a iuuētute mea. ihs āt ītuitꝰ eū
dilexit eū ꝛ dixit ei. vnū tibi deest

Vade quecūq̄ habes vende ⁊ da
pauperibꝫ ⁊ habebis thesaurꝫ in ce
lo ⁊ veni sequere me. Qui ꝯtrista
tus in verbo abijt merens Erat eī
habēs multas possessiones Et cir
cumspiciēs ihus ait discipul' su
is. Quādifficile qui pecunias hn̄t
in regnū dei introibūt. Discipuli
aūt obstupescebāt in verbis ei⁹
At ihus rursus rn̄dens ait illis.
Filioli q̄ difficile est ꝯfidentes in
pecunijs in regnū dei introire. Fa
cilius ē camelū ꝑ foramen acus
trāsire q̄ diuitē intrare in regnuꝫ
dei. Qui magis āmirabātur. Dicē
tes ad semetipsos. Et q̄s potest
saluus fiei. Et intuēs ihus illos
ait Apud hoīes impossibile ē sed
non apud deū. Oīa enim possibi
lia sūt apud deū. Et cepit ei petr⁹
dicere. Ecce nos dimisim⁹ oīa ⁊ se
cuti sumus te. Rn̄dens ihus ait.
Amē dico vob' nemo ē q̄ relique
rit domū aut fratres aut sorores
aut pr̄ez ā matrez aut filios aut
agros ꝓpter me ⁊ ꝓpter euāgeliū
q̄ non accipiat cēties tantū nūc
in tpe hoc. domos ⁊ fratres ⁊ so
rores ⁊ matres ⁊ filios ⁊ agros
cū ꝑsecucōnibꝫ ⁊ in seculo futuro
vitaꝫ eternam. Multi aūt erūt p̄
mi nouissimi et nouissimi primi
Erant aūt in via ascēdentes ihero
solimā ⁊ p̄cedebat illos ihesus ⁊
stupebāt ⁊ sequētes timebāt. Et
assumēs iterꝫ duodecim. cepit ill'
dicere q̄ eēnt ei ventura Quia ecce
ascendimus iherosolimā ⁊ filius
hōis tradet' principibꝫ sacerdotū
⁊ scribis ⁊ senioribꝰ ⁊ dānabūt
eū morte ⁊ tradēt eū gētibꝰ ⁊ illu
dēt ei ⁊ cōspuēt eū ⁊ flagellabūt
euꝫ ⁊ interficient eū ⁊ tertia die re
surget. Et ascendūt ad eum iaco
bus ⁊ iohānes filij zebedei dicen
tes. Magister volum⁹ ut q̄dcun
q̄ petierimus facias nobis At il
le dixit eis. Quid vultis ut faciaꝫ
vob'. Et dixer̄t. Da nob' ut vnus
ad dexterā tuā ⁊ ali⁹ ad sinistraꝫ
tuā sedeamus in gloria tua. Ihus
autē ait eis Nescitis quid petatis
potestis bibere calicez quem ego
bibo aut baptismo quo ego bap
tisor baptisari. At illi dixerunt
ei. Possum⁹ Ihs autē ait eis. Ca
licem q̄dem quez ego bibo bibetis
⁊ baptismo q̄ ego baptisor bap
tisabimini sedere aūt ad dexteraꝫ
meā vl' ad sinistrā nō est meū da
re vob' sed quib⁹ ꝑatū ē. Et audi
entes decez indigr̄ti sunt de iacobo
⁊ iohāne. Ihs autē vocans eos.
ait ill' Scitis q̄ hij q̄ vident' prin
cipari gētibꝫ dn̄antur eis ⁊ prin
cipes eorꝫ ꝑtātem habēt ipōruꝫ.
Nō ita ē aūt in vob' sed q̄cunq̄ vo
luerit fieri maior erit vester mini
ster ⁊ quicunq̄ voluerit in vobis
prim⁹ eē erit oīm seruus. Nā ⁊ fi
lius hōis nō venit ut ministraret'
ei sed ut ministraret ⁊ daret aīaꝫ
suā redēpcionez ꝓ multis. Et veni
unt ihericho et proficiscente eo
de ihericho ⁊ discipulis eius ⁊ pl'i
ma multitudīe filius thimei bar
thimeus cecus sedebat iuxta viā
mendicās. Qui cū audisset q̄ ihe
sus nazarenus ē cepit clamare ⁊
dicere. Ihu fili dauid miserē mei
Et ꝯminabātur illi multi ut tacēt
At ille multo magis clamabat fi
li dauid miserere mei. Et stās ihe
sus p̄cepit illum vocari. Et vocāt

cecū dicentes ei Animequior esto
Surge vocat te. Qui ꝓiecto vesti
mento suo: exiliens venit ad eū.
Et rñdens ihs dixit illi. Quid tibi
vis fatiaꝫ. Cecus aūt dixit ei. Ra
boni ut videam. Ihus aūt ait illi.
Vade. Fides tua te saluuꝫ fecit. Et
ꝯfestī vidit ⁊ sequebat̄ eū ī via.

Et cū appropīqua ¶ Ca. xi.
rēt iherosolime ⁊ bethanie
ad montē oliuaꝝ mittit duos ex
discipulis suis ⁊ ait illis. Ite in ca
stellū qd̄ ꝯtra vos est ⁊ statī ītro
eūtes illuc inuenietis pulluꝫ liga
tū sup quem nemo adhuc hoīm
sedit. Soluite illū ⁊ adducite. Et
si quis vob̄ dixerit q̄d facitis. dici
te qꝛ dño necessariꝰ est ⁊ cōtinuo
illū dimittet huc Et abeūtes inue
nerēt pullū ligatū añ ianuā foris
in biuio ⁊ soluūt eū. Et quidā de
illic stantibꝰ dicebāt ill̄. Quid fa
citis soluētes pullū. Qui dixerūt
eis sicut p̄cepat illis ihus ⁊ dimi
serūt eis. Et duxerūt pullū ad ihe
sū ⁊ imponūt illi vestimēta sua et
sedit sup eū. Multi vestimēta sua
strauerēt in via. Alij aūt frondes
cedebant de arboribꝰ ⁊ sternebāt
in via. Et qui p̄ibāt ⁊ q̄ sequebā
tur clamabāt dicentes. Osāna be
nedictꝰ qui venit in noīe dñi: bñ
dictū qd̄ venit regnū p̄ris nostri
dauid: osāna in excelsis. Et intro
iuit iherosolimā ī templū et circū
spectis oībꝫ cū iam vespa eēt hora
exijt in bethaniā cū duodecim. Et
alia die cū exirent a bethania esu
rijt. Cūqꝫ vidissent alōge ficū ha
bentē folia: venit si quid forte īue
niret in ea. Et cū venisset ad eā: nl̄
inuenit p̄ter folia. Nō em̄ erat tē
pus ficoꝝ. Et rñdens dixit ei. Jaꝫ
nō amplius īeternū ex te quisq̄
fructuꝫ māducet. Et audiebāt di
scipli eiꝰ ⁊ veniūt iherosolimā. Et
cuꝫ introisset in templū cepit eice
re vendētes ⁊ ementes in tēplo et
mensas nūmulariorꝝ ⁊ kathedr̄s
vendentiū colūbas euertit. Et nō
sinebat ut quisq̄ trāsferret vas
p templū ⁊ docebat dicēs eis Nō
ne scriptū est q̄a domꝰ mea domꝰ
oracōis vocabit̄ oībꝫ gentibus.
Vos aūt fecistis eaꝫ speluncā la
tronū. Quo audito p̄ncipes sacer
dotū ⁊ scribe querebāt qūo eū per
derēt. Timebāt em̄ euꝫ. qm̄ vniu̇
sa turba āmirabat̄ sup doctrina
eiꝰ. Et cuꝫ vespa facta eēt: egredie
bat̄ de ciuitate. Et cū mane transi
rent: viderūt ficū aridā factā a ra
dicibꝰ. Et recordatus petrꝰ dixit
ei. Rabi: ecce ficus cui maledixisti
aruit. Et rñdens ihs ait ill̄. Habe
te fidē dei. Amē dico vob̄. qꝛ quicū
qꝫ dixerit huic mōti tollere ⁊ mit
tere ī mare ⁊ nō hesitauerit ī corde
suo ꝫ crediderit qꝛ qd̄cūqꝫ dixerit
fiat: fiet ei. Propterea dico vobis
oīa q̄cunqꝫ orātes petitis credite
qꝛ accipietis ⁊ eueniēt vob̄. Et cū
stabitis ad orādū: dimittite si q̄d
hētis adūsus aliqueꝫ ut ⁊ p̄ vr̄ q̄
ī cel̄ est dimittat vob̄ pctā vestra
Qd̄ si vos nō dimiseritis: nec pat̄
vester q̄ in cel̄ est dimittet vobis
peccata vrā. Et veniūt rursus ihe
rosolimā Et cū ambularet in tem
plo accedūt ad eū sūmi sacdotes
⁊ scribe ⁊ seniores et dicunt ei. In
qua potestate hec facis et quis ti
bi dedit hanc potestatem ut ista
fatias. Ihus aūt rñdens ait illis

Interrogabo vos et ego vnũ ver
bum ⁊ respondete mihi ⁊ dicam
vobis ĩ qua ptãte hec faciã. Bap
tismũ iohãnis de celo erat an ex
hõibus. ꝛ Rñdete mihi At illi cogi
tabãt secũ dicentes. Si dixerim⁹
de celo dicꝫ nob. Quare ergo non
credidistis ei. ꝛ Si dixeim⁹ ex hõi
b⁹ timem⁹ populũ. Oẽs eĩ habe
bãt iohãnem qꝛ vere ꝓpheta esset
Et rñdentes dicũt ihesu. Nescim⁹
⁊ rñdens ihesus ait ill. Neqꝫ ego
dico vob in q̃ potestate hec faciã.

Et cepit ill in pa ¶ Ca. xij.
bolis loqui. Vineã pastina
uit hõ ⁊ circũdedit sepem ⁊ fodit
lacum ⁊ edificauit turrim ⁊ loca
uit eã agricolis ⁊ peregre ꝓfectus
est. Et misit ad agricolas in tẽpe
seruũ ut ab agricolis accipet de
fructu vinee. Qui apprehẽsum euꝫ
ceciderũt ⁊ dimiserũt vacuũ. Et ite
rũ misit ad illos aliũ seruũ ⁊ illũ
in capite vulnerauerũt ⁊ cõtume
lijs affecerũt Et rursũ aliũ misit ⁊
illũ occiderũt ⁊ plures alios quos
dam cedẽtes alios vero occidẽtes
Adhuc ergo vnũ habens filium
carissimuꝫ ⁊ illũ misit ad eos no
uissimũ dicẽs qꝛ reuerebũtur filiũ
meũ. Coloni aũt dixerũt ad inui
cem Venite occidam⁹ eũ ⁊ nostr̃
erit hereditas. Et apprehẽdẽtes eũ
occiderunt et eiecerũt extra vine
aꝫ Quid ḡ faciet dñs vinee. ꝛ Ve
niet ⁊ ꝑdet colonos ⁊ dabit vine
am alijs Nec scripturã hanc legi
stis lapidẽ quẽ reprobauerũt edi
ficantes hic factus ẽ in caput an
guli a dño factũ est istud ⁊ est mi
rabile ĩ oculis nostris. ꝛ Et quere
bãt eũ tenere ⁊ timuerũt turbam.

Cognouerũt em̃ quoniã ad eos
ꝑabolam hãc dixerit Et relicto eo
abierũt Et mittũt ad eũ quosdã
ex phariseis ⁊ herodianis ut euꝫ
caperent in verbo. Qui venientes
dicũt ei. Magister scim⁹ qꝛ verax
es ⁊ nõ curas quẽq̃ Nec enim vi
des in faciẽ hõim ꝫ in veritate viã
dei doces. Licꝫ dari tributũ cesari
an nõ dabim⁹. ꝛ Qui sciẽs versuti
am illoꝝ. Ait illis Quid me tẽpta
tis. ꝛ Afferte mihi denariũ ut vide
am. At illi tulerunt ei ⁊ ait ill Cu
ius est ymago hec ⁊ inscripcio. ꝛ
dicũt ei. Cesaris Rñdens aũt ihe
sus dixit illis. Reddite igitur que
sũt cesaris cesari ⁊ q̃ sũt dei deo Et
mirabãtur sup eo. Et venerũt ad
eũ sadducei q̃ dicunt resurrectõeꝫ
nõ esse ⁊ interrogabãt eũ dicẽtes
Magister moyses nobis scripsit
ut si cuius frat̃ mortuus fuerit et
dimiserit vxorẽ ⁊ filios nõ reliq̃
rit accipiat frater ei⁹ vxorẽ ip̃ius
⁊ resuscitet semẽ fratri suo. Septẽ
ergo fratres erãt ⁊ prim⁹ accepit
vxorẽ ⁊ mortu⁹ ẽ nõ relicto semĩe
Et scd̃s accepit eã ⁊ mortuus ẽ et
nec iste reliq̃t semen. Et tercius si
milit̃. Et acceperũt eã sil̃iter septẽ
⁊ non reliq̃rũt semen Nouissima
oĩm defũcta est ⁊ mulier In resur
rectiõe ergo cũ resurrexerint cui⁹
de hijs erit vxor. ꝛ Septẽ em̃ habu
erũt eã vxorẽ. Et rñdẽs ihesus ait
illis. Nõne ido erratis nõ sciẽtes
scripturas neqꝫ v̄tutẽ dei. ꝛ Cũ em̃
a mortuis resurrexerĩt neqꝫ nubẽt
neqꝫ nubẽtur. ꝛ ꝫ sunt sic ãgeli dei
in celis. De mortuis autẽ ꝙ resur
gãt nõ legistis in libro moysi su
ꝑ rubum quomõ dixerit illi deus

inquiens ego sū deus abrahaz ⁊ deꝰ ysaac ⁊ deus iacob.ſ Nō ē deꝰ mortuoꝝ sed viuoꝝ. Vos ḡ multū erratis. Et accessit vnus de scribis qui audierat illos ꝯquirētes ⁊ videns qm̄ bñ illis rñdisset: interrogauit eū qđ eēt primū omniū mandatū. Jhus aūt rñdit ei. ꝙa pmū oim̄ mādatū est. Audi isrł dñs deus tuus deus vnꝰ est ⁊ diliges dñm deū tuuz ex toto corde tuo ⁊ ex tota aīa tua et ex tō mēte tua et ex tota virtute tua. Hoc ē primū mandatū. Secundū aūt simile est illi. Diliges pximū tuū tanq̄ teipsum. Maius hoꝝ aliud mandatuz nō ē. Et ait illi scriba. Bñ magister in veritate dixisti. qꝛ vnꝰ est deus et nō est alius preł eū. Et ut diligaſ ex toto corde ⁊ ex toto intellectu ⁊ ex tō anima ⁊ ex tota fortitudine ⁊ diligere pximū tāq̄ seipm: maiꝰ ē oibꝰ holocaustomatibꝰ ⁊ sacrificijs. Jhus autē videns qꝛ sapienter rñdisset dixit illi. Nō es longe a regno dei. Et nemo iam audebat eū interrogare. Et rñdens ihus dicebat docēs in templo. Quō dicūt scribe xpm filiū eē dauid.ſ Ipe em̄ dauid dic in spūsancto. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoꝝ Ipse ergo dauid dicit eū dñm ⁊ vñ est filiꝰ eiꝰ.ſ Et multa turba euz libenł audiuit. Et dicebat eis in doctrina sua. Cauete a scribis q̄ volūt in stolis ambulare ⁊ salutari i foro ⁊ in pmis cathedris sedere i synagogis ⁊ pmos discubitus i cenis. Qui deuorāt domos viduaꝝ sub obtentu prolixe oracōnis hij accipient plixiꝰ iudiciū. Et sedēs ihus cōtra gazophilatiū aspiciebat qūo turba iactaēt es in gazophilatiū ⁊ multi diuites iactabāt multa. Cū vemisset aūt vidua vna paup: misit duo minuta qđ est q̄drans. Et ꝯuocans discipulos suos ait illł. Amen dico vob. qm̄ vidua hec paup plus oibus misit qui miserūt in gazophilatiū. Oēs em̄ ex eo qđ abundabat illis miserūt. hec vero de penuria sua oīa que habuit misit totū victū suū.

Et cū egrederet. ¶ Ca. xiij. de templo ait illi vnꝰ ex discipuł suis Magister: aspice q̄les lapides et quales structure. Et respōdens ihus ait illi. Vides has oēs magnas edificatiōes.ſ Nō relinquet lapis sup lapidez qui nō destruaſ. Et cū sederet in mōte oliuaruū ꝯtra templū: interrogabāt eū sepatim petrus ⁊ iacobus ⁊ iohānes ⁊ āndreas. Dic nob qñ ista fient ⁊ qđ signū erit qñ hec ōmia incipiēt ꝯsūmari. Et rñdens ihus cepit dicē illł. Videte ne quis vos seducat. Multi em̄ venēt in noīe meo dicētes qꝛ ego sū ⁊ multos seducent. Cū audieritis aūt bella ⁊ opiniones belloꝝ: ne timueritis. Oportet em̄ fieri ſ nōdū finis. Exurget em̄ gens ꝯtra gentem ⁊ regnū sup regnū et erūt terremotꝰ p loca ⁊ fames. Initiū doloꝝ hec. Videte aūt vosmetipos. Tradent em̄ vos in ꝯciliis ⁊ in synagogis vapulabitis ⁊ añ pſides ⁊ reges stabitis ꝓpter me in testimoniuz illis. Et in oēs gētes pmū oportet pdicari euangeliū. Et cū dixerint vos tradentes nolite precogitare

quid loquamini sed qꝫ dat̃ vo
bis fuerit in illa hoꝛa id loq̃mi. Nõ
eiwos estis loquẽtes sed spũssan
dus. Tradz aũt frat̃ fratrẽ i mo
tem a pat̃ filiũ a cõsurgẽt filij in
parẽtes a morte afficient eos. Et
eritis odio oĩbus ꝓpter nom̃ me
um Qui autẽ fustinuerit in finez
hic saluus erit Cũ autẽ videritis
abhominacõez desolacõis stãtez
vbi nõ debz q̃ legit itelligat Tũc
q̃ in iudea fũt fugiãt in mõtes a q̃
sup tectũ ne descẽdat in domũ nec
introeat ut tollat q̃d de domo sua
a qui in agro erit nõ reuertatur
retro tollere vestimentũ suũ. Ve
aũt pregnãtibꝫ a nutriẽtibz in il
lis diebus. Orate vero ut hyeme
nõ fiant. Erit em̃ dies illi tribula
cõnes tales q̃les nõ fuerũt ab ini
tio creature quã condidit deus vsq
nũc neq fient. Et nisi breuiasset
dñs dies nõ fuisset salua oĩs caro
Sz ꝓpter electos quos elegit bre
uiauit dies. Et tũc si q̃s vob̃ dixe
rit. Ecce hic ẽ xp̃s ecce illic ne cre
dideritis. Exsurgẽt em̃ pseudo cri
sti a pseudo ꝓphe a dabũt signa
a portẽta ad seducẽdos si fieri põt
etiã electos. Vos ergo videte. Ec
ce p̃dixi vob̃ õmia. Sz in illꝰ diebꝫ
post tribulacõem illaz sol tene
brabit a luna nõ dabit splendo
rem suũ. Et stelle cœli erũt decidẽtes
a virtutes q̃ in cœl̃ sũt mouebũt
Et tũc videbũt filiũ hõis venientez
in nubibꝫ cum v̂tute multa a glo
ria. Et tũc mittet ãgelos suos et
cõgregabit electos suos a q̃tuor
vẽtis a sũmo terre vsq ad sũmuz
cœli. A ficu aũt discite parabolã. Cũ
iaz ram9 eius tener fuerit a nata
fuerint folia cognoscitis qi ꝓxio
sit estas. Sic a vos cũ videritis hec
fieri scitote qi ꝓximo sit in ostijs
Amẽ dico vob̃ qm̃ nõ trãsibit ge
neracõ hec donec oĩa ista fiant.
Celũ a terra trãsibũt verba autẽ
mea nõ trãsibũt. De die aũt illo
vel hora nemo scit neq ãgeli i ce
lo neq filius nisi pat̃. Videte vi
gilate a orate. Neq scitis em̃ qñ
tẽpꝰ sit. Sicut homo q̃ pegre ꝓfe
ctus reliq̃t domũ suã a dedit ser
uis suis ptãtem cuiusq opis a iami
tori precepit ut vigilet. Vigilate
ergo Nescitis em̃ qñ dñs domus
veniat sero. an media nocte. an gal
licãtu. an mane ne cũ venerit re
pẽte. inueniat vos dormiẽtes. Qd
aũt vob̃ dico oĩbz dico vigilate.

Erat aũt pascha ℔ Ca. xiiij.
a azima post biduũ a querebãt sũmi sacerdotes a scribe quo
eũ dolo tenerent a occiderẽt dice
bãt em̃. Nõ i die festo ne forte tu
multus fieret in populo. Et cũ eẽt
bethanie in domo symõis lepro
si a recũberet venit mulier hñs ala
bastrũ vngẽti nardi spicati preci
osi a fracto alabastro effudit su
p caput eiꝰ. Erãt aũt q̃dã indigne
ferentes intrẽ semetipos a dicẽtes
Vt q̃d p̃dicõ ista vngẽti facta ẽ.
Poterat enim vngentũ istud venũ
dari plusq̃ trecẽtis denarijs a da
ri paupibus. Et fremebãt in eaz
Jhs aũt dixit. Sinite eã. Quid il
li molesti estis. Bonũ opꝰ operã
ta est in me. Semp enim paupes ha
betis vobiscũ a cũ volueritis po
stis illi bñfacere me aũt semp non
habetis. Qd habuit hec fecit pre
uenit vngẽ corpꝰ meũ in sepultura

Amen dico vob: vbicūq; predica
tū fuerit euangeliū istud in vniū
so mūdo et q̄ fecit hec: narrabit̄
in memoriā eius. Et iudas scario
this vnus de duodecim abijt ad
sūmos sacerdotes ut p̄deret eū il
lis. Qui audientes gauisi sūt ⁊ p̄
miserūt ei pecuniaz se daturos. Et
querebat qūo illū oportune tr̄de
ret Et p̄mo die azimoꝝ quādo pa
scha ymolabant dicūt ei discipl̄i
Quo vis eam⁹ ⁊ paremus tibi ut
manduces pascha. Et mittit du
os ex discipul̄ suis ⁊ dic̄ eis. Ite ī
ciuitatē ⁊ occurret vobis hō lage
nā aque baiulās. Sequimini eū
⁊ quocunq; introierit dicite dn̄o
dom⁹. q̄ magister dicit. Vbi ē re
fectio mea: vbi pascha cū discipu
lis meis māducez. Et ip̄e vobis de
monstrabit cenaculū grāde stra
tū ⁊ illic parate nob̄. Et abierunt
discipuli ei⁹ ⁊ venerūt in ciuitatē
⁊ inuenerūt sicut dixeāt ill̄ ⁊ pa
rauerūt pascha. Vespe aūt facto
venit cū duodecī. Et discūbentib⁹
eis ⁊ māducantib⁹ ait ih̄s Amē
dico vobis. q̄ vnus ex vob̄ tr̄det
me qui manducat mecū At illi ce
perūt ꝯtristari et dicere ei singilla
tim. Nūq̄d ego. Qui ait ill̄. Vn⁹
ex duodecim q̄ intingit mecū ma
nū in cathino. Et fili⁹ quidē homi
nis vadit sicut scriptuz est de eo.
Ve aūt hoī illi p̄ quē fili⁹ hoīs tr̄
det̄. Bonū eāt ei: si nō eēt nat⁹ hō
ille. Et manducantib⁹ ill̄: accepit
ih̄us panē ⁊ bn̄dicēs fregit ⁊ de
dit eis ⁊ ait ill̄. Sumite: hoc ē cor
pus meuz. Et accepto calice gr̄as
agēs dedit eis. Et biberunt ex illo
oēs. Et ait illis. Hic ē sāguis me⁹
noui testamenti q̄ p̄ multis effun
det̄. Amen dico vobis q̄ iaz nō bi
bā de genimine vitis: vsq; in diē
illū cū illud bibaz nouū in regno
dei. Et ymno dicto exierūt in mon
tē oliuarū. Et ait eis ih̄us. Om̄es
scādalizabimini in nocte ista. q̄a
scriptū est p̄cutiā pastorez ⁊ disp̄
gēt̄ oues. Sz posteaq̄ resurrexero
precedam vos in galileā. Petrus
aūt ait illi. Et si oēs scandalisati
fuerint: s̄ nō ego. Et ait illi ihesus
Amen dico tibi. q̄ tu hodie in no
cte hac prius q̄ gallus bis vocem
dederit ter me es negaturus. At il
le ampli⁹ loquebat̄. Et si oportu
erit me siml̄ ꝯmori tibi non te ne
gabo. Similit̄ aūt ⁊ oēs dicebant
Et veniūt ī prediū cui nomē geth
semani ⁊ ait discipul̄ suis Sedete
h̄ donec orē Et assumit petꝝ ⁊ iaco
bū ⁊ ioh̄ez secū ⁊ cepit pauē ⁊ te
dē Et ait ill̄ Tristis ē aīa mea vsq;
ad mortē. Sustinete hic ⁊ vigila
te. Et cū p̄cessissz paululū: p̄cidit
sup terrā ⁊ orabat ut si fieri possz
trāsiret ab eo hora ⁊ dixit. Abba
pater: omnia tibi possibilia sunt
trāsfer calicē hūc a me. Sed n̄ q̄d
ego volo s̄ q̄d tu. Et veīt ⁊ inueīt
eos dormientes. Et ait petro. Sy
mon dormis. Nō potuisti vna ho
ra vigilare. Vigilate et orate: ut
nō intretis in tēptacōem. Spirit⁹
quidē p̄mptus est. caro vero infir
ma. Et iterꝝ abiens orauit eundē
sermonem dicens. Et reuersus de
nuo: inuenit eos dormiētes. Erāt
em̄ oculi eoꝝ g̃uati et ignorabāt
q̄d rn̄derēt ei. Et venit tertio ⁊ ait
ill̄. Dormite iā ⁊ req̄escite. Sufficit
Venit hora. ecce fili⁹ hoīs tradet̄

in mãus pccõꝝ. Surgite eamus
Ecce q̃ me tr̃det ꝓpe est Et adhuc
eo loquẽte venit iudas scarioth
vnus ex duodecim ⁊ cũ eo turba
multa cũ gladijs ⁊ lignis a sũmis
sacerdotibꝫ ⁊ scrib̃ ⁊ senioribꝫ. De
derat autẽ traditor eiꝰ signũ eis
dicẽs. Quẽcũqꝫ osculatꝰ fuero ip
se ẽ tenete eũ ⁊ ducite caute. Et cũ
venisset statim accedẽs ad eũ ait.
Rabbi. ⁊ osculatus est eũ. At illi
manus iniecer̃t in ih̃m ⁊ tenuer̃t
eũ Vnus aũt q̃dam de circũstan
tibꝫ educẽs gladiũ ꝑcussit seruũ
sũmi sacerdotis ⁊ ãputauit illi au
riculam. Et r̃ndens ihesus ait illis
Tanq̃ ad latronẽ existis cũ gla
dijs ⁊ lignis ꝯprehẽdere me. Quo
tidie erã apud vos in tẽplo docẽs
⁊ nõ me tenuistis. Sꝫ impleãtur
scripture. Tunc discipuli eiꝰ relin
quẽtes eũ oẽs fugerũt Adolescẽs
aũt q̃dam seq̃batur eũ amictus
sindone sup nudo ⁊ tenuer̃t eum.
at ille reiecta sindõe nudꝰ ꝓfugit
ab eis. Et adduxerũt ih̃m ad sũ
mũ sacerdotẽ ⁊ ꝯuenerũt oẽs sac̃
dotes ⁊ scribe ⁊ seniores. Petrꝰ ãt
alõge secutus ẽ eũ vsqꝫ intro in
atriũ sũmi sac̃dotis ⁊ sedebat cuꝫ
ministris ad ignẽ ⁊ calefatiebat
se. Sũmi vero sacerdotes ⁊ omne
ꝯciliũ q̃rebãt aduersus ih̃m testi
moniũ ut eũ morti tr̃derẽt nec in
ueniebãt Multi aũt testimoniuꝫ
falsũ dicebãt aduersus eũ ⁊ ꝯue
niẽtia testimonia nõ erãt. Et q̃dã
surgẽtes falsũ testiõniũ ferebãt
adu̇sus eũ dicentes Quoniã nos
audiuimꝰ eũ dicẽtem. Ego dissol
uã tẽplũ hoc manufactũ ⁊ post
t̃duũ aliud nõ manufactũ edifi
cabo. Et nõ erat ꝯueniẽs testimo
niũ illoꝝ Et exurgẽs sũmus sacer
dos in mediũ interrogauit ih̃m
dicens. Nõ r̃ndes quicq̃ ad ea q̃
tibi obiciũtur ab hijs. ¶ Ille autẽ
tacebat ⁊ nihil r̃ndit. Rursuꝫ sũ
mꝰ sacerdos ĩtrogabat eũ ⁊ dixit
ei Tu es xp̃us filiꝰ dei benedicti. ¶
Ihesus aũt dixit illi. Ego sũ. Et vi
debitis filiũ hõis sedẽtẽ a dextris
virtutis ⁊ veniẽtem cũ nubibus
celi. Sũmus aũt sacerdos scindẽs
vestimẽta sua ait Quid adhuc de
sideramus testes. ¶ Audistis blas
phemiã. Quid vob̃ videtur. ¶ Qui
oẽs cõdẽnauerũt eũ reum eẽ mor
tis. Et ceperũt q̃dã cõspuere eũ et
velare fatiem eiꝰ ⁊ colaphis eũ ce
dere ⁊ dicẽ ei ꝓphetisa. Et ministri
alapis eũ cedebãt. Et cum essꝫ pe
trus in atrio deorsũ. venit vna ex
ãcillis sũmi sacerdotis ⁊ cũ vidis
set petꝝ calefaciẽtẽ se aspiciẽs il
lũ ait Et tu cũ ih̃u nazareno eras
At ille negauit dicens. Neqꝫ scio
neqꝫ noui quid dicas. Et exijt fo
ras ante atriũ ⁊ gallus cãtauit.
Rursus aũt cũ vidissꝫ illũ ãcilla
cepit dicere circũstantibꝰ qꝛ h̃ ex
illis ẽ At ille iteꝝ negauit. Et ptꝰ
pusillũ rursus qui astabãt dice
bãt petro. Vere ex illis es nã et
galileꝰ es. Ille aũt cepit anathe
matizare ⁊ iurare qꝛ nescio hõiez
istuꝫ quẽ dicitis Et statim gallus
iteꝝ cãtauit. Et recordatus est pe
trus verbi qd̃ dixerat ei ih̃us pri
usq̃ gallus cãtet bis. ter me ne
gab̃. Et cepit flere. ¶ Ca. xv.

Et cõfestim mane cõsiliũ fa
ciẽtes sũmi sacerdotes cum
senioribus ⁊ scribis ⁊ vniuerso

concilio vincētes ihm duxerūt et
tradiderūt pylato. Et interrogauit
eū pylatꝰ. Tu es rex iudeoꝝ. At
ille rn̄dens ait illi. Tu dicis. Et ac
cusabant eū sūmi sacerdotes ī mlt
tis. Pylatus āt rursū interrogauit
eū dicens Nō rn̄des quicq̄. Vide
in quātis te accusant. Ihus autē
amplius nihil rn̄dit: ita ut mirare
tur pylatus. Per diē aūt festū so
lebat dimittere illis vnuꝫ ex vin
ctis quecūq̄ petissent. Erat aūt q̄
dicebat barrabas qui cū seditio
sis erat vinctus q̄ in seditione fe
cerat homicidiū. Et cū ascendissꝫ
turba: cepit rogare sicut semp fa
tiebat illꝫ. Pylatus aūt rn̄dit eis
ꝛ dixit. Vultis dimittā vob regē
iudeoꝝ. Sciebat em̄ q̄ p inuidiā
tradidissent eū sūmi sacerdotes.
Pōtifices aūt ꝯcitauerūt turbaꝫ
ut magis barraban dimittēt eis
Pylatus aūt iteꝝ rn̄dens ait illꝫ.
Quid ergo vultis fatiā regi iudeo
rū. At illi iteꝝ clamauerūt. Cruci
fige eū. Pylatus vero dicebat illꝫ
Quid eī mali fecit. At illi magis
clamabant Crucifige eū. Pylatꝰ
autē volens ꝓplo satisfacere dimi
sit illꝫ barrabā ꝛ tradidit eis ihe
sū flagellꝫ cesū ut crucifigeret. Mi
lites aūt duxerūt eū intro in atriū
p̄torij ꝛ ꝯuocant totā cohortez ꝛ ī
duūt eum purpura ꝛ imponūt ei
plectentes spineam coronā ꝛ cepe
runt salutare eū. Aue rex iudeoꝝ.
Et ꝑcutiebant caput eius arundi
ne ꝛ ꝯspuebant eū ꝛ ponentes ge
nua adorabant euꝫ. Et postq̄ illu
serūt ei exuerūt illū purpura ꝛ in
duerunt eum vestimentis suis et
educunt illū ut crucifigerent euꝫ.

Et angariauerūt pretereūtez quē
piā symonē cyreneū venientē de
villa: patrē alexādri ꝛ rufi ut tol
leret crucē eiꝰ. Et ꝑducunt illū in
golgotha locū qd est interp̄tatū
caluarie locus. Et dabant ei bibe
re mirratū vinū ꝛ non accepit. Et
crucifigentes eum diuiserūt vesti
menta eius: mittentes sortē super
eis quid quis tolleret. Erat autē
hora tertia ꝛ crucifixerūt eum. Et
erat titulus cause eius inscriptus
rex iudeoꝝ. Et cū eo crucifigūt du
os latrones: vnū a dextris ꝛ aliū
a sinistris eius. Et adimpleta est
scriptura que dicit. Et cū iniquis
reputatus ē. Et pretereuntes blas
phemabant euꝫ: mouentes capi
ta sua ꝛ dicentes Vah q̄ destruis
templū dei ꝛ in tribꝰ diebꝰ reedi
ficas. Saluū fac temetip̄m descen
dens de cruce. Similit ꝛ sūmi sacer
dotes illudētes ad alterutꝝ cū scri
bis dicebāt Alios saluos fecit se
ipsū nō potest saluū facere Cristꝰ
rex israhel descēdat nunc de cruce
ut videamꝰ ꝛ credamus. Et q̄ cuꝫ
eo crucifixi erāt ꝯuitiabant ei. Et
facta hora sexta: tenebre facte sūt
p totam terrā vsq̄ in horā nonā
Et hoā nona exclamauit ihus vo
ce magna dicēs. Heloy heloy la
mazabathani. Qd est interp̄tatū
deꝰ meus deus meꝰ: ut quid dere
liquisti me. Et quidā de circūstā
tibus audiētes dicebant. Ecce he
liā vocat. Currēs aūt vnus ꝛ im
plēs spongiā aceto: circūponēsq̄
calamo potū dabat ei dicēs. Simi
te: videamus si veniat helias ad
deponendum eum. Ihesus autez
emissa voce mag̃ expiāuit Et velū

templi scissuz ē in duo a sūmo vsq̄ deorsum Videns autē centurio q̄ ex aduerso stabat· qz sic clamās expirasset ait· Vere hō hic filiꝰ dei erat· Erāt aūt ⁊ mulieres delōge aspicientes int̄ quas eāt maria magdalene ⁊ maia iacobi mīoris ⁊ ioseph mr̄ ⁊ salome ⁊ cū eēt in galilea seq̄bantur eū et ministrabāt ei ⁊ alie multe q̄ simul cuz eo ascēderant iherosolimā· Et cū iaz sero esset factū· qz erat parasceue qd̄ est añ sabbatū· venit ioseph ab arimathia nobil̄ decurio q̄ ⁊ ipse erat expectās regnuz dei· Et audacter introiuit ad pylatū et pecijt corpꝰ ihesu· Pilatus autez mirabatur si iā obisset· Et accersito centurione interrogauit eū si iam mortuꝰ esset Et cū ꝯgnouissz a cēturione donauit corpꝰ ioseph Joseph aūt mercatus syndonē ⁊ deponēs eū inuoluit syndone ⁊ posuit eū in monumento quod erat excisū de petra ⁊ aduoluit lapidē ad ostiuz monumēti· Maria magdalene ⁊ maria ioseph aspiciebāt vbi poneret̄· ¶ Ca·xvi·

Et cū trāsisset sabbatuz maria magdalene et maria iacobi ⁊ salome emer̄t aromata ut veniētes vngerent ihesū Et valde mane vna sabbatoꝝ veniūt ad monumētū orto iam sole· Et dicebāt ad inuicē· Quis reuoluet nobis lapidez ab ostio monumēti· Et respicientes viderūt reuolutuz lapidem Erat q̄ppe magnꝰ valde Et introeūtes in monumētū viderūt iuuenē sedētem in dextris cooptū stola cādida ⁊ obstupuerūt Qui dicit ill̄· Nolite expauescere Jhm queritis nazarenū· crucifixum surrexit nō ē h̄ Ecce locus vbi posuerūt eum· Sed ite dicite discipulis eiꝰ ⁊ petro qz precedet vos ī galileā· Jbi euz videbitis sic dixit vob̄ At ille exeūtes fuger̄t de monumēto Inuaserat eī eas tremor ⁊ pauor ⁊ nemini q̄cq̄ dixer̄t Timebāt em̄· Surgēs aūt ihus mane prima sabbati apparuit p̄mo marie magdalene de q̄ eiecerat septē demonia· Illa vadēs nūciauit hijs q̄ cum eo fuerāt lugētibꝰ ⁊ flentibꝰ ⁊ illi audiētes qz viueret ⁊ visus essz ab ea nō credider̄t Post hec aūt duobꝰ ex hijs ābulantibꝰ oñsus ē in alia effigie eūtibus in villā ⁊ illi euntes nūciauer̄t ceteris nec illis crediderunt· Nouissime aūt recūbentibꝰ ill̄ vndecim apparuit ⁊ exprobrauit incredulitatez eoꝝ ⁊ duritiā cordis qz hijs qui viderāt eū resurrexisse nō credider̄t· Et dixit eis· Euntes in mūdū vniuersū predicate euāgelium omni creature· Qui crediderit ⁊ baptisatus fuerit· saluus erit· q̄ vero nō crediderit cōdēnabit̄· Signa aūt eos q̄ crediderint hec sequent̄ In nomīe meo demonia eitiēt linguis loquent̄ nouis serpētes tollēt· Et si mortiferū q̄d biberint non eis nocebit· Super egros manꝰ imponēt ⁊ bene habebūt· et dñs quidē ihesus post q̄ locutus est eis· assumptus est in celū ⁊ sedet a dextris dei· Illi autē pfecti predicauerūt vbiq̄ dño cooperante ⁊ sermonē confirmāte sequentibus signis·

appa^t p^o ma^e mag.

appa^t pe^gnio 2°

appa^t 3° dis.

¶ Explicit euāgeliū scd̄m Marcū·

¶ Incipit p̄fatio bt̄i Jheronimi p̄sbiteri i euangeliū s̄m Lucā.

Lucas syrus: natione anthiocēsis. arte medicus. discipulus apostolorū. postea paulū secutus vsq̄ ad ɔfessionē eius seruiens dn̄o sine crimine. naz neq̄ vxorem vnq̄ habuit. neq̄ filios: septuaginta et quatuor annorū obijt in bithinia plenus spiritu sancto. Qui cū iam scripta essent euangelia: p matheū quidez in iudea. p marcū aūt in ytalia: sancto instigante spū in achaie partibz hoc scripsit euangeliū: significās etiā ipse in p̄ncipio ante suū alia esse descripta Cui extra ea que ordo euangelice dispositionis exposcit: ea maxime necessitas laboris fuit ut primū grecis fidelibus oī ꝓphetacōne venturi in carnem dei xp̄i manifestata hūanitate ne iudaicis fabul' attenti in solo legis desiderio tenerent̄. vel ne hereticis fabulis ⁊ stultis sollicitationib⁹ seducti exciderent a veritate elaboraret. dehinc ut in p̄ncipio euangelij i oh̄is natiuitate presumpta cui euangeliū scriberet ⁊ in quo elect⁹ scriberet indicaret: ɔtestās in se completa esse que essent ab alijs inchoata. Cui ideo post baptismū filij dei a perfectione generationis in xp̄o implete: repetende a p̄ncipio natiuitatis humane potestas p̄missa est ut requirentibus demonstraēt in quo apprehēdens erat p nathan filiū dauid introitu recurrentis in deum generationis admisso: indisparabilis dei p̄dicans in hominibus cristū suū perfecti opus hominis rediē in se per filium faceret qui p dauid patrem venientibus iter prebebat i xp̄o Cui luce non immerito etiaz scribendorum actuum apostolorū potestas in ministerio datur. ut deo in deum pleno ⁊ filio perditionis extincto: oratione ab apostol' facta. sorte domini electionis numerus compleretur. sicq̄ paulus consūmationem apostolicis actibus daret quem diu cōtra stimulum recalcitrantem dominus elegisset. Q̄d et legentibus ac requirentibus deum ⁊ si per singula expediri a nobis vtile fuerat. sciens tamen q̄ operantem agricolam oporteat de suis fructib⁹ edere. vitauimus publicam curiositatem ne non tam volentibus deum demonstrare videremur q̄ fastidiētibus prodidisse.

¶ Explicit prefatio. Incipit euāgeliū scd̄m Lucā. ¶ Prohemiū ipsi⁹ bt̄i luce in euāgeliū suū.

Quoniam quidem multi conati sunt ordinaē narracōnes que in nobis complete sunt rerū sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt ⁊ ministri fuerunt sermonis: visum est ⁊ mihi assecuto omnia a p̄ncipio diligēter ex ordine tibi scribere optime theophile ut cognoscas eorū verborū de q̄b⁹ eruditus es veritatē.

¶ Explicit ꝓphemiū ipsi⁹ in euāgelium suū.

Fuit in diebꝰ herodis
regis iudee sacerdos
q̄daꝫ noīe zachari
as de vice abia ⁊ vx
or illi de filiabꝫ aarō
⁊ nomē eius elizabeth· Erāt autē
iusti ambo añ deū incedētes in oī
bus mādatis ⁊ iustificacōnibus
dñi sine querela· Et nō erat illis
filius· eo ꝙ esset elizabeth sterilis
⁊ ambo ꝓcessissent in diebꝰ suis·
Factū est aūt cū sacerdocio fūge
retur zacharias in ordine vicis
sue añ deū scd̄m ꝯsuetudinē sacer
dotij sorte exijt ut incēsuꝫ ponerꝫ
īgressus ī tēplū domini· Et omīs
mltitudo ꝑpli erat orās foris hoā
incensi· Apparuit aūt illi āgelus
dñi stans a dextris altaris īcensi
Et zacharias turbatus ē vidēs ⁊
timor irruit sup eū· Ait aūt ad il
lū angelus· Ne timeas zacharia
qm̄ exaudita ē deprecatio tua· Et
vxor tua elizabet pariet tibi filiū
⁊ vōbis nomē eius iohānē ⁊ erit
gaudiū tibi ⁊ exultacio ⁊ multi
in eius natiuitate gaudebūt Erit
em̄ magnus corā dño ⁊ vinum
⁊ siceram nō bibet· Et spūsācto re
plebit̄ adhuc ex vtero mr̄is sue
⁊ multos filioꝝ israhel cōuertet
ad dñm deū ipsorum· Et ip̄e pre
cedet añ illū ī spiritu ⁊ virtute he
lie ut cōuertat corda patrū in fi
lios ⁊ incredibiles ad prudētiaꝫ
iustoꝝ ꝑare dño plebem ꝑfectaꝫ
Et dixit zacharias ad āgelū· Vñ
hoc sciā· Ego em̄ sū senex ⁊ vxor
mea ꝓcessit ī diebꝰ suis· Et rn̄dēs
āgelꝰ dixit ei· Ego sū gabriel qui
asto āte deū ⁊ missus sū loqui ad
te ⁊ hec tibi euāgelisaē Et ecce eis
tacens ⁊ nō poteris loq̄ vsq̄ in di
em quo hec fiāt ꝓeo ꝙ nō credi
disti verb̄ meis q̄ implebūtur in
tpe suo· Et erat plebs expectans
zachariā ⁊ mirabātur ꝙ tardarꝫ
ipse in tēplo· Egressus aūt nō po
terat loqui ad illos· Et cognoue
rūt ꝙ visiōeꝫ vidisset in tēplo Et
ipse erat innuens illis ⁊ ꝑmāsit
mutus Et factū est ut impleti sūt
dies officij eiꝰ abijt in domū suā·
Post hos aūt dies cōcepit eliza
beth vxor eiꝰ ⁊ occultabat se mē
sibus qn̄q̄ dicens· Quia sic fecit
mihi dñs in diebꝰ quibꝰ respexit
auferre obprobriū meū int̄ hoīes
In mēse āt sexto missus ē āgelꝰ
gabriel a deo ī ciuitatē galilee cui
nomē nazareth· ad v̄ginē despō
sataꝫ viro cui nomē erat ioseph
de domo dauid ⁊ nomen v̄ginis
maria· Et ingressus āgelꝰ ad eaꝫ
dixit· Aue gratia plena dñs tecū
bn̄dicta tu in mulieribꝰ· Que cuꝫ
audisset· turbata ē in sermōe eiꝰ
⁊ cogitabat q̄lis esset ista saluta
cio· Et ait āgelꝰ ei Ne timeas ma
ria inuenisti em̄ gratiā apud deū
Ecce cōcipies in vtero ⁊ paries fi
lium ⁊ vocab̄ nomē eiꝰ ihesū Hic
erit magnus ⁊ filius altissimi vo
cabitur· Et dabit illi dñs deus se
dem dauid patris eiꝰ ⁊ regnabit
in domo iacob in eternū et regni
eius nō erit finis· Dixit āt maria
ad āgelū· Quō fiet istud quoniā
viꝝ nō ꝯgnosco· Et rn̄dens āge
lus dixit ei· Spūssanctꝰ supueni
et in te ⁊ virtus altissimi obūbra
bit tibi· Ideoq̄ ⁊ qd̄ nascet̄ ex te
sāctū vōbitur filius dei· Et ecce eli
zabeth ꝯgnata tua ⁊ ipsa cōcepit

filiū ī senectute sua Et hic mensis
est sextus illi que vocat̄ steril̄. q̄
nō erit impossibile apud deū ōne
verbū. Dixit aūt maria. Ecce ancil
la dn̄i fiat m̄ scd̄m verbū tuuz. Et
discessit ab illa āgelus. Exurgēs
autez maria in dieb⁹ illis abijt in
mōtana cū festinatione in ciuita
tem iuda ⁊ intrauit in domum za
charie ⁊ salutauit elizabeth Et fa
ctum ē ut audiuit salutacōnē ma
rie elizabeth: exultauit infans in
vtero ei⁹. Et repleta est spūsācto
elizabeth ⁊ exclamauit voce mag̃
⁊ dixit Benedicta tu int̄ mulieres
⁊ bn̄dictus fruct⁹ ventris tui. Et
vnde hoc mihi ut veniat mat̄ dn̄i
mei ad me. Ecce em̄ ut facta ē vox
salutacōnis tue in auribus meis
exultauit in gaudio infans ī vte
ro meo. Et btā que credidit. quo
niam pfitientur ea q̄ dicta sunt ei
a dn̄o. Et ait maria. Magnificat
aīa mea dn̄m Et exultauit spirit⁹
me⁹ in dō salutari meo. q̄ respexit
humilitatē ancille sue. Ecce em̄ ex
hoc beataz me dicent oēs genera
tiones. q̄ fecit mihi magna q̄ po
tens est ⁊ sanctū nomē ei⁹. Et mi
sericordia ei⁹ in pgenie ⁊ pgeni
es: timentibz eū. Fecit potentiā in
brachio suo. dispsit supbos men
te cordis sui. Deposuit potentes de
sede et exaltauit humiles. Esurien
tes impleuit bonis ⁊ diuites dimi
sit inanes. Suscepit isrl̄ puerū su
um memorari misericordie sue. si
cut locut⁹ ē ad pr̄es nostros: abr̄
haz ⁊ semini ei⁹ in secula. Mansit
aūt maria cū illa quasi mēsibus
trib⁹ ⁊ reūsa est in domū suaz. Eli
zabeth aūt impletū est tēp⁹ pari
endi ⁊ pepit filiū. Et audierūt vi
cini ⁊ cognati eius q̄ magnifica
uit dn̄s misericordiā suā cū illa ⁊
cōgratulabant̄ ei. Et factū est in
die octauo venerunt circumcidere
puerz ⁊ vocabāt eū nomine pr̄is
sui zachariā. Et rn̄dens mat̄ eius
dixit. Nequaq̄ ꝫ vocabit̄ iohes.
Et dixerūt ad illā. Quia nemo est
in ɔgnatiōe tua q̄ vocet̄ hoc noīe
Innuebant aūt patri ei⁹ quē vel
let vocari eū. Et postulans pugil
larē scripsit dicens: iohes est no
mē ei⁹. Et mirati sūt vniuersi. Ap
tum est aūt ilico os ei⁹ et lingua
eius ⁊ loquebat̄ bn̄dicēs deū. Et
fact⁹ ē timor sup omnes vicinos
eorū ⁊ sup oīa montana iudee di
uulgabant̄ oīa verba hec ⁊ posue
rūt oēs qui audierāt in corde suo
dicētes. Quisputas puer iste erit.
Etem̄ man⁹ dn̄i erat cū illo. Et za
charias pat̄ ei⁹ impletus est spi
ritusācto ⁊ ꝓphauit dicens. Bene
dictus dn̄s deus israhel. q̄ visita
uit ⁊ fecit redempcōez plebis sue.
Et erexit cornu salutis nobis ī do
mo dauid pueri sui. sicut locutus
est p os sanctorz qui a seculo sūt
ꝓphetarz eius. salutez ex inimicis
nostris ⁊ de manu oīm qui oderūt
nos. ad fatiendā misericordiā cū
patribz nostris ⁊ memorari testa
mēti sui sancti. iusiurādū q̄d iura
uit ad abrahā pr̄ez nr̄m: daturū
se nob̄. ut sine tīore de maū inimi
corz nr̄orz liberati seruiam⁹ illi. in
sanctitate ⁊ iustitia coraz ipō om
nibus dieb⁹ nostris. Et tu puer
ꝓpha altissimi vocaberis. Preibis
em̄ ante fatiez dn̄i pare vias ei⁹.
ad dandā scientiaz salutis plebi

eius in remissionē pccōꝝ eorum
p viscera misericordie dei nr̄i. in q̄
bus visitauit nos oriēs ex alto il
luminare hijs q̄ in tenebris et in
vmbr̄ mortis sedēt ad dirigēdos
pedes nr̄os i viā pacis. Puer āt
crescebat ⁊ cōfortabat̄ spū ⁊ eāt
in desertis vsq̄ in diē ostensiōis
sue ad ysrahel. ¶ Ca. ij.

Factū ē aūt in diebꝫ ill' exijt
edictū a cesare augusto ut
describeretur vniuersus orb̄. Hec
descripcō prima facta ē a p̄side sy
rie cyrino Et ibāt oēs ut ꝓfiterē
tur singuli in suā ciuitatē. Ascen
dit āt ⁊ ioseph a galilea de ciuita
te nazareth in iudeā ciuitatē da
uid q̄ vōtur bethleem. eo ꝙ esset
de domo ⁊ familia dauid ut ꝓfite
retur cū maria desponsata sibi vx
ore pregnāte Factū ē aūt cū eēnt
ibi impleti sūt dies ut pareret. Et
peperit filiū suū primogenituꝫ et
pānis eū inuoluit ⁊ rediauit eū ī
presepio qꝛ nō erat ei locus in di
uersorio. Et pastores erāt in regi
one eadē vigilantes ⁊ custodien
tes vigilias noctis sup gregē suū
Et ecce āgel⁹ dn̄i stetit iuxta illos
⁊ claritas dei circūfulsit illos ⁊ ti
muerūt timore magno Et dixit il
lis āgelus. Nolite timere. Ecce em̄
euāgeliso vob̄ gaudiū magnum
qd̄ eit omni ꝑplo qꝛ natus ē nob̄
hodie saluator q̄ est xp̄s dn̄s. i ci
uitate dauid. Et hoc vob̄ signum
Inuenietis infātē pānis inuolu
tū ⁊ positū in presepio. Et subito
facta est cū āgelo multitudo mili
cie celestis laudāciū deū ⁊ dicenci
um. Gloria in altissimis deo ⁊ ī ter
ra pax hoībus bone volūtatis. Et

factū est ut discesserūt ab eis an
geli in celū pastores loquebātur
ad inuicē. Trāseam⁹ vsq̄ bethle
em ⁊ videam⁹ hoc verbū qd̄ factū
ē qd̄ fecit dn̄s ⁊ on̄dit nob̄. Et ve
nerūt festinātes ⁊ īuenerūt mariā
⁊ ioseph ⁊ īfantē positū in prese
pio Vidētes aūt ꝯgnouerūt de ver
bo qd̄ dictū eāt illis de puero hoc
et oēs qui audierāt mirati sūt et
de hijs q̄ dicta erāt a pastoribus
ad ipsos. Maria aūt ꝯseruabat
oīa verba hec ꝯferens ī corde suo
Et reuersi sunt pastores glorificā
tes ⁊ laudātes deū in oībus que
audierāt ⁊ viderāt sic dictū ē ad
illos. Et postq̄ ꝯsūmati sunt dies
octo. ut circūcideretur puer vōtuꝫ
ē nomē eius ih̄us Qd̄ vocatū est
ab āgelo priusq̄ in vtero ꝯciperet
Et postq̄ īpleti sunt dies purga
cōnis eius scd̄m legeꝫ moysi tule
rūt illū in iherusaleꝫ ut sisterent
eū dn̄o sicut scriptū est in lege do
mini Quia om̄e masculinū adape
riēs vuluā. sāctū dn̄o vocabitur.
Et ut darēt hostiaꝫ scd̄m ꝙ dictū
est in lege dn̄i par turturꝫ aut du
os pullos colūbaꝝ Et ecce homo
erat in iherusalē cui nom̄ symeō
Et homo iste iustus et timoratus
expectās ꝯsolacōem ysrahel ⁊ spi
ritussanct⁹ erat in eo. Et respōsuꝫ
acceperat a spūsācto. Nō visuruꝫ
se mortē nisi pri⁹ videret xp̄m dn̄i
Et venit in spū in tēplum. Et cū in
ducerent pueꝝ ihesū parētes ei⁹
ut facerēt scd̄m ꝯsuetudinē legis
ꝓ eo ⁊ ipse accepit eū in vlnas su
as ⁊ bn̄dixit deū ⁊ dixit. Nunc di
mittis seruū tuū dn̄e scd̄m verbū
tuū in pace qꝛ viderunt oculi mei

salutare tuū qđ parasti añ fatiez
oīm ꝓplorꝝ. lumen ad reuelacōnē
gentiū ⁊ gloriā plebis tue isrl'. Et
erat pat' ei⁹ ⁊ mat' mirantes sup
hijs que dicebant' de illo Et bene
dixit illis symeon et dixit ad ma
riā matrē ei⁹. Ecce positus est hic
in ruinā ⁊ in resurrectionez multo
rū in isrl' ⁊ in signū cui ꝯtradicet'
Et tuaz ip̄ius aīam ꝑtrāsibit gla
dius ut reuelent' ex multis cordi
bus cogitacōnes Et erat anna ꝓ
phetissa filia fanuel de tribu aser
hec ꝓcesserat in diebz multis ⁊ vi
xerat cū viro suo ānis septē a vir
ginitate sua. Et hec viduavsqꝫ ad
ānos octogintaq̄tuor que nō di
scedebat de templo: ieiunijs et ob
secracōnib⁹ seruiēs nocte ac die.
Et hec ipsa hora supueniēs cōfite
bat' dño ⁊ loquebat' de ipō oīb⁹
qui expectabāt redempcōez ihrl'm
Et ut ꝑfecerūt oīa scđm legē domī
reuersi sūt in galileā in ciuitatem
suā nazareth Puer aūt crescebat
⁊ ꝯfortabat' plen⁹ sapiētia ⁊ grā
dei erat in illo. Et ibant ꝑntes ei⁹
ꝑ omēs ānos in ihrl'm in die sol
lemni pasche. Et cuz factus eēt an
norꝝ duodecī: ascendentib⁹ illis in
ihero solimā ꝑm cōsuetudinē diei
festi: ꝯsūmatisqꝫ dieb⁹ cū redirēt
remansit puer ih̄s in ihrl'm ⁊ nō
ꝯgnouerūt ꝑntes eius. Existimā
tes autez illū eē in comitatu: vene
rūt iter diei ⁊ req̄rebant eū inter
ꝯgnatos ⁊ notos. Et nō inueniē
tes regressi sūt in ihrl'm: requiren
tes eū. Et factū est post triduū: in
uenerūt eū in tēplo sedentē in me
dio doctorꝝ: audientē illos ⁊ īter
rogantē eos. Stupebāt aūt oēs q̄
eū audiebāt sup prudētia ⁊ rn̄sis
ei⁹. Et vidētes āmirati sūt. Et dixit
mat' eius ad illū. Fili quid fecisti
nobis sic. Ecce pat' tuus ⁊ ego do
lentes querebam⁹ te. Et ait ad il
los. Quid est ꝙ me q̄rebatis. Ne
sciebatis q̄a in hijs q̄ patris mei
sūt oportet me eē. Et ipsi nō intel
lexerūt verbū qđ locutus est ad
eos. Et descendit cū eis ⁊ venit na
zareth ⁊ eāt sb̄ditus illis. Et mat'
eius cōseruabat oīa verba hec in
corde suo. Et ih̄us ꝓfitiebat sapi
entia ⁊ etate ⁊ grā apud deum et
homines. ¶ Capitulū. iij.

Anno aūt qn̄do decimo impe
rij tyberij cesaris ꝓcurante
pontio pylato iudeā. thetrarcha
āt galilee hero de. philippo āt frē
ei⁹ tetrarcha ituree et trc̄o ītidis
regiōis ⁊ lysaīa abilie tetrarcha.
sb̄ pn̄cipib⁹ sacerdotū āna ⁊ cay
pha. factū ē verbū dñi sup iohēz
zacharie filiuz ī deserto. Et veīt in
oēm regionē iordaīs p̄dicās ba
ptismū penitētie ī remissiōez pecca
torꝝ sicut scriptū ē ī libro ꝑmonū
ysaie ꝓphe. Vox clamātis ī deser
to ꝑate viā dñi. rectas facite semi
tas ei⁹. Oīs vall' īplebit' ⁊ omnis
mōs ⁊ collis humiliabit'. Et erūt
praua ī directa ⁊ aspa ī vias pla
nas ⁊ videbit oīs caro salutaē di
dicebat ergo ad turbas que exi
ebant ut baptisarentur ab ipso.
Genimina viperaꝝ quis ostēdit
vobis fugere a ventura ira. Faci
te ergo fructus dignos peniten
tie ⁊ ne cepeītis dicere patrem ha
bemus abraham. Dico enim vo
bis. quia potens est deus de lapi
dibus istis suscitare filios abr̄he

Jaz em̄ securis ad radicē arboris
posita ē · Omnis ergo arbor nō fa
ciens fructū bonū excidetur et in
ignē mittetur Et īterrogabāt eū
turbe dicētes · Quid ḡ faciem⁹ ·
Rn̄dens aūt dicebat illis Qui ha
bet duas tunicas det nō habēti ⁊
q̄ habet escas similit̄ faciat · Ve
nerūt aūt ⁊ publicani ut baptisa
rentur ⁊ dixerūt ad illū · Magister
quid faciem⁹ · At ille dixit ad il
los Nihil āplius q̄ q̄d ꝯstitutū ē
vobis faciatis · Interrogabāt āt
eū ⁊ milites dicētes Quid fatiem⁹
⁊ nos · Et ait illis · Neminē ꝯcuci
atis neq̄ calūniā faciatis et ꝯtēti
estote stipēdijs vestris · Existimā
te aūt populo ⁊ cogitantib⁹ omī
bus in cordib⁹ suis de iohāne ne
forte ipse ess⁹ xp̄s rn̄dit iohānes
dicens oībus Ego quidē aq̄ bap
tiso vos · veniet aūt fortior cui⁹ nō
sū dignus soluere corrigiā calcia
mēto ꝝ eius ipse vos baptisabit
in spiritusancto ⁊ igni · Cui⁹ ven
tilab ꝝ in manu eius ⁊ purgabit
areā suā ⁊ ꝯgregabit triticū ī hor
reū suū · paleas aūt ꝯburet igni ī
extinguibili · Multa quidē ⁊ alia
exhortās euāgelisabat ꝑplo · He
rodes aūt tetracha cū corripetur
ab illo de herodiade vxore fratris
sui ⁊ de omnib⁹ mal̄ que fecit he
rodes adiecit ⁊ hoc sup oīa et in
clusit iohānē in carcerē · Factū ē
aūt cū baptisaretur oīs populus
⁊ ihesu baptisato ⁊ orāte apertu⁹
est celū et descēdit spūssanct⁹ cor
porali specie sicut colūba in ipsu⁹
Et vox de celo facta ē · Tu es filius
meus dilectus in te ꝯplacui mihi
Et ipse ihus erat īcipiēs q̄si āno
rū triginta ut putabatur fili⁹ io
seph · q̄ fuit hely · q̄ fuit mathat ·
q̄ fuit leui · qui fuit melchi · q̄ fuit
ianne · qui fuit ioseph · q̄ fuit ma
thathie · qui fuit amos · qui fuit
naum · q̄ fuit hesli · q̄ fuit nagge ·
q̄ fuit maath · q̄ fuit mathathie ·
q̄ fuit semi · q̄ fuit ioseph · q̄ fuit
iuda · q̄ fuit iohāna · q̄ fuit resa · q̄
fuit zorobabel · qui fuit salathiel
q̄ fuit nei · qui fuit melchi · q̄ fuit
addi · qui fuit thosan · q̄ fuit hel
madan · q̄ fuit her · qui fuit ihesu ·
q̄ fuit heliezer · q̄ fuit iorim · q̄ fuit
matthath · qui fuit leui · qui fuit
symeon · qui fuit iuda · qui fuit io
seph · q̄ fuit iona · q̄ fuit heliachī ·
q̄ fuit melcha · qui fuit menna · q̄
fuit mathata · qui fuit nathan ·
qui fuit dauid · q̄ fuit iesse · qui fu
it obeth · qui fuit booz · qui fuit sal
mon · qui fuit naason · q̄ fuit ami
nadap · qui fuit aran · qui fuit es
ron · q̄ fuit phares · q̄ fuit iude · q̄
fuit iacob · qui fuit ysaac · qui fu
it abr̄he · q̄ fuit thare · qui fuit na
chor · q̄ fuit seruch · q̄ fuit ragau ·
qui fuit phalech · qui fuit heber ·
q̄ fuit sale · qui fuit chaynan · q̄
fuit arphaxat · qui fuit sem · qui
fuit noe · qui fuit lamech · q̄ fuit
matusale · qui fuit enoch · q̄ fuit
iareth · qui fuit malalehel · q̄ fuit
chaynan · qui fuit enos · qui fuit
seth · qui fuit adam · q̄ fuit dei ·

Ihesus āt plen⁹ ¶ Ca · iiij ·
uus. Dn̄e factum ē ut imperasti ⁊
adhuc locus ē Et ait dn̄s seruo.
Exi in vias ⁊ sepes ⁊ ꝯpelle ītrare
ut impleatur dom⁹ mea. Dico au
tē vobis q̄ nemo viroꝝ illoruz q̄
vōti sunt gustabūt cenam meaz.
Ibāt aūt turbe multe cū eo ⁊ con
uersus dixit ad illos. Si q̄s vēit
ad me ⁊ nō odit p̄rez suū ⁊ m̄rez
⁊ vxorē ⁊ filios ⁊ fratres ⁊ soroēs
adhuc aūt ⁊ aīam suā nō potest
me⁹ esse discipul⁹ Et qui nō baiu
lat crucez suam ⁊ vēit post me nō
potest me⁹ eē discipul⁹ Quis em̄
ex vobis volens turrim edificare
nō prius sedēs cōputat sūptus q̄
necessarij sūt. si habeat ad ꝑficiē
dū ne postea q̄ posuerit fūdamē
tū ⁊ nō potuerit ꝑficere. om̄s qui
vident īcipiāt illudere ei dicentes
q̄ hic hō cepit edificare ⁊ non po
tuit ꝯsūmare. Aut q̄s rex iturus
cōmittere bellū aduersus aliū re
gē nō sedens pri⁹ cogitat si possit
cū decem milibz occurrere ei. q̄ cuz
viginti milibz vēit ad se. Alioqn̄
adhuc illo lōge agente legacōez
mittēs rogat ea q̄ pacis sūt. Sic
ergo om̄is ex vobis q̄ nō renun
ciat oībz que possidet non potest
meus esse discipulus Bonū ē sal
Si aūt salq̄ euanuerit in quo cō
dietur. Neq; in terrā neq; in ster
quilimiū vtile ē sed foras mittet.
Qui habz aures audiēdi audiat

Erant aūt appro ¶ Ca. xv.
pinquātes ei publicani et
pccōres ut audirent illū. Et mur
muābāt pharisei ⁊ scribe dicētes
q̄ hic pccōres recipit ⁊ māducat
cū illis. Et ait ad illos parabolaz
istā dicens. Quis ex vob̄ homo q̄
habet centū oues ⁊ si ꝑdideit vnā
ex illis. nōne dimittit nonagīta
nouē in deserto ⁊ vadit ad illam
q̄ perieāt donec inueīat eā. Et cū
inuenerit eā. imponit ī humeros
suos gaudēs ⁊ veniens domū cō
uocat amicos ⁊ vicinos dicēs il
lis. Cōgratulamini mihi q̄ inue
ni ouē meā q̄ perierat. Dico vobis
q̄ ita gaudiū erit ī celo super vno
pccōre penitētiam agēte q̄ supra

nonagintanouē iustis q̄ nō indi
gēt penitētia. Aut que mulier ha
bens dragmas decem si ꝑdiderit
dragmā vnā: nōne accipit lucer
naz ⁊ euertit domū et querit dili
genť donec inueniat. Et cuz inue
nerit: cōuocat amicas ⁊ vicinas
dicens. Cōgratulamini mihi. q̄a
inueni dragmā quā ꝑdiderā. Ita
dico vobis: gaudiū erit angel' di
sup vno peccatore penitentiā agē
te. Ait aūt. Hō quidā habuit du
os filios ⁊ dixit adolescentior ex
illis patri Pať da m̄ portionē sub
stantie q̄ me ꝯtingit. Et diuisit ill'
substātiā. Et nō post multos dies
ꝯgregatis oīb⁹ adolescentior fili⁹
ꝑegre ꝓfectus ē in regionē lōgin
quā et ibi dissipauit substantiaz
suaz viuendo luxuriose. Et postq̄
oīa ꝯsūmasset: facta est fames va
lida in regione illa ⁊ ipe cepit ege
re. Et abijt et adhesit vni ciuiū re
gionis illius ⁊ misit illū in villaz
suam ut pasceret porcos Et cupie
bat implere ventrē suuz de siliq̄s
quas porci māducabāt et nemo
illi dabat. In se āt reuersus dixit
Q̄nti mercēnarij in domo patris
mei abundāt panib⁹: ego autez
hic fame pereo. Surgam ⁊ ibo ad
p̄rem meū ⁊ dicaz ei. Pať: peccaui
in celū ⁊ corā te: iam nō sū dign⁹
vocari fili⁹ tuus: fac me sicut vnū
de mercēnarijs tuis. Et surgēs ve
nit ad p̄rez suū. Cū aūt adhuc lō
ge eēt vidit illū pať ipsi⁹ ⁊ miseri
cordia motus ē ⁊ accurrēs cecidit
sup collū ei⁹ ⁊ osculatus ē euz. Di
xitq̄z ei filius. Pať: peccaui in celū
⁊ corā te: iaz nō sū dign⁹ vocari fi
lius tu⁹. Dixit aūt pať ad seruos
suos. Cito ꝓferte stolā primā et
induite illū ⁊ date anulū ī manū
ei⁹ ⁊ caltiamenta in pedes eius. Et
adducite vitulū saginatū ⁊ occi
dite ⁊ māducem⁹ ⁊ epulemur. q̄z
hic fili⁹ me⁹ mortu⁹ erat ⁊ reuixit
perierat ⁊ inuētus est. Et ceperūt
epulari. Erat aūt fili⁹ ei⁹ senior in
agro. Et cū veniret ⁊ appropīqua
ret domui: audiuit symphoniaz ⁊
choꝝ ⁊ vocauit vnū de seruis ⁊ in
terrogauit q̄ hec eēnt. Isq̄z dixit il
li. Frať tuus venit et occidit pať
tuus vitulū saginatū. q̄z saluū il
lū recepit. Indignatus est aūt ⁊
nolebat introire. Pať ergo illius
egressus cepit rogare illuz At ille
r̄ndens dixit p̄ri suo. Ecce tot ānis
seruio tibi ⁊ nūq̄ mandatū tuuz
p̄teriui ⁊ nūq̄ dedisti m̄ heduz ut
cū aīcis meis epularer. Sz postq̄
filius tu⁹ hic qui deuorauit sb̄stā
tiaz suā cū meretricib⁹ venit: occi
disti illi vitulū saginatū. At ipse
dixit illi. Fili tu semp mecum es ⁊
oīa mea tua sūt. Epulari āt ⁊ gau
dere oportebat. q̄z frať tuus h̄ mor
tu⁹ erat ⁊ reuixit: perierat et inuē
tus est. ¶ Capitulū. xvi.

Dicebat aūt ⁊ ad discipulos
suos. Hō quidā erat diues
qui habebat villicum: ⁊ hic diffa
matus ē apud illū: quasi dissipas
set bona ipsius. Et vocauit illū et
ait illi. Quid h⁹ audio de te. Red
de racōem villicationis tue. Iam
em̄ nō poteritis villicare. Ait aūt
villicus intra se. Quid fatiam. q̄a
dominus meus aufert a me villi
cationem. Fodere non valeo: mē
dicare erubesco: Scio quid fatiaz
ut cū amotus fuero a villicacōne

recipiant me ĩ domos suas. Con
uocatis itaq; singulis debitorib⁹
dñi sui dicebat primo. Quãtũ de
bes dño meo. At ille dixit. Cẽtuz
cados olei. Dixitq; illi. Accipe cau
cõnem tuã ⁊ sede cito scribe quin
quaginta Deinde alio dixit Tu ve
ro quãtũ debes. Qui ait. Cẽtum
choros tritici. Ait illi Accipe lr̃as
tuas ⁊ scribe octoginta. Et lauda
uit dñs villicũ iniq̃tatis q̃ prudẽ
ter fecissz quia filij hui⁹ seculi pru
dẽtiores filijs lucis in generacõe
sua sũt Et ego vob̃ dico. Facite vo
bis amicos de mãmona iniq̃tatis
ut cum defeceritis recipiãt vos in
eterna tabernacula. Qui fidel̃ est
in minimo ⁊ in maiori fidelis ẽ et
q̃ in modico iniquus ẽ ⁊ in maio
ri iniquus est Si ergo in iniq̃ mã
mona fideles nõ fuistis qd̃ veruz
ẽ quis credet vob̃. Et si in alieno
fideles nõ fuistis qd̃ vestruz ẽ q̃s
dabit vob̃. Nemo seruus potest
duob⁹ dñis seruire Aut em̃ vnũ
odiet ⁊ alterz diliget. aut vni ad
herebit ⁊ alterũ ɔtẽnet. Nõ pote
stis dõ seruire ⁊ mãmone Audie
bãt aũt oĩa hec pharisei q̃ erant
auari ⁊ deidebãt illũ Et ait ill̃ Vos
estis q̃ iustificastis vos corã hõi
bus de⁹ aũt nouit corda vestra.
Quia qd̃ hõib⁹ altũ ẽ abhomina
cio ẽ añ deũ. Lex ⁊ ꝓphete vsq; ad
iohãnem ex eo regnũ dei euãgeli
sat̃ ⁊ oĩs in illud vim facit. Faci
lius est aũt celũ ⁊ terrã preterire
q̃ de lege vnũ apicẽ cadere. Om̃is
q̃ dimittit vxorẽ suã ⁊ alteraz du
cit mechat̃ ⁊ q̃ dimissam a viro
ducit mechat̃. Homo q̃daz erat
diues q̃ induebatur purpura et

bisso ⁊ epulabat̃ quotidie splẽ
dide Et erat quidã mendicus no
mine lazarus q̃ iacebat ad ianu
am ei⁹ vlceribꝰ plenus. cupiens
saturari de micis q̃ cadebãt de mẽ
sa diuitis ⁊ nemo illi dabat. Sz
⁊ canes veniebãt ⁊ lingebant vl
cera ei⁹. Factũ est aũt ut morere
tur mẽdicus ⁊ portaret̃ ab ãgelis
in sinũ abrahe. Mortu⁹ est aũt di
ues ⁊ sepultus ẽ ĩ ĩferno. Eleuãs
autem oculos suos cũ esset ĩ tor
mẽtis vidit abrahã alõge et la
zarum ĩ sinu ei⁹ et ipse clamans
dixit. Pater abrahã miserere mei
et mitte lazarũ ut ĩtinguat extre
mũ digiti sui in aquaz. ut refrige
ret linguã meã q̃ crutior ĩ hac flã
ma. Et dixit illi abrahã Fili recor
dare q̃ recepisti bona ĩ vita tua ⁊
lazarus similiter mala. Nũc autẽ
hic ɔsolatur tu vero crutiaris. Et
in hijs om̃ib⁹ ĩter nos et vos ca
hos magnũ firmatũ ẽ ut hij qui
volũt hinc trãsire ad vos nõ pos
sint neq; ĩde huc trãsmeare Et ait
Rogo ergo te pr̃ ut mittas euz ĩ
domum patris mei. Habeo enim
q̃nq; fratres ut testet̃ ill̃ ne et ip
si veniant ĩ locum hunc tormẽto
rũ. Et ait illi abr̃haz. Habẽt moy
sen ⁊ ꝓphetas audiant illos. At
ille dixit. Nõ pater abrahaz ꝫ si
q̃s ex mortuis ierit ad eos penitẽ
ciam agẽt. Ait aũt illi. Si moysẽ
⁊ ꝓphetas nõ audiunt neq; si q̃s
ex mortuis resurrexerit credẽt.

¶ Ca. xvij.

Et ad discipu
los suos ait. Impossibile ẽ
ut nõ veniant scandala. Ve aũt
illi ꝑ quẽ veniũt. Vtilius est illi
si lapis molaris imponatur circa

collum eius & piciatur in mare q̄
ut scādalizet vnū de pusillis istis
Attendite vobis. Si peccauerit in
te frater tuus: increpa illū et si pe
nitētiā egerit: dimitte illi Et si sep
ties in die peccauerit in te & septies
in die cōuersus fuerit ad te dicēs
penitet me: dimitte illi. Et dixerūt
apostoli dño Adauge nobis fidē
Dixit aūt dominꝰ. Si habueritis
fidē sicut granū sinapis diceretis
huic arbori moro eradicare et trāſ

plantare in mare & obediret vob
Quis autem vestrum habens ser
uū arātez aut pascentē boues qui
regresso de agro dicat illi statim
trāsi recūbe & non dicit: para q̄ ce
nē & precinge te & ministra mihi
donec manducem & bibam & post
hec tu manducabis et bibes. Nū
quid gratiā habet seruo illi. q̄ fe
cit q̄ ei imperauerat. Nō puto. Sic
et vos cū feceritis oīa q̄ precepta
sūt vob dicite Q̄ inutiles sumus.

Quod debuimꝰ facere fecimus Et
factū est dū iret in iherusalē tran
siebat ꝑ mediā samariā ⁊ galile
am· Et cū īgrederet qđdam castel
lū occurrerūt ei decē viri leprosi·
Qui steterūt alōge ⁊ leuauerunt
vocē dicētes· Jhu p̄ceptor misere
re nostri· Quos ut vidit dixit Ite
ostendite vos sacerdotibꝰ Et fcm̄
est dū irent mūdati sunt· Vnus
aūt ex illis ut vidit qꝛ mūdatus
ē regressus est cū magꝫ voce mag
nificās deū· Et cecidit in fatiē āte
pedes eiꝰ gratias agēs· Et hic eāt
samaritanꝰ· Rn̄dens autē ihesus
dixit· Nōne decē mūdati sunt·ꝛ Et
nouē vbi sunt·ꝛ Nō est inuētus q̄
rediret ⁊ daret gl̄iam deo nisi hic
alienigena Et ait illi· Surge vade
qꝛ fides tua te saluū fecit· Interro
gatꝰ aūt a phariseis quādo vēit
regnū dei rn̄dens eis dixit· Nō ve
niet regnū dei cū obseruacōe neqꝫ
dicent ecce hic ā ecce illic· Ecce em̄
regnū dei intra vos est· Et ait ad
discipulos suos Veniēt dies qn̄
desideretis videre vnū diē filij ho
minis ⁊ nō videbitis· Et dicēt vob̄
Ecce hic ⁊ ecce illic Nolite ire neqꝫ
sectemini· Nā sicut fulgur chorus
cans de sub celo ī ea q̄ sub celo sūt
fulget ita erit filius hōis ī die sua
Primū aūt oportꝫ illū multa pa
ti ⁊ reprobari a generacōne hac
Et sicut factū est in diebꝫ noe ita
erit ⁊ in diebꝰ filij hōis· Edebāt ⁊
bibebāt· vxores ducebāt ⁊ dabā
tur ad nupcias· vsqꝫ in diē qua ī
trauit noe in archam ⁊ vēit dilu
uiū ⁊ ꝑdidit om̄s Similiter sicut
factū est in diebꝰ loth· Edebāt et
bibebant ⁊ vēdebāt· plantabant
⁊ edificabāt q̄ die aūt exijt loth
a zodomis: pluit ignē ⁊ sulphur
de celo ⁊ oēs perdidit· Scđm hec
erit qua die filius hōis reuelabit̄
In illa hora q̄ fuerit in tecto ⁊ va
sa eiꝰ in domo ne descēdat tollere
illa ⁊ q̄ in agro similit̄ nō redeat
retro· Mēores estote vxoris loth
Quicunqꝫ q̄sierit aīam suā saluā
facere ꝑdet illam· Et q̄cunqꝫ perdi
derit illaꝫ viuificabit eā· Dico vo
bis in illa nocte erūt duo in lecto
vno vnus assumet̄ et alter relin
quetur· Due erūt molētes in vnū
vna assumet̄ ⁊ altera relinq̄tur·
Duo in agro vnus assumet̄ ⁊ al
ter relinquet̄· Rn̄dentes dicūt illi
Vbi dn̄e·ꝛ Qui dixit ill̄· Vbicūqꝫ
fuerit corpus illuc ɔgregabūtur
⁊ aquile· ¶ Ca·xviij·

Dicebat aūt et ꝑabolam ad
illos quoniā oportet semꝑ
orare ⁊ nō deficere dicens· Judex
quidā erat in q̄dā ciuitate q̄ deuꝫ
nō timebat ⁊ hōieꝫ nō reuerebat̄
Vidua aūt quedā erat in ciuita
te illa· ⁊ vēiebat ad eū dicēs Vin
dica me de aduersario meo Et no
lebat ꝑ multū tꝑus· Post hec āt
dixit intra se· Et si deum nō timeo
nec hōiem reuereor tn̄ quia mole
sta ē mihi hec vidua vindicabo
illaꝫ ne in nouissimo veniēs sug
gillet me· Ait autēꝫ dn̄s· Audite
q̄d iudex iniquitatis dicit· Deus
aūt nō faciet vindictā elcōꝝ suo
rū clamātium ad se die ac nocte
Et paciētiaꝫ habebit in ill̄·ꝛ Dico
vob̄ qꝛ cito faciet vindictā illoꝝ·
Verūtamē filius hōis vēiens pu
tas inueniet fidē ī terra·ꝛ Dixit āt
⁊ ad quosdaꝫ q̄ in se cōfidebant

tanq̄ iusti et aspnabant̄ ceteros
parabolā istā. Duo homines ascē
debāt in templuz ut orarent. vn⁹
pharise⁹ ⁊ alter publican⁹ Pha
riseus stans hec apud se orabat.
Deus grās ago tibi. q̄ non sū sic̄
cetei hominum: raptores. iniusti.
adulteri. velut etiam hic publica
n⁹. Jeiuno bis in sabbato. decīas
do omniū que possideo. Et publi
canus alonge stans nolebat nec
oculos ad celū leuare. sed ꝑcutie
bat pectus suū dicens. De⁹ ꝓpiti⁹
esto mihi peccatori Dico vobis: de
scendit hic iustificatus in domuz
suaz ab illo. q̄ omnis qui se exal
tat humiliabit̄ ⁊ qui se humiliat
exaltabit̄. Afferebāt aūt ad illuz
⁊ infātes ut eos tangeret. Q̄d cū
viderēt discipuli īcrepabāt illos
Jhs aūt ꝯuocās illos dixit. Sini
te pueros venire ad me et nolite
vetare eos. Taliū ē em̄ regnū dei.
Amen dico vob̄. quicūq̄ nō acce
pit regnū dei sicut puer: nō intra
bit in illud. Et interrogauit euz q̄
dam p̄nceps dicēs. Magister bo
ne quid faciens vitā eternā possi
debo. ⁊ Dixit aūt ei ihus. Quid me
dicis bonū. ⁊ Nemo bon⁹ nisi sol⁹
de⁹ Mandata nosti. Non occides.
non mechaberis. nō furtū faties.
non falsū testimoniū dices. hono
ra patrē tuū ⁊ mrēz. Qui ait. Hec
omnia custodui a iuuētute mea.
Quo audito ihus ait ei. Adhuc
vnū tibi deest. Oīa quecūq̄ hēs vē
de ⁊ da paupib⁹ ⁊ habeb̄ thesau
rū in celo ⁊ veni sequere me. Hijs
ille auditis cōtristatus est. q̄a di
ues erat valde. Videns autē ihus
illū tristē factuz dixit Q̄m difficile
qui pecunias habent in regnū dī
intrabunt Facilius est em̄ came
lū ꝑ foramē acus trāsire q̄ diuitē
intraē in regnū dei. Et dixerūt qui
audiebāt. Et quis pōt salu⁹ fieri. ⁊
Ait illis Que īpossibilia sūt apud
hoīes: possibilia sunt apud deum
Ait aūt petr⁹. Ecce nos dimisim⁹
om̄ia ⁊ secuti sumus te. Qui dixit
eis. Amen dico vobis nemo ē qui
reliquit domū aut parentes ā fra
tres aut vxorē ā filios ꝓpt̄ regnū
dei ⁊ non recipiat multo plura in
hoc tpe ⁊ in seculo venturo vitaz
eternā. Assumpsit āt ihesus duo
decim ⁊ ait illis. Ecce ascendimus
iherosolimā ⁊ ꝯsūmabūt̄ oīa que
scripta sūt ꝑ ꝓphas de filio hoīs.
Tradet̄ em̄ gentib⁹ ⁊ illudet̄ ⁊ fla
gellabit̄ ⁊ ꝯspuet̄ ⁊ postq̄ flagel
lauerint occidēt eū et die tertia re
surget. Et ipi n̄l hoꝝ intellexerūt.
Et erat verbū istud abscōditū ab
eis ⁊ non intelligebant que dice
bant̄. Factū est autē cū appropin
quaret ihericho. cecus quidam se
debat secus viā mendicans. Et cū
audiret turbam p̄tereuntez: inter
rogabat quid hoc esset. Dixerunt
autem ei q̄ ihesus nazaren⁹ tran
siret. Et clamauit dicens. Jhesu fi
li dauid miserere mei. Et qui prei
bant īcrepabant eum ut taceret.
Ipe vero multomagis clamabat
fili dauid miserere mei. Stans au
tem ihesus: iussit illuz adduci ad
se. Et cū appropinquasset: interro
gauit illum dicens. Quid tibi vis
fatiaz. ⁊ At ille dixit. Dn̄e ut videaz
Et ihesus dixit ei. Respice. Fides
tua te saluū fecit. Et ꝯfestim vidit
⁊ sequebat̄ illū magnificās deū.

Et oīs plebs ut vidit dedit laudē deo. ¶ Ca. xix.

Et ingressus pambulabat ihericho. Et ecce vir noīe zacheus ⁊ hic erat pn̄ceps publicanoꝝ ⁊ ipse diues. Et q̄rebat videre ihesū quis essꝫ ⁊ nō poterat pre turba q̄ statura pusillꝰ erat. Et precurrēs ascēdit in arborem sicomoꝝ ut viderꝫ eū q̄ inde erat trāsiturus. Et cum vēisset ad locum suspiciēs ihus vidit illuꝫ ⁊ dixit ad eū. Zachee festinās descende q̄ hodie in domo tua oportet me manere. Et festinās descēdit ⁊ excepit illū gaudēs. Et cuꝫ viderent omēs murmurābāt dicētes q̄ ad hōiem pccōrē diuertissꝫ. Stās aūt zacheꝰ dixit ad dn̄m. Ecce dimidium bonoꝝ meorū dn̄e do paupeibus et si q̄d aliquem defraudaui reddo quadrupluꝫ. Ait ihesus ad eū Quia hodie salus domui huic facta est eo q̄ ⁊ ipe filius sit abrahe. Venit em̄ filius hōis q̄rere et saluū facere qd̄ perierat. Hec illis audiētibus adiciens dixit parabolaꝫ eo q̄ eēt ꝓpe ihrl̄m ⁊ q̄ existimarēt q̄ ꝯfestim regnū dei manifestaret. Dixit ergo. Hō q̄dā nobil' abijt in regionē lōginquam accipe sibi regnū ⁊ reuerti. Vocatis aūt decem seruis suis dedit illis decē mnas ⁊ ait ad illos. Negociamini dū vēio. Ciues āt eius oderāt illū ⁊ miserūt legacōem post illum dicētes. Nolumꝰ hūc regnaē sup nos. Et factū est ut rediret accepto regno ⁊ iussit vōri seruos quibꝰ dedit pecuniā ut sciret quātū quisq̄ negociatus eēt. Venit aūt primꝰ dicēs. Dn̄e mna tua decem mnas acq̄siuit. Et ait illi. Euge bone serue q̄ in modico fuisti fidelis eris potestatē habēs supra decem ciuitates. Et alter vēit dicēs. Dn̄e mna tua fecit quīq̄ mnas. Et huic ait. Et tu esto sup quinq̄ ciuitates Et alt̄ vēit dicens. Domine ecce mna tua quā habui repositaꝫ in sudario. Timui em̄ q̄ hō austerus es tollis qd̄ nō posuisti ⁊ metis qd̄ non seminasti. Dicit ei De ore tuo te iudico s̄ue nequā Sciebas q̄ ego homo austerꝰ sū tollens qd̄ nō posui et metēs qd̄ nō seminaui. Et q̄re nō dedisti pecuniā meā ad mensaꝫ ⁊ ego veniens cū vsuris vtiq̄ exegissem illd̄ Et astantibꝰ dixit Auferte ab illo mnā ⁊ date illi q̄ decē mnas habꝫ Et dixerūt ei. Dn̄e habꝫ decē mnas Dico aūt vob̄ quia omni habēti dabitur ab eo aūt q̄ non habꝫ ⁊ qd̄ habet auferetur ab eo. Verū tam̄ inimicos meos illos q̄ noluerunt me regnaē sup se adducite huc ⁊ interficite an̄ me Et hijs dictis p̄cedebat ascēdens iherosolimā. Et factū est cū approquinq̄ssꝫ ad bethphage et bethaniam ad mōtem qui vōtur oliueti misit duos discipulos suos dicens. Ite in castellū qd̄ ꝯtra vos ē. In quod introeuntes inuenietis pullū asine alligatū cui nemo vnq̄ hōim sedit. Soluite illū ⁊ adducite. Et si quis vos interrogauerit quaē soluitis sic dicetis ei Quia dominꝰ operā eius desiderat. Abierūt aūt q̄ missi erāt ⁊ inuenerūt sic dixit ill' stantē pullū. Soluētibꝰ autem illis pullū dixerūt domini eius ad illos. Quid soluitis pullum ⁊ At

illi dixerũt. Quia dñs eũ necessa
riũ habet. Et duxerũt illũ ad ihm
Et iactantes vestimẽta sua supra
pullũ imposuerũt ihm. Eunte aũt
illo substernebant vestimẽta sua
in via. Et cũ appropinquaret iam
ad descensum mõtis oliueti: cepe
rũt oẽs turbe descendentiũ gaudẽ
tes laudare deũ voce magna sup
oĩbus quas viderãt virtutib9 di
centes. Bñdictus qui venit rex in
nomĩe dñi: pax in celo & gloria in
excelsis. Et quidam phariseoꝝ de
turbis dixerũt ad illũ. Magister
increpa discipulos tuos. Quib9
ipe ait. Dico vobis. ꝙa si hĩ tacue
rint lapides clamabunt Et ut ap
propinquauit videns ciuitatẽ fleuit
sup illã dicens. Quia si cognouis
ses & tu. Et quidẽ in hac die tua q̃
ad pacẽ tibi. nũc autẽ absco dita
sunt ab oculis tuis. Quia venient
dies in te & circũdabũt te inimici
tui vallo & circũdabunt te & coã
gustabũt te vndiq; & ad terram
prosternẽt te & filios tuos qui in te
sunt Et nõ relinquent in te lapidẽ
sup lapidẽ eo ꝙ nõ cognoueris tẽ
pus visitacõis tue. Et ingressus in
tẽplũ cepit eicere vendẽtes & emẽ
tes dicens illis. Scriptũ est: quia
domus mea dom9 orationis est.
Vos aũt fecistis illã speluncã la
tronũ. Et erat docens quotidie in
tẽplo. Pncipes aũt sacerdotum &
scribe & pncipes plebis: querebãt
illũ perdere & nõ inueniebant quid
facerẽt illi. Omnis enĩ populus sus
pẽsus erat audiẽs illũ.

Ca. xx.

Et factũ ẽ in vna dieꝝ docen
te illo populũ in tẽplo & euã
gelisante: conuenerũt pncipes sa
cerdotũ & scribe cũ seniorib; & aiũt
dicentes ad illũ. Dic nob in qua
potestate hec facis. Aut quis est
q̃ dedit tibi hãc potestatẽ. Respõ
dens aũt ihus dixit ad illos. In
terrogabo vos & ego vnũ verbũ
Rñdete mĩ Baptismũ iohis de celo
erat an ex hominib9. At illi cogi
tabant intra se dicentes. Quia si di
xerimus de celo dicet. Quare ergo
non credidistis illi. Si aũt dixeri
m9 ex hominib9 plebs vniuersa
lapidabit nos. Certi sũt enim io
hannez pphã eẽ. Et rñderunt se
nescire vnde eẽt. Et ihesus ait illẽ.
Neq; ego dico vobis in qua ptãte
hec facio. Cepit aũt dicere ad ple
bem parabolã hanc. Hõ plantauit
vineã & locauit eã colonis & ipse
peregre fuit multis tpib; Et in tpe
misit ad cultores seruũ ut de fru
ctu vinee darent illi. Qui cesũ dimi
serunt eũ inanẽ. Et addidit alte
rũ seruũ mittere. Illi aũt hũcq; ce
dentes & affligentes ctumelia: dimi
serũt inanẽ. Et addidit tertiũ mit
tere. q & illũ vulnerãtes eiecerunt
dixit aũt dñs vinee. Quid faciã.
Mittã filiũ meũ dilectũ: forsitã cũ
hunc viderint verebũt. Quẽ cũ vi
dissent coloni cogitauerũt intra
se dicentes. Hic est heres Occida
m9 illũ ut nostra fiat hereditas.
Et eiectũ illũ extra vineã occiderũt
Quid ergo faciet illis dñs vinee. Veniet
& pdet colonos istos & dabit vineã
alijs. Quo audito dixerũt illi. Ab
sit. Ille aũt aspitiens eos ait. Quid
ẽ ergo hoc ꝙ scriptũ est. lapidẽ quez
reprobauerũt edificantes. Hic factus
est in caput anguli. Omis q̃ ceciderit sup
illũ lapidem conquassabit. supra

quē aūt ceciderit·ꝯminuet illum·
Et querebāt p̄ncipes sacerdotū ⁊
scribe mittere in illū man⁹ illa ho
ra ⁊ timuerūt populū· Cognoue
rūt em̄ ꝙ ad ipōs dixerit filitudi
nez hāc· Et obseruātes miserunt
īsidiatores q̄ se iustos simularēt
ut caperent eū in sermone ut tra
derent illū p̄ncipatui ⁊ potestati
presidis· Et interrogauerūt eū di
centes· Magister scim⁹ qꝛ recte di
cis ⁊ doces ⁊ nō accipis ꝑsonam
ꝫ viā dei in veritate doces· Licz no
bis tributuz dare cesari an non ⁊
Cōsiderās āt dolū illoꝝ dixit ad
eos· Quid me tēptatis ⁊ Ostendi
te mihi denariū· Cui⁹ habet yma
ginē ⁊ inscripcōem ⁊ Rn̄dētes dix
erūt· Cesaris· Et ait illis· Reddite
ergo que sūt cesaris cesari et que
sūt dei deo· Et nō potuerūt verbuz
eius rep̄hendere corā plebe ⁊ mira
ti in rn̄so eius tacuerūt· Accesserūt
aūt quidā saduceoꝝ· q̄ negāt eē
resurrectionē ⁊ interrogauerūt eū
dicētes· Magister· moyses scrip
sit nob̄· si frater alicui⁹ mortuus
fuerit habēs vxorē ⁊ hic sine libe
ris fuerit ut accipiat eā frater ei⁹
vxorē ⁊ suscitet semen fratri suo·
Septē ergo fratres erāt et prim⁹
accepit vxorē ⁊ mortuus ē sine fi
lijs· Et sequēs accepit illaz ⁊ ipse
mortuus est sine filio· Et tercius
accepit illam similit̄ ⁊ om̄es sep
tē ⁊ nō reliquerūt semē et mortui
sūt· Nouissime omniū mortua est
et mulier· In resurrectiōe ergo cu
ius eoꝝ erit vxor ⁊ Siquidē septez
habuerūt eā vxorē· Et ait ill̄ ihe
sus· Filij hui⁹ seculi nubūt ⁊ tra
dūt̄ ad nupcias illi vero q̄ digni
hēbūtur seculo illo ⁊ resurrectiōe
ex mortuis neqꝫ nubēt neqꝫ ducēt
vxores neqꝫ vltra mori poterunt·
Equales em̄ angelis sūt ⁊ filij sūt
dei· cū sint filij resurrectiōis· Quia
vero resurgant mortui ⁊ moyses
on̄dit secus rubū sicut dicit dn̄m
deum abrahā ⁊ deū ysaac ⁊ deuz
iacob· Deus aūt nō est mortuoꝝ
sed viuoꝝ· Om̄es enim viuūt ei·
Rn̄dētes aūt quidā scribarū dixe
rūt ei· Magister bn̄ dixisti Et am
plius nō audebāt eū quicq̄ inter
rogare· Dixit autē ad illos· Qūo
dicūt cristū filiū esse dauid ⁊ ip̄e
dauid dicit in libro psalmorum·
dixit dn̄s domino meo sede a dex
tris meis· donec ponaz inimicos
tuos scabellū pedū tuoꝝ ⁊ Dauid
ergo dn̄m illū vocat ⁊ qūo filius
eius est ⁊ Audiēte aūt oī populo
dixit discipul̄ suis Attēdite a scri
bis q̄ volunt ambulaē in stolis ⁊
amāt salutacōes in foro ⁊ p̄mas
cathedras in sinagogis ⁊ p̄mos
discubitus in cōuiuijs· Qui deuo
rāt domos viduarū simulātes lō
gā oracōez· Hij accipiēt dānacō
nem maiorē· ¶ Ca·xxi·

Respiciēs aūt vidit eos qui
mittebāt muneā sua in ga
zophilatiū diuites· Vidit aūt et
quādā viduā paupculaz mitten
tē era minuta duo· Et dixit Vere
dico vob̄ qꝛ vidua hec paup pl⁹
q̄ oēs misit Nā om̄es hij ex abū
danti sibi miserūt in munera dei
hec aūt ex eo qd̄ deest illi oēm vi
ctū suū quez habuit misit· Et qui
busdā dicentibz de tēplo ꝙ bonis
lapidibus et donis ornatū esset
dixit· Hec q̄ videtis veniēt dies ī

quibꝫ non relinquet̃ lapis sup la
pidẽ qui non destruat̃. Interroga
uerũt aũt illũ dicẽtes. Preceptor
qñ hec erũt et qđ signũ cũ fieri in
cipiẽt. Qui dixit. Videte ne sedu
camini. Multi em̃ venient in noĩe
meo dicentes qꝛ ego sũ et tp̃s ap
propinq̃uit. Nolite ire post eos.
Cũ aũt audieritis prelia ⁊ sedicõ
nes: nolite terreri. Oportet p̃mum
hec fieri. sed nondũ statim finis.
Tunc dicebat illis. Surget gens
cõtra gentem ⁊ regnũ adu̅sus re
gnũ ⁊ terremotus magni erũt p
loca ⁊ pestilẽtie ⁊ fames. t̃roresq̃
de celo ⁊ signa magna erũt. Sꝫ añ
hec oĩa initiẽt vobis manꝰ suas ⁊
p̃sequent̃ tradẽtes in synagogas
⁊ custodias: trahẽtes ad reges ⁊
p̃ sides ꝓpt̃ nomẽ meũ. Continget
aũt vob̃ in testimoniũ. Ponite g̃
in cordibꝰ vestris nõ p̃meditari
quemadmodũ rñdeatis. Ego em̃
dabo vobis os ⁊ sapientiã: cui nõ
poterũt resistere ⁊ cõtradicere oẽs
aduersarij vestri. Tr̃demini aũt
a p̃ntibꝰ ⁊ fratribꝰ ⁊ cognatis ⁊
amicis ⁊ morte affitient ex vobis
Et eritis odio omnibus ꝓpter no
men meum. Et capillus de capite
vestro non p̃ibit. In patientia ve
str̃ possidebitis aĩas vestras. Cũ
aũt videritis circũdari ab exẽcitu
ihrl̃m tũc scitote qꝛ appropinq̃uit
desolacõ eiꝰ. Tũc q̃ in iudea sũt fu
giant ad mõtes ⁊ q̃ in medio eiꝰ
discedãt ⁊ q̃ in regionibꝰ nõ ĩtrẽt
ĩ eã. qꝛ dies vlcõis hij sũt ut ĩpleãt̃
oĩa q̃ scripta sũt. ve ãt p̃gnãtibꝫ ⁊
nutrẽtibꝰ ĩ ill̃ diebꝰ. Erit eĩ p̃ssura
mag̃ sup terrã ⁊ ira ꝓpl̃o huic. Et
cadẽt ĩ ore gladij ⁊ captiui ducen
tur ĩ oẽs gẽtes. Et ihrl̃m calcabi
tur a gẽtibꝫ donec impleant̃ tẽpa
nationũ. Et erũt signa ĩ sole et lu
na ⁊ stell̃ ⁊ in terris p̃ssura gẽtiũ
p̃ ꝯfusiõe sonitꝰ maris ⁊ fluctuũ
arescentibꝰ hoĩbꝫ p̃ timore ⁊ expe
ctatione q̃ supueniẽt vniuerso or
bi. Nã v̄tutes celoꝝ mouebũtur.
Et tũc videbũt filiũ hoĩs venientẽ
ĩ nube cũ ptãte magna ⁊ maiesta
te. Hijs aũt fieri incipiẽtibꝫ: respi
cite ⁊ leuate capita vr̃a. qm̃ appro
pinq̃t redẽptio vr̃a. Et dixit illis si
militudinẽ. Videte ficulneã ⁊ oẽs
arbores cũ ꝓducũt iã ex se fructũ
scitis qm̃ ꝓpe est estas. Ita ⁊ vos
cũ videritis hec fieri. scitote qm̃ ꝓ
pe ẽ regnũ dei. Amẽ dico vobis. qꝛ
nõ p̃teribit gñatio hec donec oĩa
fiãt. Celũ ⁊ terra trãsibũt. verba
aũt mea nõ trãsibũt. Attẽdite ãt
vob̃ ne forte grauẽt̃ corda vr̃a in
crapula ⁊ ebr̃etate ⁊ curis huiꝰ vi
te ⁊ supueniet ĩ vos repẽtina dies
illa Tanq̃ laqueꝰ em̃ supueniet
in oẽs q̃ sedent sup fatiẽ oĩs terre
Vigilate ergo oĩ tp̃e orantes ut
digni habeamini fugere ista oĩa
q̃ futura sunt ⁊ stare añ filiũ hoĩs
Erat autẽ diebꝰ docens in tẽplo:
noctibꝰ vero exiens morabatur ĩ
mõte q̃ vocat̃ oliueti. Et omnis po
pulꝰ manicabat ad eum in tẽplo
audire eum. ¶ Ca. xxij.

Appropinq̃bat autẽꝫ dies fe
stꝰ azimorũ q̃ dicit̃ pascha
Et querebant principes sacerdo
tum ⁊ scribe quomodo eum inter
ficerent: timebant vero plebem.
Intrauit autem sathanas in iu
dam qui cognominabatur scari
oth. vnum de duodecim ⁊ abijt

⁊ locutus ē cū p̄ncipib; sacdotū ⁊
magistratibus quēadmodū illū
traderet eis. Et gauisi sūt et pacti
sunt pecuniā illi dare. Et spopōdit
et querebat oportunitatē ut trāde
ret illū sine turbis. Venit aūt di
es azimoꝝ ī q̄ necesse erat occidi
pascha. Et misit petrū ⁊ iohānez
dicēs. Eūtes pate nob pascha ut
manducem⁹. At illi dixerūt. Vbi
vis parem⁹. Et dixit ad eos. Ecce
introeūtib; vob in ciuitatē occur
ret vobis hō amphorā aque por
tans seq̄mini eū in domū in quā
intrat ⁊ dicetis patrifamilias do
mus. Dicit tibi magister. Vbi ē
diuersoriū vbi pascha cuz disci
pulis meis māducē. Et ipse ostē
det vobis cenaculū magnū stratū
⁊ ibi pate. Eūtes aūt inuenerunt
sicut dixit illis ⁊ pauerūt pascha
Et cū facta esset hora discubuit et
duodecim apostoli cū eo Et ait ill'
Desiderio desideraui hoc pascha
māducare vobiscū anteq̄ patiar
Dico em̄ vob q̄ ex hoc nō mādu
cabo illud donec impleat ī regno
dei. Et accepto calice gratias egit
⁊ dixit Accipite ⁊ diuidite int̄ vos
Dico em̄ vob q̄ nō bibā de geneā
cōne vitis donec regnū dei vēiat
Et accepto pane grātias egit ⁊ fre
git ⁊ dedit eis dicēs. Hoc ē corp⁹
meū qd pro vobis datur. Hoc fa
cite in meā ꝯmemoracōez Simili
ter ⁊ calicē postq̄ cenauit dicens
Hic ē calix nouū testamentū ī sā
guine meo q̄ pro vob fūdetur Ve
rūtamē ecce man⁹ tradētis me me
cū est in mensa. Et quidē filius ho
minis scdm q̄ definitum ē vadit.
Verūtamē ve hōi illi p quē trade
tur Et ipsi ceperūt querere inter se
q̄s eēt ex eis q̄ hoc facturus esset
Facta ē aūt ⁊ ꝯtentio int̄ eos q̄s
eorū videret esse maior Dixit aūt
eis. Reges gēciū dominātur eorū
⁊ qui ptātez habēt sup eos bene
fici vocant. Vos aūt nō sic. Sed
q̄ maior ē in vob fiat sicut minor
⁊ qui precessor ē sicut ministr̄tor.
Naz quis maior est. Qui recūbit
an q̄ ministr̄t. Nōne q̄ recūbit.
Ego aūt in medio vr̄m sū sicut q̄
ministrat. Vos aūt estis q̄ pmā
sistis mecū in tēptacōibus meis.
Et ego dispono vob sic disposuit
mihi pater me⁹ regnū ut edatis
⁊ bibatis sup mēsā meā ī regno
meo ⁊ sedeatis sup thronos duo
decī iudicātes duodecim tribus
israhel. Ait aūt dn̄s symoni. Sy
mō ecce sathanas expetiuit vos
ut cribraret sicut triticū. Ego aūt
rogaui pro te ut nō deficiat fides
tua. Et tu aliqn̄ ꝯuersus ꝯfirma fra
tres tuos Qui dixit ei. Dn̄e tecum
patus sū ⁊ in carcerez ⁊ in mortez
ire. Et ille dixit. Dico tibi petre nō
cantabit hodie gallus. donec ter
abneges nosse me. et dixit eis.
Qn̄ misi vos sine sacculo ⁊ pera ⁊
calciamētis nūquid aliq̄d defuit
vob. At illi dixerūt. Nihil. Dixit
ergo eis Sed nūc q̄ habz sacculū
tollat similiter ⁊ perā. et qui non
habet vendat tunicā suā ⁊ emat
gladiū. Dico enim vob quoniaz
adhuc hoc qd scriptū est oportz
implei in me ⁊ q̄ cū iniquis depu
tatus est. Etenī ea q̄ sunt de me fi
nē habēt At illi dixerūt. Dn̄e ecce
duo gladij hic. At ille dixit eis.
Satis est. et egressus ibat scdm

ꝯsuetudinez in montē oliuaꝝ. Se
cuti sunt aūt illū ⁊ discipuli. Et cū
ꝑuenisset ad locū: dixit illis. Ora
te ne intretis in temptacōnem. Et
ipe auulsus ē ab eis quantū iactꝰ
est lapidis et positis genibꝰ ora
bat dicens. Pater: si vis transfer
calicē istū a me. Verūtamen non
mea volūtas. ꝫ tua fiat. Apparuit
aūt illi angelus de celo cōfortans
eū. Et factus in agonia ꝓlixiꝰ ora
bat. Et factꝰ est sudor eiꝰ sicut gut
te sāguinis decurrētis in terrā. Et
cū surrexisset ab oratione ⁊ venis
set ad discipulos suos: īueīt eos
dormientes ꝑ tristitia. Et ait illis.
Quid dormitis. ⁊ Surgite orate ne
intretis in tēptacōem. Adhuc eo
loquēte: ecce turba ⁊ qui vocaba
tur iudas vnꝰ de duodecim ante
cedebat eos ⁊ appropinq̄uit ihesu
ut osculareť eū. Ihus aūt dixit il
li. Juda: osculo filiū hoīs tradis. ⁊
Vidētes aūt hij q̄ circa ip̄m erāt
qđ futuꝝ erat: dixerūt ei. Dn̄e si ꝑ
cutimꝰ in gladio. ⁊ Et ꝑcussit vnꝰ
ex illis seruū p̄ncipis sacerdotū et
amputauit auriculā eiꝰ dexteram
Rn̄dens āt ihesus ait. Sinite Vsq̄
huc. Et cū tetigisset auriculā eius
sanauit eū. Dixit aūt ihs ad eos
qui venerāt ad se p̄ncipes sacerdo
tū ⁊ magistratus tēpli ⁊ seniores
Quasi ad latronez existis cū gla
diis ⁊ fustibꝰ. Cū q̄tidie vobiscū
fuerim in templo: nō extendistis
manꝰ ī me. Sz hec ē hora vestra ⁊
ptās tenebraꝝ Comprehendētes
autem eum: duxerūt ad domū p̄n
cipis sacerdotum. petrus vero se
quebatur alonge. Accenso autē
igne in medio atrij ⁊ circumsedē
tibus illis: erat petrus in medio
eorū. Quem cum vidisset ancilla
quedā sedentē ad lumen ⁊ eum fu
isset ītuita dixit. Et hic cū illo eāt
At ille negauit eū dicens Mulier
non noui illū Et post pusillū aliꝰ
videns eum dixit. Et tu de illis es.
Petrus vero ait. O homo non sū
Et interuallo facto quasi hore vni
us. alius quidam affirmabat di
cens. Vere ⁊ hic cum illo erat nā
et galileus est. Et ait petrus. Hō
nescio qui dicis. Et continuo ad
huc illo loquēte cantauit gallus
Et conuersus dominꝰ respexit petꝝ.
Et recordatus est petrꝰ verbi dn̄i
sicut dixerat. q̄ priusq̄ gallus cā
tet: ter me negabis. Et egressus fo
ras petrꝰ fleuit amare. Et viri qui
tenebāt illū illudebāt ei cedentes
Et velauerūt eū ⁊ ꝑcutiebāt fatiē
eiꝰ ⁊ interrogabāt euz dicētes. Pro
phetisa Quis est qui te percussit. ⁊
Et alia multa blasphemātes dice
bant in euz. Et ut factus est dies
conuenerūt seniores plebis ⁊ p̄n
cipes sacerdotū ⁊ scribe ⁊ duxerūt
illū in consiliū suū dicentes. Si tu
es cristꝰ dic nobis. Et ait illis. Si
vob̄ dixero nō credetis mihi. si aūt
⁊ interrogauero nō rn̄debitis m̄.
neq̄ dimittetis. Ex hoc aūt erit fi
lius hominis sedēs a dextris virtu
tis dei. Dixerūt aūt omnes. Tu er
go es filius dei. ⁊ Qui ait. Vos di
citis: q̄ ego sum. At illi dixerunt.
Quid adhuc desideramꝰ testimo
nium. ⁊ Ipsi enim audiuimus de
ore eius. ¶ Capitulū. xxiij.

ET surgēs omnis multitudo
eorū duxerūt illū ad pilatū
Ceperūt aūt accusare illū dicentes

Hūc inuenimꝰ subuertētez gētez
nostram ⁊ ꝓhibētē tributa dari
cesari ⁊ dicentē se cristū regez esse
Pylatꝰ aūt interrogauit eum di
cens Tu es rex iudeorum. At ille
rn̄dens ait. Tu dicis. Ait autem
pylatus ad pn̄cipes sacerdotū ⁊ tur
bas Nihil inuenio cause ī hoc ho
mine At illi inualescebāt dicētes
Cōmouit populū docens ꝑ vniū
sam iudeā incipiēs a galilea vsqꝫ
huc. Pylatꝰ aūt audiēs galileā
interrogauit si hō galileus esset.
et ut cognouit ꝙ de herodis po
testate eēt. remisit eū ad herodē q̄
⁊ ipse iherosolimis erat ill' diebꝫ
Herodes aūt viso ihesu gauisus
est valde. erat enī cupiēs ex mul
to tēpe vidē eū eo ꝙ audiret mlt
ta de eo ⁊ sperabat signū aliquod
videre ab eo fieri. Interrogabat
aūt illū multis sermonibꝰ at ipe
nihil illi rn̄debat. Stabāt autem
pn̄cipes sacerdotū ⁊ scribe ꝯstāter
accusātes eū. Spreuit autē illū he
rodes cū exercitu suo ⁊ illusit īdu
tū veste alba ⁊ remisit ad pylatū
Et facti sunt amici herodes ⁊ py
latus in ipa die nā antea inimici
erāt adinuicē. Pylatus autē cō
uocatis pn̄cipibꝫ sacerdotū ⁊ ma
gistratibus ⁊ plebe dixit ad illos
Obtulistis mihi hūc hōiez quasi
auertētez populū ⁊ ecce ego coraꝫ
vobis interrogās. nullā causam
inuenio ī hōie isto ex hijs in q̄bꝰ
eū accusatis. Sed neqꝫ herodes.
Nā remisi vos ad illū ⁊ ecce nihil
dignū morte actū ē ei. Emendatū
ergo illuꝫ dimittā. Necesse autez
habebat dimittē eis ꝑ diē festuꝫ
vnū. Exclamauit aūt simul vniū
sa turba dicens. Tolle hūc et di
mitte nob barrabā. Qui erat ꝓpt
sedicōnem quādā factā in ciuita
te ⁊ homicidiū missus in carcerez
Iterū aūt pylatus locutꝰ est ad
eos volens dimittere ihm. At illi
succlamabāt dicentes. Crucifige
crucifige eū. Ille autē tercio dixit
ad illos. Quid enī malefecit iste.
Nullā causā mortis inuenio ī eo.
Corripiā ergo illū ⁊ dimittaꝫ. At
illi instabāt vocibus magnis po
stulantes ut crucifigeret et inua
lescebāt voces eoꝝ. Et pylatꝰ ad
iudicauit fieri peticōez eoꝝ. Dimi
sit aūt illis eū qui ꝓpter homicidi
um ⁊ sedicōnem missus fuerat in
carcerē quē petebāt. ihesū vero tr̄
didit volūtati eorū. Et cū ducerēt
eū apprehēderūt symonē quēdaꝫ
cyrenensē veniētē de villa ⁊ īposu
erūt illi crucē portaē post ihesū Se
quebat aūt illuꝫ multa turba po
puli ⁊ mulierū q̄ plangebāt ⁊ la
mētabant eū Conuersus aūt ad
illas ihesus dixit. Filie iherusalez
nolite flere sup me sed sup vosip
sas flete ⁊ sup filios vestros Qm̄
ecce veniēt dies in quibꝫ dicent.
Btē steriles ⁊ ventres q̄ nō genu
erūt ⁊ vbera que nō lactauerunt
Tūc incipiēt dicere mōtibꝰ cadi
te sup nos ⁊ collibꝫ operite nos.
Quia si in viridi ligno hec faciūt
in arido quid fiet. Ducebātur āt
⁊ alij duo nequā cū eo ut interfi
cerentur Et postq̄ venerūt in locū
qui vocat caluarie. vbi crucifixe
runt eū ⁊ latrones vnū a dextris
⁊ alterū a sinistris. Ihus autē di
cebat. Pater dimitte illis Nō enī
sciūt quid faciūt. Diuidētes vero

vestimenta eius miserunt sortes
Et stabat populus expectās ⁊ de
ridebant eū pn̄cipes cū eis dicen
tes Alios saluos fecit: se saluū fa
tiat. si hic est xp̄us dei electus. illu
debant aūt ei ⁊ milites accedētes
⁊ acetū offerētes ei dicentes Si tu
es rex iudeoꝝ saluū te fac. Erat āt
⁊ supscripcō scripta sup eū litteis
grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis. hic ē
rex iudeoꝝ. Vnus aūt de hijs qui
pendebant latronibꝫ blasphema
bat eū dicēs. Si tu es cristꝰ saluū
fac teip̄m ⁊ nos. Rn̄dens aūt alt̄
increpabat eū dicens. Neq̄ tu ti
mes deū q̄ in eadē dānatione es.
Et nos q̄dez iuste: nā digna factis
recipimꝰ. Hic vero nihil mali ges
sit. Et dicebat ad ihꝫ. Dn̄e: memē
to mei cū veneris in regnū tuū. Et
dixit illi ihus. Amen dico tibi. ho
die mecū eris in paradiso. Erat aūt
fere hora sexta ⁊ tenebre facte sūt
in vniuersā terrā vsq̄ in horā no
nā. Et obscuratus est sol ⁊ velum
templi scissum est medium. Et cla
mans voce magna ihus ait. Pa
ter in manꝰ tuas ꝯmendo spiritū
meū. Et hec dicens expirauit. Vi
dens aūt cēturio qd̄ factū fuerat:
glorificauit deū dicens. Vere hic
homo iustus erat. Et ōnis turba
eoꝝ qui siml' aderant ad spectacu
lū istud ⁊ videbant q̄ fiebant: per
cutientes pectora sua reuertebant̄
Stabāt autē oēs noti eiꝰ alonge
⁊ mulieres que secute eū erant a
galilea hec vidētes. Et ecce vir no
mine ioseph qui erat decurio vir
bonus ⁊ iustus. hic non ꝯsenseāt
ꝯsilio ⁊ actibꝰ eoꝝ ab arimathia
ciuitate iudee qui expectabat ⁊ ip
se regnū dei. Hic accessit ad pila
tū ⁊ pecijt corpus ihesu ⁊ depositū
inuoluit syndone ⁊ posuit eum in
monumēto exciso in quo nondū
quisq̄ positus fuerat. Et dies eāt
pasceues ⁊ sabbatū illucescebat.
Subsecute autē mulieres que cū
eo venerant de galilea viderunt
monumentū et quemadmodū
positū erat corpus eius ⁊ reuertē
tes parauerūt aromata ⁊ vnguē
ta ⁊ sabbato quidem siluerūt s̄m
mandatū. ¶ Capitulū. xxiiij.
Vna autē sabbati valde dilu
culo venerūt ad monumen
tū portātes q̄ parauerūt aromata
⁊ inuenerūt lapidē reuolutū a mo
numento ⁊ ingresse nō inuenerūt
corpꝰ dn̄i ihu. Et factū ē dū mēte
ꝯsternate eēnt de isto. ecce duo vi
ri steterūt secus illas ī veste fulgē
ti. Cū timerēt āt ⁊ declīarēt vultū
ī terrā dixerūt ad illas Quid q̄ritis
viuētē cū mortuis. Nō ē h. s̄ surre
xit. Recordamini q̄liter locutus ē
vob̄ cū adhuc in galilea eēt dicēs
Quia oportet filiū homīs tradi in
manꝰ hominū pctōꝝ ⁊ crucifigi ⁊
die tertia resurgere. Et recordate
sūt verboꝝ eiꝰ ⁊ regresse a monu
mēto nūtiauerūt hec oīa illis vn
decī ⁊ ceteris oībꝰ. Erat aūt maia
magdalene ⁊ iohāna ⁊ maria ia
cobi ⁊ cetere que cum eis erant q̄
dicebant ad apostolos hec. Et vi
sa sunt ante illos sicut deliramen
tū verba ista et non crediderunt
illis. Petrus autē surgens cucur
rit ad monumentum et procum
bens vidit lintheamina sola posi
ta ⁊ abijt secum mirans quod fa
ctū fuerat. Et ecce duo ex ill' ibāt

ipa die in castellū qd erat in spa
cio stadiorū sexaginta ab iheru
salē noīe emaus ⁊ ipsi loquebā
tur adinuicē de hijs oībus q̄ ac
ciderāt. Et factū est dū fabularen
tur ⁊ secū quererēt ⁊ ipse ihs ap
ꝓpinquās ibat cū illis. Oculi aūt
illoꝝ tenebant ne eū agnoscerēt
Et ait ad illos. Qui sūt hij sermo
nes quos cōfertis adinuicē ābu
lantes ⁊ estis tristes. Et rn̄dens
vnus cui nom̄ deophas dixit ei
Tu solus pegrinꝰ es in iherusalē
⁊ nō ꝯgnouisti q̄ facta sunt ī illa
hijs diebꝫ. Quibꝫ ille dixit Que.
Et dixerūt. De ihu nazareno qui
fuit vir ꝓpheta potēs in ope ⁊ ser
mone coraꝫ deo ⁊ oī ꝓplo. Et qūo
eū tradiderunt sūmi sacerdotes ⁊
pn̄cipes nostri in dānacōnē mor
tis ⁊ crucifixerūt eū. Nos aūt spe
rabamꝰ qꝛ ipse esset redēpturus
israhel. Et nūc sup hec omnia ter
cia dies ē hodie. ꝙ hec facta sunt
Sꝫ ⁊ mulieres quedaꝫ ex nostris
terruerūt nos q̄ an̄ lucem fuerūt
ad monumentū ⁊ nō inuēto cor
pore eius venerūt dicētes se etiaꝫ
visionē āgeloꝝ vidisse qui dicūt
eū viuere Et abierūt quidā ex no
stris ad monumētū ⁊ ita inuene
rūt sic̄ mulieres dixerūt ipsū vero
nō inuenerūt. Et ipe dixit ad eos
O stulti ⁊ tardi corde ad credēduꝫ
in oībꝫ q̄ locuti sūt ꝓphete. Nōne
hec oportuit pati xp̄m ⁊ ita intra
re ī gloriā suā. et incipiēs a moy
se et omnibꝰ ꝓphetis interpreta
bat̄ ill' in omnibus scripturis q̄
de ipso erāt. Et appropinq̄uerunt
castello quo ibāt ⁊ ipe se finxit lō
gius ire. Et coegerūt illū dicētes.

Mane nobiscuꝫ quoniā aduespe
rascit ⁊ inclīata est iā dies Et intr̄
uit cum ill' Et factū est dū recūbe
ret cum eis accepit panē et bene
dixit ac fregit ⁊ porrigebat ill' Et
apti sūt oculi eorū ⁊ cognouerūt
eū ⁊ ipse euanuit ex ocul' eoꝝ. Et
dixerūt adinuicē. Nōne cor nr̄m
ardēs erat ī nob' dū loq̄ret̄ ī via ⁊
aperiret nobis scripturas. Et sur
gētes eadē hoā regressi sūt ī iheru
salem ⁊ inuenerūt ꝯgregatos vn
decim ⁊ eos q̄ cum ill' erant dicen
tes ꝙ surrexit dn̄s vere ⁊ apparuit
symoni. Et ipsi narrabāt que ge
sta erāt in via ⁊ qūo cognouerūt
eū in fractione panis. Dū autem
hec loquūtur stetit ihs in medio
eorū ⁊ dixit. Pax vobis. Ego sum
nolite timere. Conturbati vero ⁊
cōterriti existimabāt se spiritum
videre. Et dixit eis. Quid turbati
estis ⁊ cogitacōes ascendūt ī cor
da vestra. Videte manus meas
⁊ pedes qꝛ ego ipse sū. Palpate ⁊
⁊ videte qꝛ spūs carnē ⁊ ossa nō
habet sic̄ me videtis habere. Et cū
hoc dixissꝫ ostēdit eis manꝰ ⁊ pe
des Adhuc aūt ill' nō credētibus
⁊ mirātibꝰ pre gaudio dixit. Ha
betis h aliq̄d qd mādūcet̄. At il
li obtulerūt ei ptem piscis assi et
fauū mell'. Et cū mādūcassꝫ corā
eis sumēs reliq̄as dedit eis Et dix
it ad eos. Hec sūt verba q̄ locutꝰ
sū ad vos cū adhuc essem vobis
cū quoniā necesse ē implei om̄ia
q̄ scripta sūt in lege moysi ⁊ ꝓphe
tis ⁊ psalmis de me. Tūc aperuit
ill' sēsū ut intelligerent scripturas
⁊ dixit eis. Quoniā sic scriptū ē ⁊
sic oportebat xp̄m pati ⁊ resurgē

a mortuis tertia die ⁊ predicare ĩ nomine eius penitentiã ⁊ remissionem peccatoꝝ in omnes gentes incipiẽtibꝫ ab iherosolima. Vos autem testes estis horum. Et ego mittam promissum patris mei in vos. vos aũt sedete ĩ ciuitate quo adusqꝫ induamini virtute exalto Eduxit aũt eos foras in bethaniã ⁊ eleuatis manibꝰ suis benedixit eis. Et factum est duꝫ benediceret illis recessit ab eis ⁊ ferebat̃ in celum. Et ip̃i adorãtes regressi sunt ĩ ihrl̃m cũ gaudio magno ⁊ erãt semper in templo laudantes ⁊ benedicẽtes deũ amẽ.

¶ Explicit euangeliũ ſm Lucã.

¶ Incipit prologus in euangeliuꝫ scd̃m Johannem.

Hic est iohẽs euãgelista vnꝰ ex discipulis domini qui v̀go a deo electus ẽ quez de nupcijs volentez nubere vocauit deus. Cui virginitatis in hoc duplex testimonium datur in euangelio ꝙ et pre ceteris dilectus a deo dicit̃ ⁊ huic matrem suam de cruce cõmendauit dominus ut virginem virgo seruaẽt. Deniqꝫ manifestans in euãgelio ꝙ erat ipse incorruptibilis verbi opus inchoans: solus verbum carnem factum eẽ nec lumẽ a tenebris comprehensũ fuisse testatur. primũ signuꝫ ponens qd̃ ĩ nupcijs fecit dominus ostẽdens ꝙ ipse erat ut legentibus demonstraẽt ꝙ vbi dominus inuitatus sit deficere nuptiarum vinuꝫ debeat ⁊ veteribus immutatis: noua omnia que a cristo instituuntur appareant. Hoc autez euangeliũ scripsit ĩ asia posteaq̃ ĩ pathmos insula apocalipsim scripserat ut cui ĩ p̃ncipio canoĩs ĩcorruptibile p̃ncipiũ prenotat̃ ĩ genesi. ei etiã incorruptibilis finis per virginez in apocalipsi redderetur dicente cristo ego sum alpha et o. Et hic est iohannes qui sciens superuenisse diem recessus sui: conuocatis discipulis suis in epheso: per multa signoruꝫ experimenta ꝓmens cristum descendens in defossum sepulture sue locum facta oratione positus est ad patres suos taꝫ extraneus a dolore mortis q̃ a corruptione carnis inuenitur alienus Tamen post omnes euangelium scripsit et hoc virgini debebatur. Quorum tamen vel scriptorũ temporis dispositio vel librorum ordinacõ ideo a nobis per singula nõ exponitur: ut sciendi desiderio collato ⁊ querentibus fructus laboris ⁊ d̃o magisterij doctrina ſuet̃.

¶ Explicit prologus. ¶ Incipit euãgeliũ scd̃m Johẽm.

In principio erat verbum ⁊ verbũ erat apud deum ⁊ deus eãt verbũ Hoc erat in p̃ncipio apd̃ deũ Oĩa ꝑ ip̃ꝫ facta sũt ⁊ sine ipõ factũ ẽ nl̃ Rd̃ factuꝫ est in ipõ vita erat ⁊ vita erat lux hominum ⁊ lux in tenebris lucet et tenebre eam non cõprehenderunt. Fuit homo missus a deo cui nomen erat iohannes.

Hic vēit ī testimoniū ut testimo
niuz phiberet de lumine ut omēs
crederent p illū · Nō erat ille lux ſ
ut testimoniū phiberz de lumine
Erat lux vera q̄ illuminat oēm ho
minē vēientē in hunc mūduz · In
mūdo erat ⁊ mūdus p ipm̄ fact⁹
ē ⁊ mūdus eum nō cognouit In
ppria vēit ⁊ sui eū nō receperunt ·
Quotq̄t aūt receperūt eū · dedit eis
potestatē filios dei fieri hijs q̄ cre
dūt in noīe eius Qui nō ex sāgui
nibus neq; ex voluntate carnis ne
q; ex voluntate viri sed ex deo na
ti sūt Et verbū caro factum ē ⁊ ha
bitauit in nob · Et vidim⁹ gloriaz
ei⁹ gloriaz quasi vnigeniti a pre
plenū gratie ⁊ veritatis · Johan
nes testimoniū phibet de ipso et
damat dicēs Hic ē quez dixi qui
pt⁹ me vēturus ē · añ me factus ē
q; prior me erat · Et de plenitudie
eius nos oēs accepim⁹ ⁊ graci
am p ḡcia q; lex p moysen data
est gratia ⁊ veritas p ihesū cristū
facta ē · Deum nemo vidit vnq̄ ·
Vnigenitus filius q̄ ē in sinu pa
tris ipse enarrauit · Et hoc ē testi
momū iohānis qñ miserūt iudei
ab ihero solimis sacerdotes ⁊ leui
tas ad eū ut interrogarēt eū Tu
quis es · ⁊ Et cōfessus ē ⁊ nō nega
uit · Et confessus ē q; nō sum ego
xp̄s · Et interrogauerūt eū · Quid
ergo · Helias es tu · ⁊ Et dixit · Nō
sum · Prophēta es tu · ⁊ Et rñdit Nō
dixerūt ergo ei · Quis es ut rñsuz
demus hijs q̄ miserūt nos · ⁊ Quid
dicis de te ipso · ⁊ Ait · Ego vox da
mātis in deserto dirigite viā dñi
sicut dixit ysaias pphēta Et q̄ miſ
si fuerāt erāt ex phariseis · Et int
rogauerūt eū ⁊ dixerunt ei · Quid
ergo baptizas si tu nō es xp̄s ne
q; helias neq; pphēta · ⁊ Respondit
eis iohānes dicēs · Ego baptizo ī
aqua medius āt vīm stetit quē
vos nescitis Ipse ē qui pt⁹ me vē
turus est q̄ añ me factus ē cuius
ego nō sum dign⁹ ut soluā eius
corrigiā calciamēti · Hec in bethā
nia facta sūt trās iordanem vbi
erat iohannes baptizās · Altera
die vidit iohānes ihm vēientem
ad se ⁊ ait · Ecce agn⁹ dei ecce qui
tollit peccata mūdi · Hic ē de quo
dixi · Post me vēit vir q̄ añ me fa
ctus ē q; prior me eāt ⁊ ego nesci
ebā eū · Sed ut manifestet̄ in isra
hel pterea veni ego in aqua bap
tizās · Et testimoniuz phibuit io
hānes dicens · Quia vidi spūm
descendētem quasi columbā de celo
⁊ mansit sup eū · Et ego nesciebā
eū sed q̄ misit me baptizare in aq̄
ille mihi dixit · Sup quez videris
spūm descēdentem ⁊ manētez sup
eū hic ē qui baptizat ī spūsācto ·
Et ego vidi ⁊ testimoniū phibui
q; hic est filius dei · Altera die ite
rū stabat iohānes ⁊ ex discipul
eius duo · Et respiciēs ihm ambu
lantē dixit · Ecce agn⁹ dei · Et audi
erūt eū duo discipuli loquētez et
secuti sūt ihm · Conversus aūt ihe
sus ⁊ vidēs eos sequētes se dicit
eis · Quid quetitis · ⁊ Qui dixerunt
ei · Rabbi q̄d dr interpretatū ma
gister vbi habitas · ⁊ Dicit eis Ve
nite ⁊ videte Venerūt ⁊ viderunt
vbi maneret ⁊ apud eū māserūt
die illo · Hora aūt erat quasi dec̄i
ma · Erat āt andreas frater symo
nis petri vn⁹ ex duobz q̄ audierāt

a iohãne ⁊ secuti fuerãt eũ. Inue
nit hic primũ fratrẽ suũ symonẽ
⁊ dicit ei Inuenim⁹ messiam: qđ
est interpretatũ cristus. Et addu
xit eũ ad ihesũ. Intuitus aũt eum
ih̄us dixit Tu es symon filius io
hãna: tu vocaberis cephas qđ in
terpretat̃ petrus. In crastinuꝫ vo
luit exire in galileã ⁊ inuenit phi
lippũ. Et dicit ei ih̄s. Sequere me.
Erat autẽ philippus a bethsaida
cĩtate andree et petri. Inueĩt phi
lippus nathanael ⁊ dicit ei. Quẽ
scripsit moyses in lege ⁊ ꝓphete: ĩ
uenimus ih̄m filiũ ioseph a naza
reth. Et dixit ei nathanael. A na
zareth potest aliquid boni eẽ. Di
cit ei philippus. Veni ⁊ vide. Vi
dit ih̄us nathanael venientẽ ad
se ⁊ dicit de eo. Ecce vere israhelita
in quo dolus nõ ẽ. Dicit ei natha
nael. Vnđ me nosti. Rñdit ih̄us
⁊ dixit ei. Priusq̃ te philippus vo
caret cũ eẽs sub ficu vidi te. Respõ
dit ei nathanael ⁊ ait. Rabbi tu
es fili⁹ dei: tu es rex isrl̃. Rñdit ihe
sus ⁊ dixit ei. Quia dixi tibi vidi te
sb̄ ficu credis: mai⁹ hijs videbitis
Et dicit ei. Amen amẽ dico vobis
videbitis celũ aptũ ⁊ angelos dei
ascendentes ⁊ descendentes supra
filiũ hominis. ¶ Capitulũ. ij.

ET die tertia nuptie facte sũt
chana galilee ⁊ erat mater
ih̄u ibi. Vocatus est aũt ⁊ ih̄us
⁊ discipuli ei⁹ ad nuptias. Et defi
ciente vino dicit mater ih̄u ad eũ
Vinũ nõ habent. Et dicit ei ih̄us
Quid mihi ⁊ tibi est mulier. Nõ
dum venit hora mea. Dicit mr̃ ei⁹
ministris. Quodcũq̃ dixerit vob̄
facite. Erant aũt ibi lapidee ydrie
sex posite sc̄dm purificacõem iude
orũ capiẽtes singule metretas bi
nas vel ternas. Dicit eis ih̄s. Im
plete ydrias aqua Et impleuerũt
eas vsq̃ ad sũmũ. Et dicit eis ihe
sus. Haurite nũc ⁊ ferte architri
dino. Et tulerũt. Vt aũt gustauit
architridin⁹ aquã vinũ factam ⁊
nõ sciebat vñ eẽt. ministri autez
sciebant q̃ hauserãt aquã vocat
sponsũ architridin⁹ ⁊ dicit ei Oĩs
homo p̃mũ bonũ vinũ ponit ⁊ cũ
ĩebriati fuerint tũc id qđ deterius
est. Tu aũt seruasti bonũ vinum
vsq̃ adhuc. Hoc fec̃ initiũ signo
rũ ih̄us ĩ chana galilee ⁊ manife
stauit gloriã suã ⁊ crediderũt ĩ euꝫ
discipuli ei⁹. Post hoc descendit
capharnaũ ip̃e ⁊ mater ei⁹ ⁊ frẽs
ei⁹ ⁊ discipuli ei⁹ et ibi manserũt
nõ multis dieb⁹. Et ꝓpe erat pas
cha iudeoꝝ ⁊ ascẽdit ih̄s iheroso
limã ⁊ ĩuenit ĩ tẽplo vendẽtes bo
ues ⁊ oues ⁊ colũbas ⁊ nũmula
rios sedẽtes. Et cũ fecissꝫ q̃si flagel
lũ de funicul̃ omẽs eiecit de tẽplo
oues q̃ ⁊ boues ⁊ nũmulariorꝫ ef
fudit es ⁊ mẽsas sb̄ũtit. Et hijs q̃
colũbas vendebãt dixit. Auferte
ista hĩc ⁊ nolite facẽ domũ patris
mei domũ negotiacõis. Recordati
sunt vero discipuli ei⁹ q̃ scriptũ ẽ
zel⁹ dom⁹ tue ꝯmedit me. Rñde
rũt g̃ iudei ⁊ dixerũt ei. Qđ signũ
oñdis nob̄ q̃ hec facit Rñdit ih̄s
⁊ dixit eis. Soluite tẽplũ hoc ⁊ ĩ tri
b⁹ diebꝫ excitabo illud Dixerũt g̃
iudei. Quadragĩta ⁊ sex ãnis edi
ficatũ ẽ tẽplũ hoc ⁊ tu in trib⁹ die
b⁹ excitab̄ illđ. Ille ãt dicebat de
templo corpis sui. Cuꝫ ergo resur
rexisset a mortuis: recordati sunt

discipuli ei⁹ quia hoc dicebat et
crediderūt scriptuē ⁊ sermoni quē
dixit ihus. Cū aūt esset iherosoli
mis in pascha in die festo multi
crediderūt in noīe ei⁹ videntes sig̃
eius q̄ fatiebat. Ipse āt ihus nō
credebat semetipsū eis. eo ꝙ ipse
nosset omēs ⁊ ꝙ opus ei nō eāt
ut quis testionīū ꝑhiberet de ho
mine Ipse em̄ sciebat q̄d esset in
homine. ¶ Ca. iij.

Erat aūt hō ex phariseis ny
codemus noīe p̄nceps iude
orū Hic vēit ad ihm nocte ⁊ dixit
ei. Rabbi scimus ꝙ a deo venisti
magister. Nemo em̄ potest hec si
gna facere q̄ tu facis nisi fuerit de
us cū eo. Rn̄dit ihesus ⁊ dixit ei.
Amē amen dico tibi nisi q̄s rena
tus fuerit denuo nō potest videre
regnū dei Dicit ad eū nycodemus
Qūo pōt hō nasci cum sit senex.
Nūquid pōt in vētrez matris sue
iterato ītroiē ⁊ renasci. Rn̄dit ihe
sus Amen amē dico tibi nisi quis
renatus fuerit ex aqua ⁊ spūsan
cto nō pōt introire in regnum dei
Qd̄ natū ē ex carne caro est ⁊ qd̄
natum ē ex spū spiritus ē. Nō mi
reis ꝙ dixi tibi oportet vos nasci
denuo. Spūs vbi vult spiāt ⁊ vo
cez eius audis sed nescis vn̄ veni
at aut quo vadat. Sic est oīs q̄
natus ē ex spū. Rn̄dit nycodem⁹
et dixit ei. Qūo possunt hec fieri.
Rn̄dit ihesus ⁊ dixit ei. Tu es ma
gister in israhel ⁊ hec ignoras.
Amē amē dico tibi ꝙ qd̄ scimu⁹
loquimur ⁊ qd̄ vidim⁹ testamur
⁊ testimoniū nostꝝ nō accipitis
Si terrena dixi vobis ⁊ non credi
tis qūo si dixero vobis celestia cre
detis. Et nemo ascendit in celum
nisi qui descēdit de celo filius ho
minis q̄ ē in celo. Et sicut moyses
exaltauit serpētem in deserto. ita
exaltari oportz filiū hōis ut omīs
q̄ credit in ipso nō pereat. ꝫ habe
at vitam eternā. Sic em̄ deus di
lexit mūdū ut filiū suū vnigenitū
daret ut oīs qui credit in eū non
pereat sed habeat vitā eternam.
Nō em̄ misit deus filiū suū in mū
dū ut iudicet mūdū sed ut salue
tur mūd⁹ ꝑ ipsum. Qui credit in
eū nō iudicat. Qui aūt nō credit
iam iudicatus ē ꝙ nō credidit in
noīe vnigeniti filij dei. Hoc ē aūt
iudiciū ꝙ lux vēit in mūdū et di
lexerūt hōies magis tenebras q̄
lucē. Erāt em̄ eoꝝ mala opa. Oīs
em̄ qui male agit odit lucē ⁊ non
vēit ad lucez ut nō arguātur ope
ra eius. Qui aūt facit veritatē vēit
ad lucez ut manifestent opa ei⁹
ꝙ in deo sūt facta. Post hec venit
ihesus ⁊ discipuli eius in iudeam
terrā ⁊ illic moābat cū eis ⁊ bap
q̄d futur̄ ē seminas. ꝫ nudū gra
nū. ut puta tritici. aut alicui⁹ cete
ror̄. Deus aūt dat illi corp⁹ sicut
vult ⁊ vnicuiq; seminū ꝓpriū cor
p⁹. n̄ oīs caro eadē caro. ꝫ alia hoī
nū. alia pecor̄. alia volucr̄ alia āt
pisciū. Et corpa celestia ⁊ corpora
terrestria. S; alia quidē celestium
gl'ia. alia autē terrestriū. Alia da
ritas sol'. alia daritas lune. ⁊ alia
daritas stellarū; Stella em̄ a stel
la differt in daritate. sic ⁊ resurre
ctō mortuorū Semīat̄ ī corrupcōe
surg; ī ī corrupcōe Semīat̄ ī igno
bilitate. surg; ī gl'ia. Semīat̄ ī īfir
mitate. surg; ī v̄tute Seminat̄ cor
p⁹ aīale. surget corpus spiritale.
Si ē corp⁹ aīale ē ⁊ spiritale. sicut
scriptū ē. Factus ē p̄m⁹ hō adā in
aīa; viuentē. nouissimus adā in
spm̄ viuificantē. Sed nō p̄us q̄d
spiritale ē ꝫ q̄d aīale. deinde quod
spiritale. Prim⁹ hō de terra terre
n⁹. secūd⁹ hō de celo celestis. Qua
lis terrenus tales ⁊ terreni ⁊ q̄lis
celestis tales ⁊ celestes. Igit̄ sicut
portauim⁹ ymaginē terreni: porte
m⁹ ⁊ ymaginē celestis. Hoc aūt
dico frēs. q̄ caro ⁊ sāguis regnū
dei possidere n̄ p̄nt. neq; corruptio
incorruptelam possidebit Ecce mi
steriū vob̄ dico. Oēs quidē; resur
gem⁹. ꝫ nō oēs īmutabimur. In
momēto ī ictu oculi in nouissima
tuba Canet em̄ tuba et mortui re
surgēt incorrupti et nos immuta
bimur. Oportet em̄ corruptibile
hoc induere incorrupcōem ⁊ mor
tale hoc induere immortalitatem
Cū aūt mōrle hoc induerit immor
talitatem. tunc fiet sermo qui scri
ptus ē. Absorpta est mors in vi
ctoria Vbi est mors victoria tua.

Vbi ē mors stimul⁹ tu⁹ ⁊ Stimulus aūt mortis pctm̄ ē · v̄tus vero peccati lex · Deo autē gr̄as q̄ dedit nobis victoriā p dn̄m nr̄m ihesu xp̄m · Itaq; fratres mei dilecti stabiles estote ⁊ īmobiles · abūdantes ī oī ope dn̄i semp · sciētes q̄ labor vr̄ n̄ ē īanis ī dn̄o · ¶ Ca · xvi ·

De collectis autē q̄ fiūt in sanctos sicut ordinaui ecc̄ijs galatie ita ⁊ vos facite p vnā sabbati · Vnusquisq; vestr̄ apd̄ se reponat recōdens qd̄ ei bene placuerit ut nō cū venero tūc collecte fiant Cū aūt pn̄s fuero q̄s ꝓbaueritis p epl̄as hos mittā pferre gratiaz vestraz in iherusalē · Qd̄ si dignuz fuerit ut ego eāz mecū ibunt · Veniā autē ad vos cū macedoniaz p transiero · Nā macedoniā ptr̄nsibo Apud vos āt forsitā manebo vel etiā hyemabo ut vos me deducatis quocūq; iero · Nolo enim vos modo in trāsitu videre · Spero em̄ me aliquātulū tp̄is manere apd̄ vos si dn̄s pmiserit · Permanebo autez ephesi vsq; ad penthecostē · Ostiū em̄ m̄ aptū ē magnū ⁊ euidens ⁊ aduersarij multi Si autez venerit thimothe⁹ videte ut sine timore sit apud vos · Opus enim dn̄i opat̄ sicut et ego · Ne quis g̊ illū spnat · Deducite aūt illū ī pace ut veīat ad me · Expecto em̄ illū cū fratrib⁹ · De apollo autē fratre vobis notū fatio qm̄ multū rogaui eū ut veīret ad vos cū fratribz ⁊ vtiq; nō fuit volūtas ei⁹ ut nūc veniret Veniet autez cū ei vacuū fuerit · Vigilate state in fide viriliter agite ⁊ ꝯfortamini · om̄a vr̄a ī caritate fiāt · Obsecro aūt vos fratres · nostis domū stephane ⁊ fortunati qm̄ sunt p̄mitie achaye ⁊ in ministeriū sanctoꝝ ordinauerūt seipsos ut ⁊ vos subditi sitis eiusmodi ⁊ oī coopanti ⁊ laboranti · Gaudeo aūt in pn̄tia stephane ⁊ fortunati ⁊ achayci · qm̄ id qd̄ vobis deerat ip̄i suppleuerūt · Refecerūt eī ⁊ meū spm̄ ⁊ vestr̄ Cognoscite ēgo que eiusmodi sūt · Salutant vos oēs ecc̄ie asye · Salutāt vos ī dn̄o multū aq̄la et priscilla cū domestica sua ecc̄ia · apud q̄s ⁊ hospitor · Salutāt vos oēs frēs Salutate inuicē in osculo sancto · Salutacō mea manu pauli · Si q̄s n̄ amat dn̄m nostr̄ ih̄m xp̄m · sit anathema maranatha · Grā dn̄i nostri ih̄u xp̄i vobiscum · Caritas mea cū oīb⁹ vob̄ ī xp̄o ih̄u amen ·

¶ Explicit epl̄a ad Corinthios p̄ma · Incipit ꝓlogus in secundā epl̄am ad Corinthios ·

Post actaz a corinthijs penitentiā ꝯsolatoriaz scribit eis epl̄az apl̄s a troade p thitū et collaudās eos hortat̄ ad melioā · cōtristatos quidē eos ꝫ emēdatos ostendens ·

¶ Explicit ꝓlog⁹ · Incipit epistola secūda ad Corinthios ·

Paulus apl̄s xp̄i ihesu p voluntatē dei ⁊ thimothe⁹ frat̄ ecc̄ie dei q̄ est corinthi cū oīb⁹ sanctis q̄ sunt in vniūsa achaya Grā vobis ⁊ pax

a deo patre nostro et dño ihu xpo
Benedictus deus et pater dñi nostri
ihu xpi pater misericordiarum et deus
totius consolacōis q̄ consolat nos in
omni tribulatiōe nrā: ut possimus
et ipi consolari eos q̄ in omni pressu
ra sūt p exhortacōnē qua exhorta
mur et ipi a deo. qm̄ sicut abūdāt
passiones xpi ī nob ita et p cristū
abūdat consolatio nostra. Siue
aūt tribulamur p vrā exhortacō
ne et salute: siue consolamur p vrā
consolacōne: siue exhortamur p ve
stra exhortacōne q̄ opat tolerān
tiā earundē passionū quas et nos
patimur ut spes nostra firma sit
p vob: scientes qm̄ sicut socij pas
sionū estis: sic eritis et consolacōis
Nō em̄ volumus ignorare vos fra
tres de tribulatiōe nrā que facta
ē in asia. qm̄ supra modū graua
ti sumus supra virtutem: ita ut tede
ret nos etiā viuere. Sed ipi in no
bismetipsis rn̄sum mortis habui
mus: ut nō simus fidentes in nob
s̄ in deo qui suscitat mortuos q̄ de
tātis piculis nos eripuit et eruit
in quē speramus qm̄ et adhuc eri
piet adiuuantibus et vob in oracō
ne p nobis: ut ex multarum psonis
fatierum eius q̄ in nob est donacōnis
p multos gratie agant p nobis.
Nā gloria nostr̄ hec ē testimoniū
conscie nostre q̄ in simplicitate cor
dis et sinceritate dei et nō in sapiē
tia carnali s̄ in gratia dei conuersa
ti sumus in hoc mūdo: abūdantius
aūt ad vos. Nō em̄ alia scribimus
vobis q̄ que legistis et cognoui
stis. Spero āt q̄ vsq̄ in finē cogno
scetis sicut et cognouistis nos ex
p te. q̄ glia vrā sumus sicut et vos
nostra in die dñi nr̄i ihesu xpi. Et
hac cōfidentia volui prius venire
ad vos ut scdam grām haberetis
et p vos trāsiē ī macedoniā et iterum a
macedonia venire ad vos et a vo
bis deduci in iudeam. Cū g̊ hoc vo
luissem: nūquid leuitate vsus sum.
Aut que cogito scdm carnē cogi
to ut sit apud me est et nō. Fide
lis aūt deus. q̄ sermo noster qui
fuit apud vos: nō est in illo est et
nō. s̄ ē in illo est. Dei em̄ filius ihe
sus cristus q̄ in vobis p nos predi
catus ē p me et siluanum et thimo
theū nō fuit in illo ē et nō. s̄ ī illo
fuit. Quotquot eī pmissiones dī
sūt: in illo ē. Ideo et ipsū amen deo
ad gloriā nrām Qui aūt confirmat
nos vobiscū in cristo et qui vnxit
nos deus et q̄ signauit nos et dedit
pignus spūs in cordibus nr̄is. Ego
aūt testē deū īuoco in am̄am meā
q̄ pcens vob nō veni vltra corin
thū nō q̄ dñamur fidei vr̄e. s̄ ad
iutores sumus gaudij vestri. Nam
fide statis. ¶ Capitulū. ij.

Statui āt hocipsū apud me
ne iterum in tristitia venirē ad
vos. Si eī ego contristo vos et q̄s ē q̄
me letificet nisi q̄ contristat ex me.
Et hocipsū scripsi vob ut nō cū ve
nero tristitiā sup tristitiā habeam
de quibus oportuerat me gaudere:
confidens in omnibus vobis q̄ meū
gaudiū ōniū vestrum ē. Nam ex mul
ta tribulacōne et angustia cordis
scripsi vobis p multas lacrimas
non ut contristemini. sed ut scia
tis quam caritatē habeā abūdan
tius in vobis. Si q̄s aūt contristauit
me: non me contristauit. sed ex
parte ut non onerem omnes vos.

Sufficit illi qui eiusmodi ē obiur
gatio hec que fit a pluribꝰ · ita ut
ecōtrario magis donetis ⁊ cōsole
mini · ne forte abūdātiori tristitia
absorbeat̄ q̄ eiusmodi ē · Propter
qđ obsecro vos ut ꝯfirmetis in il
lū caritatē · Ideo em̄ et scripsi vob̄
ut ꝯgnoscā expimentū vestꝝ an
in oībus obedientes sitis · Cui āt
aliquid donastis ⁊ ego · Nā ⁊ ego
qđ donaui si q̄d donaui ꝓpt̄ vos ī
psona xp̄i ut nō circūueniamur
a sathana · Nō eī ignoramꝰ cogi
tacōnes eiꝰ · Cū venissez aūt troa
dez ꝓpt̄ euangeliū cristi ⁊ ostiū m̄
aptū essz in dn̄o · nō habui req̄ez
spūi meo eo ꝙ n̄ īuenerim thituz
fratrē meū · ꝫ valefatiens eis ꝓfe
ctus sū in macedoniā · Deo aūt gr̄
tias qui semp triūphat nos ī xp̄o
ihu ⁊ odorem noticie sue manife
stat p nos in oī loco · qꝛ xp̄i bonꝰ
odor sumꝰ dō ī hijs qui salui fiūt
⁊ in hijs qui pereūt · Alijs quidem
odor mortis in mortē · alijs autem
odor vite in vitā · Et ad hec q̄s taz
ydoneus · Nō em̄ sumꝰ sicut plu
rimi adulterantes verbū dei · ꝫ ex
sinceritate sicut ex deo coram deo
in cristo loquimur · ¶ Ca · iij ·
Incipimꝰ iterꝝ nosmetipōs ꝯmen
dare · Aut nūquid egemꝰ sicut q̄
dam cōmendaticijs epl̄is ad vos
ā ex vob̄ · Epistola nrā vos estis
scripta in cordibz nostris q̄ scitur
⁊ legit̄ ab oībꝰ hominibz manife
stati · qm̄ epl̄a estis xp̄i ministra
ta a nob̄ ⁊ scripta nō attramēto ·
ꝫ spū dei viui · nō ī tabul̄ lapideis
ꝫ in tabul̄ cordis carnalibus · Fi
dutiā aūt talē habemꝰ p cristum
ad deuz · nō ꝙ suffitientes simꝰ co
gitare aliquid a nob̄ quasi ex no
bis ꝫ suffitientia nrā ex dō est qui
et ydoneos nos fecit mīstros no
ui testamenti nō littera ꝫ spū · Lit
tera em̄ occidit · spūs autē viuifi
cat · Qđ si ministracō mortis litte
ris deformata in lapidibꝰ fuit in
gloria · ita ut nō possent intendere
filij israhel in fatiē moysi · ꝓpt̄ glo
riaz vultus eiꝰ que euacuat̄ · qūo
nō magis ministracō spūs erit in
gloria · Nā si ministracō dānacō
nis gloria est multomagis abun
dat ministeriuz iustitie in gloria ·
Naz nec glorificatū est qđ claruit
ī hac pte ꝓpt̄ excellentē gloriā · Si
em̄ qđ euacuat̄ p gloriā est · mul
tomagis qđ manet in gloria est
Hn̄tes igit̄ talē spem · multa fidu
tia vtimur · Et nō sicut moyses po
nebat velamē sup fatiē suaz · ut n̄
intenderēt filij israhel ī fatiez eius
qđ euacuat̄ · ꝫ obtusi sunt sensus
eoꝝ · Vsqz in hodiernū em̄ diem
idip̄m velamē in lectione veteris
testamēti manet n̄ reuelatuz · qm̄
in xp̄o euacuat̄ · ꝫ vsqz in hodier
nū diez cū legit̄ moyses velamen
positū est sup cor eoꝝ · Cū aūt ꝯu
si fuerint ad deuz auferet̄ velamē
dn̄s aūt spūs est · Vbi aūt spūs
dn̄i ibi libertas · Nos vero omnes
reuelata fatie gloriā dn̄i speculan
tes in eandē ymaginē trāsforma
mur a claritate in claritatez tanq̄
a domini spiritu · ¶ Ca · iiij ·
Ideo hn̄tes hāc ministracōez iux̄
qđ misericordiā cōsecuti sumꝰ nō
deficimꝰ · ꝫ abdicamꝰ occulta de de
coris · non ambulantes in astutia
neqz adulterātes verbū dei · sed in
manifestacōe veritatis ꝯmēdātes

nosmetipos ad oem ꝯscientiā ho
minū corā deo. Qd si etiā optū est
euangeliū nostꝝ in hijs q̄ pereūt
ē optū in quibꝰ deꝰ huiꝰ seculi ex
cecauit mētes infideliū: ut nō ful
geat illuminatio euāgelij glie cri
sti q̄ ē ymago dei. Nō em̄ nosmet
ipos p̄dicamꝰ. ꝫ ihm xp̄m dn̄m
nostꝝ. Nos aūt seruos vr̄os per
ihm. qm̄ deꝰ q̄ dixit de tenebris lu
cē splēdescere: illuxit ī cordibꝰ no
stris ad illuminacōez scie clarita
tis in fatie ihu xp̄i. Habemꝰ autē
thesauꝝ istū in vasis fictilibꝰ: ut
sublimitas sit virtutis dei ⁊ nō ex
nobis In oībz tribulacōem pati
mur. ꝫ nō angustiamur. Aporia
mur ꝫ nō destituimur. Persecuti
onē patimur. ꝫ nō derelinq̄mur.
Deicimur. ꝫ nō p̄imꝰ. Semp mor
tificacōem ihu in corpe nr̄o circū
ferentes ut ⁊ vita ihu manifestet̄
in corpibꝰ nostris. Semp eī nos
q̄ viuimꝰ ī mortē tradimur ꝓpter
ihm: ut et vita ihu manifestet̄ in
carne nostra mōrli. Ergo mors in
nobis opat̄. vita aūt in vob̄. Ha
bētes aūt eundē spm̄ fidi sicut scri
ptū est Credidi ꝓpt̄ qd locutus sū
⁊ nos credimus ꝓpter qd ⁊ loqui
mur: sciētes qm̄ q̄ suscitauit ihz ⁊
nos cū ihu suscitabit ⁊ ꝯstituet vo
biscū. Oīa eī ꝓpt̄ vos ut grā abū
dans p multos in grārūactione
abūdet ī gloriaz dei Propt̄ qd nō
deficimꝰ. sed licet is qui foris ē no
ster homo corrūpat̄. tn̄ is q̄ intus
ē renouat̄ de die in diē. Id em̄ qd
in p̄nti est momētaneū ⁊ leue tri
bulacōnis nostre supra modum
in sublimitate eternum glorie pō
dus opat̄ in nob̄: nō cōtemplan

tibꝰ nobis que vident̄ ꝫ que nō
vident̄. Que eī vident̄ tpalia sūt.
que aūt nō videntur eterna sunt.

Scimꝰ em̄: qm̄ si ¶ Ca. v.
terrestris domꝰ nostr̄ huiꝰ
habitacōnis dissoluat̄ ꝙ edifica
tionē ex deo habeamꝰ domū non
manufactā eternā in celis. Naz ⁊
in hoc ingemiscimꝰ habitacōem
nostrā q̄ de celo ē supindui cupiē
tes. si tn̄ vestiti ⁊ nō nudi inueni
amur. Nā ⁊ q̄ sumus in hoc taber
naculo īgemiscimus g̃uati. eo ꝙ
nolumꝰ expoliari. ꝫ supuestiri: ut
absorbeat̄ qd mōrle ē a vita. Qui
aūt efficit nos in hocipsuz deus q̄
dedit nob̄ pignꝰ spūs. Audentes
igit̄ semp ⁊ scientes: qm̄ dū sumꝰ
in corpe pegrinamur a dn̄o. Per
fidē em̄ ambulamꝰ ⁊ nō p spetiez
Audemꝰ aūt et bonā volūtatē ha
bemꝰ magis pegrinari a corpe ⁊
p̄ntes eē ad dn̄m ⁊ iō ꝯtendimꝰ
siue absētes siue p̄ntes placere il
li. Oēs em̄ nos manifestari opor
tet ante tribunal cristi: ut referat
vnusquisqꝫ ꝓpria corpis ꝓut ges
sit: siue bonū siue malū. Scientes
ergo timorē dn̄i hoībz suademus.
deo aūt manifesti sumꝰ. Spero āt
⁊ in ꝯsciēcijs vestris manifestos
nos eē. Nō iterꝝ ꝯmendamꝰ nos
vob̄. ꝫ occasionē damꝰ vobis glo
riandi ꝓ nob̄: ut hēatis ad eos q̄
in fatie gloriant̄ ⁊ nō ī corde Siue
em̄ mēte excedimꝰ deo. siue sobrij
sumus vobis. Caritas enim cristi
vrget nos: estimantes hoc. quo
niam si vnus pro omnibus mor
tuus est ergo omnes mortui sūt.
Et pro omnibus mortuꝰ ē cristus
ut ⁊ q̄ viuunt iam nō sibi viuāt.

sed ei qui ꝓ ipsis mortuꝰ ē ⁊ resur
rexit. Itaq; nos ex hoc neminē no
uimꝰ scd̄m carnē Et si ꝯgnouimꝰ
ſm carnez xp̄m. ſ nūc iam nō no
uimꝰ. Si qua ḡ in xp̄o noua crea
tura. vetera transierūt. ecce facta
sūt oīno noua. Oīa autē ex d̄o q̄
nos reconciliauit sibi ꝑ xp̄m ⁊ de
dit nobis ministeriū recōciliatio
nis. Qm̄ quidē deus erat in cristo
mundu; recōcilians sibi nō repu
tans illis delicta ipsoꝝ ⁊ posuit in
nobis verbū recōciliationis. Pro
xp̄o ergo legatione fugimur tāq̄
d̄o exhortante ꝑ nos. obsecramꝰ
ꝓ xp̄o. recōciliamini deo Eum qui
nō noueāt pctm̄ ꝓ nob pctm̄ fec̄
ut nos efficeremur iustitia d̄i ī ipō

Adiuuantes aūt ex ¶ Ca. vi.
hortamur ne inuacuū grāz
dei recipiatis. Ait em̄. Tēpe acce
pto exaudiui te ⁊ ī die salutis ad
iuui te. Ecce nūc tps acceptabile.
ecce nūc dies salutis Nemini dan
tes vllā offensionē. ut n̄ vitupet̄
ministeriū nr̄m. Sed in oībus ex
hibeamꝰ nosmetipōs sicut dei mi
nistros in multa patientia: in tri
bulacōibꝰ. in necessitatibꝰ. in an
gustijs. in plagis. in carceribus.
in sedicōnibꝰ. in laboribz. in vigi
lijs. in ieiunijs. in castitate. in sciē
tia. in lōganimitate. in suauitate.
in spūsancto. In caritate nō ficta
ī verbo veritatis. in v̄tute dei. Per
āma iustitie a dextris ⁊ a sinistris
Per gl̄iam ⁊ ignobilitatē. ꝑ infa
miā ⁊ bonā famā. Vt seductores
⁊ veraces sicut qui ignoti ⁊ ꝯgni
ti. Quasi moriētes ⁊ ecce viuimus
ut castigati ⁊ nō mortificati. Qua
si tristes semꝑ aūt gaudētes. sicut
egētes multos aūt locupletantes
tāq̄ nihil hn̄tes ⁊ oīa possiden
tes. Os nostꝝ patet ad vos o co
rinthij. cor nostꝝ dilatatuz ē. Nō
angustiamini in nob. Angustia
mini aūt in visceribꝰ vr̄is. Eandez
aūt hn̄tes remuneracōem tāq̄ fi
lijs dico dilatamini et vos. Noli
te iugū ducere cū infidelibꝰ. Que
eī ꝑticipacō iustitie cū iniquitate
ā que sotietas luci ad tenebras.
Que aūt ꝯuencō xp̄i ad belial. ā
que ꝑs fideli cū infideli. Qui autē
ꝯsensus tēplo dei cū ydolis. Vos
em̄ estis templū dei viui sic̄ dicit
deus. qm̄ inhabitabo in ill' ⁊ īam
bulabo ⁊ ero illoꝝ deꝰ et ip̄i erūt
m̄ ꝓplus Propt̄ qd̄ exite de medio
eoꝝ ⁊ separamī dicit dn̄s et īmū
dū ne tetigeritis et ego recipiam
vos ⁊ ero vobis in p̄rem ⁊ vos eri
tis mihi in filios ⁊ filias dicit do
minus omnipotens. ¶ Ca. vij.

Has ēgo hn̄tes ꝓmissiones
carissimi mūdemus nos ab
oī inq̄namento carnis et spūs. ꝑ
fitientes sanctificacōnē in timore
dei Capite nos. Neminē lesimus.
neminē corrupimꝰ. neminē circū
uenimꝰ. Nō ad ꝯdēnacōem vrāz
dico. Prediximꝰ em̄ q̄ in cordibz
nostris estis ad ꝯmoriēdū ⁊ ad
cōuiuendū. Multa m̄ fidutia est
apud vos. multa m̄ gl̄iatio ꝓ vo
bis. Repletus sū cōsolacōe. super
abūdo gaudio in oī tribulacōne
nr̄ā. Nā ⁊ cū venissemꝰ in macedo
niā. nullā requiē habuit caro no
stra. ſ oēm tribulacōem passi su
mus. Foris pugne. intus timores
Sz q̄ ꝯsolatur humiles. ꝯsolatus
ē nos deus in aduētu titi. Nō solū

aūt in aduentu ei⁹. ꝫ etiā in cōso
lacōne q̄ cōsolatus ē in vob̄: refe
rens in nob̄ vestꝝ desideriū vestꝝ
fletū vestrā emulacōnē ꝓ me: ita
ut magis gauderem. Qm̄ ⁊ si ꝯtri
staui vos in epistola: nō me peni
tet. Et si peniteret videns ꝙ episto
la illa ⁊ si ad horā vos ꝯtristauit
nūc gaudeo: n̄ ꝙ ꝯtristati estis. ꝫ
ꝙ ꝯtristati estis ad peītentiā. Cō
tristati em̄ estis ꝑm deū ut in nul
lo detrimentū patiamini ex nob̄.
Que em̄ scd̄m deuꝫ tristitia ē peni
tentia in salutē stabilē opat̄. secu
li aūt tristitia mortē opat̄. Ecce ei
hoc ip̄m scd̄ꝫ deū ꝯtristari vos qn̄
tam in vob̄ opatur sollicitudinē
sed defensionē. sed indignacōeꝫ.
ꝫ timorē. sed desideriū. sed emula
tionē. sed vindictā. In oīb⁹ exhi
buistis vos incōtaminatos eē ne
gotio. Igit̄ ⁊ si scripsi vobis non
ꝓpt̄ eū qui fecit iniuriā nec ꝓpter
eū qui passus ē. sed ad manifestā
dā sollicitudinē nostraꝫ quā ha
bem⁹ ꝓ vobis corā deo. Ideo cōso
lati sumus. In ꝯsolacōne aūt no
stra abūdanti⁹ magis gauisi su
mus sup gaudio titi. ꝙ refectus ē
spūs ei⁹ ab oīb⁹ vobis. Et si q̄d
apud illū de vobis gloriatus sū: n̄
sum cōfusus. ꝫ sicut oīa vob̄ in ve
ritate locuti sumus: ita ⁊ gloriacō
nostra que fuit ad titū veritas fa
cta est. Et visceā ei⁹ abundanti⁹
in vob̄ sunt: reminiscentis oīm ve
stꝝ obedientiam. qūo cū timore ⁊
tremoē excepistis illū Gaudeo ꝙ
in oīb⁹ ꝯfido in vobis. ¶ Ca. viij.

Notā aūt facim⁹ vob̄ fratres
grāꝫ dei q̄ data ē in ecclesijs
macedonie ⁊ ꝙ ī multo expimēto
tribulacōis abūdātia gaudij ip
soꝝ ⁊ altissima pauptas eoꝝ abū
dauit ī diuitias simplicitatis eoꝝ
Quia ꝑm v̄tutē testimoniū ill̄ red
do ⁊ sup̄ v̄tutē volūtarij fuerūt cū
mlta exhortacōe obsecrātes nos
grām ⁊ ꝯmunicacōeꝫ mīsterij qd̄
fit ī scōs Et nō sicut spauim⁹. sed
semetipōs dederūt: p̄mū dn̄o. deīn
de nob̄ ꝑ volūtateꝫ dei: ita ut roga
rem⁹ titum ut quēadmodū cepit
ita et ꝑfitiat ī vob̄ etiaꝫ grāꝫ istā
Sꝫ sicut ī oīb⁹ abūdatis fide ⁊ ser
mone ⁊ scīa ⁊ oī sollicitudīe īsup
⁊ caritate vrā in nos ut ⁊ ī hac ḡ
tia abūdetis. Nō q̄si imperās dico
ꝫ ꝑ alioꝝ sollicitudinē etiā vr̄e ca
ritatis īgeniū bonū ꝯprobās. Sci
tis em̄ grāꝫ dn̄i nr̄i ihu xp̄i. qm̄ ꝓ
pt̄ vos egen⁹ fact⁹ ē cū eēt diues
ut illi⁹ inopia vos diuites eētis.
Et ꝯsiliū ī hoc do Hoc ei vobis vti
le ē q̄ n̄ solū facē. ꝫ ⁊ velle cepistis
ab āno p̄ore. Nūc vero ⁊ facto ꝑfi
cite: ut quēadmodū ꝓmpt⁹ ē ani
m⁹ volūtatis: ita sit ⁊ ꝑfitiendi ex
eo qd̄ hētis. Si ei volūtas ꝓmpta
ē scd̄m id qd̄ habet accepta est. n̄
scd̄m id qd̄ non habet. Nō em̄ ut
alijs sit remissio: vobis aūt tribu
latio. ꝫ ex equalitate in p̄nti tēpe
vestra abūdātia illoꝝ īopiaꝫ sup
pleat: ut ⁊ illoꝝ abūdātia vestre
inopie sit supplementū: ut fiat eq̄
litas sicut scriptum ē. Qui multuꝫ
habuit nō abundauit ⁊ qui mo
dicum nō minorauit. Gratias au
tem ago deo qui dedit eandem sol
licitudinē ꝓ vobis ī corde titi. quo
niam exhortationem quidem su
scepit. sed cuꝫ sollicitior esset sua
voluntate profectus est ad vos.

Misimꝰ etiaꝫ cũ illo fratrẽ nostrũ
cuius laus ẽ in euãgelio ꝑ omẽs
ecc̃ias. Nõ solũ aũt ꝫ ⁊ ordinatus
est ab ecclesijs comes ꝑegrinacõ
nis nostre in hãc grãꝫ q̃ ministr̃
tur a nob̃ ad dñi gloriã ⁊ destina
tã voluntatẽ nostrã deuitãtes hoc
ne q̃s nos vituꝑet in hac pleĩtu
dine que ministrat̃ a nob̃ in dñi
gloriã. Prouidemꝰ em̃ bõ. nõ solũ
corã dõ. ꝫ etiã corã hoĩbꝰ Misimꝰ
aũt cũ illis ⁊ fratrẽ nostꝝ quez ꝓ
bauimꝰ in multis sepe sollicitũ eẽ
nũc aũt multo sollitiorẽ. ꝯfidẽtia
multa ĩ vos siue ꝓ tito qui est so
tius meꝰ ⁊ in vobis adiutor. siue
fratres nostri apl̃i ecc̃iarũ glorie
xp̃i. Ostensionẽ ḡ que est caritas
vestre ⁊ nostre glorie ꝓ vobis in
illos oñdite in fatie ecc̃iaꝝ. Nam
de ministerio qd̃ fit in sanctos ex
abũdanti est mihi scribere vobis.

Scio em̃ ꝓmptũ ¶ Ca. ix.
animũ vr̃m ꝓ quo de vobis
glorior apud macedones. quoniã
et achaya ꝑata est ab ãno p̃teri
to ⁊ vrã emulatio ꝓuocauit plu
rimos. Misimꝰ aũt fr̃es ut ne qd̃
gloriamur de vob̃ euacuet̃ in hac
ꝑte ut quẽadmodũ dixi ꝑati sitis
ne cũ venerint macedones mecũ ⁊
ĩuenerint vos imꝑatos erubesca
mꝰ nos ut nõ dicamꝰ vos in hac
substantia. Necessariũ ergo existi
maui rogaẽ fratres ut p̃ueniant
ad vos ⁊ preꝑent repromissaꝫ be
nedictõeꝫ hanc parataꝫ eẽ sic q̃si
bñdictionẽ nõ q̃si auaritiã. Hoc
autẽ dico. Qui parce seminat ꝑce
⁊ metet et q̃ seminat in bñdictio
nibꝰ. de benedictionibꝰ ⁊ metet.
Vnusquisq̃ ꝓut destinauit ĩ cor
de suo. nõ ex tristitia aut ex neces
sitate. Hilarem em̃ datorẽ diligit
deus. Potens est aũt deꝰ oẽm gr̃
tiaꝫ abũdare facere in vobis ut in
omnibꝰ semꝑ oẽm suffitiẽtiã ha
bentes abũdetis in oẽ opus bonũ
sicut scriptuꝫ ẽ. Disꝑsit dedit pau
ꝑibꝰ. iustitia eius manet ĩ seculũ
seculi. Qui aũt ãministrat semen
semināti ⁊ panẽ ad mãducãduꝫ
prestabit. Et multiplicabit semẽ
vestꝝ ⁊ augebit incrementa fru
gũ iustitie vr̃e ut in omnibꝰ locu
pletati abũdetis in oẽm simplici
tatẽ que oꝑat̃ ꝑ nos grãrũactio
nẽ dõ. Qm̃ ministeriũ huiꝰ officij
nõ solũ supplet ea que desũt sãctis
Sed etiã abũdat ꝑ multas grãꝝ
actiones in dño ꝑ ꝓbacõeꝫ mini
sterij huiꝰ: glorificãtes deũ ĩ obe
dientia ꝯfessionis vestre in euan
gelio xp̃i ⁊ simplicitate ꝯmunica
tionis vestre in illos ⁊ in oẽs ⁊ in
ipõꝝ obsecracõne ꝓ vobis deside
rantiũ vos ꝓꝑt̃ eminentẽ grãꝫ dei
in vob̃. Grãs ago deo sup̃ inenar
rabili dono eius. ¶ Ca. x.

Ipse aũt ego paulus obsecro vos
ꝑ mansuetudinẽ ⁊ modestiã xp̃i.
qui in fatie quideꝫ humil̃ sũ inter
vos. absens aũt cõfido in vobis.
Rogo aũt vos ne p̃ns audeã per
eã ꝯfidentiã qua existimor audere
in quosdã q̃ arbitrant̃ nos tãq̃
s̃m carnẽ ambulemꝰ. In carne eĩ
ambulantes nõ scd̃m carnẽ mili
tamꝰ. Nã arma militie nostre nõ
carnalia. ꝫ potentia dõ ad destru
ctionẽ municõnũ. ꝯsilia destruen
tes ⁊ oẽm altitudinẽ extollenteꝫ
se aduersus sc̃iaꝫ dei et in captiui
tatẽ redigẽtes omnẽ intellectũ in

obsequiū xp̄i ⁊ in ꝓmptu hn̄tes
vlcisci oēm īobedientiā: cū imple
ta fuerit vrā obedientia. Que ſm
fatiē sunt videte. Si quis ɔfidit si
bi xp̄i se eē: hoc cogitet iterꝝ apud
se. qꝛ sicut ipe xp̄i ē ita ⁊ nos. Naꝫ
⁊ si amplius aliquid gloriatus fue
ro de potestate nostra quaꝫ dedit
nobis dn̄s in edificationē ⁊ non
in destructionē vestrā: non erube
scam. Vt aūt nō existimer tanq̄
terrere vos ꝑ epl̄as. qm̄ quidē epi
stole inquiūt graues sūt ⁊ fortes
pn̄tia autē corpis īfirma ⁊ sermo
ɔtemptibilis: hoc cogitet qui eius
modi ē. qꝛ quales sumus verbo per
epl̄as absētes: tales ⁊ pn̄tes in fa
cto. Nō em̄ audemus inserere aut
ɔparare nos quibusdā q̄ seipōs
ɔmendant. ſ ipsi in nob̄ nosmet
ipōs metiētes ⁊ ɔparātes nosmet
ipōs nob̄. Nos aūt nō in immen
sū gloriabimur. ſ ſm mensurā re
gule qua mensus ē nobis deus mē
suraꝫ ꝑtingendi vsq̄ ad vos. Nō
em̄ quasi nō ꝑtingētes ad vos su
perextēdimus nos. Vsq̄ ad vos eī
ꝑuenimus in euāgelio xp̄i: nō ī im
mensū gloriantes in alienis labo
ribus. Spem autē hn̄tes crescentis
fidei vestre: ī vob̄ magnificari ſm
regulā nostrā in abūdantia: etiā
in illa que vltra vos sūt euāgeli
sare: nō in aliena regula in hijs q̄
prepata sūt gloriari. Qui aūt glo
riat̄ in dn̄o glorieť. Nō em̄ q̄ seip
sū ɔmendat ille ꝓbatus ē. ſ quē
deus ɔmendat. ¶ Ca. xi

Vtinā sustineretis modicuꝫ
quid īsipiētie mee. sed ⁊ sup
portate me. Emulor eī vos dei emu
latione. despōdi em̄ vos vni viro
virginē castā exhibē xp̄o. Timeo
aūt ne sicut serpēs euam seduxit
astutia sua: ita corrūpant̄ sēsus ve
stri et excidant a simplicitate q̄ ē
in xp̄o. Naꝫ si is q̄ venit aliū xp̄m
p̄dicat quē nō predicauimus. aut
aliū spiritū accipitis quē nō acce
pistis. aut aliud euangeliū qd̄ n̄
recepistis: recte pateremini. Existi
mo eī nihil me minus fecisse a ma
gnis apl̄is. Et si imperitus sermo
ne. ſ non sc̄ia. In omib̄ aūt ma
nifestus sū vob̄. Aut nūquid pec
catū feci meip̄m humiliās: ut vos
exaltemini. Qm̄ gratis euāgeliū
dei euāgelisaui vob̄. alias ecc̄ias
expoliaui accipiēs stipendia ad
ministeriū vestꝝ et cū eēm apud
vos ⁊ egerem nulli onerosus fui.
Nā qd̄ m̄ deerat suppleuer̄t frēs q̄
venerūt a macedonia ⁊ ī oībꝫ sine
onere me vob̄ seruaui ⁊ seruabo.
Est veritas xp̄i ī me. qm̄ hec gloria
tio nō infringet̄ ī me in regionibꝫ
achaie. q̄re. Quia n̄ diligo vos. ⁊
deus scit. Qd̄ aūt fatio ⁊ fatiā: ut ā
putē occasionē eoꝝ q̄ volūt occa
sionē: ut in q̄ gl̄iant̄ īueniant̄ sic̄
⁊ nos. Nam eiusmōi pseudo apl̄i
sūt oparij sb̄doli: tr̄nsfigurātes se ī
apl̄os xp̄i. Et nō mirꝝ. Ipse em̄ sa
thanas tr̄nsfigurat se ī angelū lu
cis. nō ē ḡ magnū: si ministri eius
tr̄nsfigurent̄ velut ministri iustitie
quoꝝ finis erit scd̄ꝫ opa ipōꝝ. Ite
rū dico: ne quis me putet insipiē
tē. Alioqn̄ velut insipientē accipi
te me: ut ⁊ ego modicū q̄d glori
er. Quod loquor nō loquor scd̄m
deuꝫ ſ quasi ī insipiētia: in hac sb̄
stantia glorie. Qm̄ multi glorian
tur scd̄m carnem ⁊ ego gloriabor

Libent̄ em̄ suffertis insipiētes: cū
sitis ipsi sapiētes. Sustinetis em̄
si quis vos ī ꝑuitutē redigit. si q̄s
deuorat. si q̄s accipit. si q̄s extolli
tur. si quis in fatiez vos cedit. ꝑm
ignobilitatez dico quasi nos īfir
mi fuerim⁹ in hac ꝑte In quo q̄s
audet ī īsipiētia dico audeo ⁊ ego
Hebrei sunt ⁊ ego Israhelite sunt
⁊ ego. Semen abrahe sūt et ego.
Ministri xp̄i sunt ⁊ ego. Vt min⁹
sapiens dico plus ego. In labori
b⁹ plurimis in carceribz abūdan
tius. in plagis sup̄ modū. in mor
tib⁹ frequent̄. A iudeis qn̄quies
quadragenas vna min⁹ accepi.
Ter v̄gis cesus sū. semel lapida
tus suz. ter naufragiū feci. Nocte
⁊ die in ꝓfūdo maris fui. In itine
rib⁹ sepe. piculꝰ fluminū. piculꝰ la
tronū. piculis ex genere. piculꝰ ex
gentib⁹. piculis in ciuitate. piculꝰ
in solitudīe. piculis in mari. picu
lis in falsis fratribus. In labore ⁊
erūna. ī vigiliis multis. In fame
⁊ siti. in ieiuniis multis. In frigo
re ⁊ nuditate. pret̄ illa q̄ extr̄nsec⁹
sūt. instātia mea quotidiana. sol
licitudo oīm ecc̄iaꝝ Quis infirma
tur ⁊ ego nō infirmor. Quis scan
dalisat̄ ⁊ ego nō vror. Si gloriari
oportet que infirmitatis mee sūt
gloriabor. Deus ⁊ pat̄ dn̄i nr̄i ih̄u
xp̄i scit qui est bn̄dict⁹ ī secula ꝙ
nō mētior. Damasci prepositꝰ gē
tis arethe regis custodiebat ciui
tatē damascenoꝝ ut me ꝯp̄hende
ret ⁊ ꝑ fenestrā in sporta demissus
sū ꝑ muꝝ ⁊ sic effugi manus ei⁹.

Si gloriari oportet ¶ Ca. xij.
nō expedit quidē. Veniā āt
ad visiones et reuelacōnes dn̄i.

Scio hoīem in xp̄o an̄ ānos qua
tuordecī siue ī corpe siue extra cor
p⁹ nescio de⁹ scit. raptum huius
modi vsq̄z ad tertiuz celū. Et scio
hmōi hoīez siue ī corpe siue extra
corp⁹ nescio deus scit. qm̄ raptus
est in ꝑadisū ⁊ audiuit archana
verba que nō licet homini loqui
Pro huiusmodi gloriabor. ꝓ me
aūt nihil n̄ in infirmitatib⁹ meis
Nā ⁊ si voluero gloriari. nō ero ī
sipiens Veritatē em̄ dicā. Parco
aūt ne quis me existimet sup̄ id
q̄d videt ī me aut audit aliquid
ex me Et ne magnitudo reuelatio
nū extollat me. datus ē m̄ stimu
lus carnis mee angelus sathane
ut me colaphizet. Propt̄ q̄d ter
dn̄m rogaui ut discederet a me et
dixit m̄. Sufficit tibi grā mea. Nā
v̄tus in infirmitate ꝑficit̄. Libent̄
igit̄ gloriabor ī infirmitatibz meis
ut īhabitet in me v̄tus xp̄i. Pro
pter q̄d placeo m̄ ī infirmitatib⁹
meis. in ꝯtumeliis ī necessitatib⁹
in ꝑsecucōibz. in angustiis ꝓ xp̄o
Cū em̄ infirmor tūc potens sū. Fa
ctus sū insipiēs. vos me coegistis
Ego em̄ a vobis debui ꝯmendari
Nihil enim min⁹ feci ab hiis qui
sūt sup̄ modū apl̄i Tā ⁊ si nihil
sū. signa tn̄ apostolat⁹ mei facta
sūt sup vos in oī patientia signis
⁊ ꝓdigiis ⁊ virtutib⁹. Quid ē eī
q̄d min⁹ habuistis p̄ ceteris ecc̄iis
nisi ꝙ ego ip̄e n̄ grauaui vos. Do
nate m̄ hāc iniuriā. Ecce tercō hoc
ꝑatus sū venire ad vos ⁊ nō ero
grauis vob̄. Nō em̄ quero q̄ vrā
sunt ꝫ vos. nec em̄ dn̄t filij paren
tib⁹ thezaurizare. sed ꝑntes filiis.
Ego aūt libentissime impendaz ⁊

sup impendar ipe p aīab9 vīs: licet plus vos diligēs minus dili gar. Sed esto. Ego vos nō grauau. sed cū eēm astutus dolo vos cepi. Nūquid p aliquez eoz quos misi ad vos circumuenivos. Rogaui titū a misi cū illo fratrez. Nūquid titus vos circūuenit. Nonne eodē spū ambulauim9. Nōne eisdez vestigijs. Olim putatis q excusem9 nos apud vos. Coraz deo in xpō loquimur. Oia em̄ carissimi xp̄e edificacōem vestram. Timeo em̄ ne forte cū venero: non q̄les volo inueniaz vos a ego inueniar a vob̄ qualez non vultis: ne forte ctencōnes emulacōnes aīositates dissensiones detractiones susurrationes inflationes seditiones sint īt̄ vos. Ne iterū cū venero humiliet me deus apud vos a lugeaz multos ex hijs qui aī peccauerūt a nō egerunt pēnitētiaz sup immunditia a fornicatione a ipudicitia quā gesserūt.

Ca. xiij.

Ece tertio hoc veio ad vos. In ore duoz vel triū testiuz stabit omne verbuz. Predixi em̄ a p̄dico ut p̄sns vobis a nunc absens hijs qui aī peccauerūt et ceteris ommib9. qm̄ si venero iterū non parcā. An experimentū quaritis eius qui in me loquit̄ xp̄s. Qui in vobis non infirmat̄ sed potens est in vobis. Nam et si crucifixus est ex infirmitate. sed viuit ex virtute dei. Nam a nos infirmi sumus in illo. ß viuimus cū eo ex virtute dei in vobis. Vosmetipōs temptate: si estis ī fide ipsi vos p bate. An nō ognoscitis vosmetipsos. q̄a xp̄us ihūs in vobis est nisi forte reprobi estis. Spero aūt q cognoscetis. q nos nō sumus reprobi. Oram9 autem deuz ut mihil mali faciatis: non ut nos probati appareamus. sed ut vos q̄d bonū est faciatis. Nos aūt ut reprobi sim9. Non em̄ possumus aliquid aduersus veritatem. sed p veritate. Gaudemus em̄ quoniaz nos infirmi sumus. vos autez potētes estis. Hoc a oramus vestrā confirmationem. Ideo hec absēs scribo: ut nō presens durius agā secōm potestatem quam dominus dedit mihi in edificationem a nō in destructionē. De cetero fratres gaudete. perfecti estote. exhortamini. idipsuz sapite. Pacem habete a deus pacis a dilectionis erit vobiscum. Salutate inuicē in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia domini nostri ihu xp̄i a caritas dei a ocmunicatio sancti spiritus sit cum oīb9 vob̄ amen.

Explicit epistola secunda ad Coīmthios. Incipit plog9 in epistolā ad Galathas.

Galathe sunt greci. hij verbum veritatis primum ab apostolo acceperunt. ß post discessum eius temptati sunt a falsis apostolis: ut in legem a circumcisionem verterentur. Hos apostolus reuocat ad fidem veritatis: scribens eis abeptēso.

Explicit prologus ad Galathas.

¶ Incipit epl'a ad Galathas.

Paulus apl'us nō ab hoīb⁹ neq; p hoīem sed p ih̄m xp̄m ⁊ deū patrē qui suscitauit eū a mortuis et qui mecū sunt oēs fratres ecclesijs galatie. Gratia vobis ⁊ pax a dō patre nr̄o ⁊ dn̄o ih̄u xp̄o qui dedit semetip̄m p peccatis nr̄is ut eripet nos de pn̄ti seculo nequā ſm volūtatē dei ⁊ pr̄is nostri. cui est gl'ia in secula seculorū amen. Miror q̄ sic tā cito trāsferemini ab eo qui vos vocauit in grām xp̄i in aliud euangeliū q̄d nō est aliud. n̄ sūt aliqui qui vos ɔturbāt ⁊ volunt ɔuertere euangeliū xp̄i. Sed licet nos aut angelus de celo euāgeliset vob' pret'q̄ q̄d euāgelisauim⁹ vobis. anathema sit. Sicut p̄dixim⁹ ⁊ nūc iterū dico. si quis vobis euāgelisauerit pret' id q̄d accepistis. anathema sit. Mō em̄ hoīb⁹ suadeo an dō. An quero homīb⁹ placere. Si adhuc hoīb; placerē xp̄i seru⁹ nō eēm Notū em̄ vobis fatio fratres euangeliū q̄d euangelisatū est a me. q̄ nō ē scd̄m hominē. Neq; em̄ ego ab homine accepi illud neq; didici. ſ; p reuelationē ih̄u xp̄i. Audistis em̄ ɔuersacōnem meā aliqn̄ in iudaismo. qm̄ sup̄ modū p̄sequebar ecc̄iā dei ⁊ expugnabā illā ⁊ p̄fitiebā in iudaismo supra multos coetaneos meos in gn̄e meo. abūdantiꝰ emulator exn̄s patnarū mearū tradicōnū. Cū aūt placuit ei qui me segregauit de vtero mr̄is mee ⁊ vocauit p grā; suā ut reuelaret filiū suū in me ut euāgelisarē illū in gētib⁹. ɔtinuo nō acquieui carni et sāguini. Neq; veni iherosolimā ad antecessores meos apl'os ſ; abij ī arabiā ⁊ iterū reuersus sū damascū. Deinde post ānos tres veī iherosolimā videre petrū ⁊ mā si apud eū dieb; qn̄decī. Aliū aūt apl'oꝝ vidi neminē. nisi iacobū fratrē dn̄i. Que aūt scribo vobis. ecce corā dō q̄ nō mētior. Deinde veni in ptes syrie ⁊ cilitie Erā aūt ignot⁹ fatie ecc̄ijs iudee que erāt ī xp̄o. Tātū aūt auditū habebāt qm̄ qui sequebat' nos aliqn̄ nūc euāgelisat fidē quā aliqn̄ expugnabat ⁊ in me clarificabant deū.

Deinde post ānos q̄ ¶ Ca. ij. tuordecī iterū ascēdi iherosolimā; cū barnaba assumpto ⁊ tito. Ascendi aūt scd̄m reuelacōem ⁊ cōtuli cū illis euangeliū q̄d p̄dico in gētib⁹. Seorsū aūt hijs qui videbāt' aliquid eē ne forte inuacuū currerē aut cucurrissem. Sed neq; titus qui mecū eāt. cū eēt gētilis ɔpulsus est circūcidi. ſ; ꝓpter subintroductos falsos fratres q̄ subintroierūt explorare libertatē nostrā quā habem⁹ ī xp̄o ih̄u ut nos in ſuitutē redigerēt. Quib⁹ neq; ad horā cessim⁹ subiectioni ut veritas euāgelij p̄maneat apd̄ vos. Ab hijs aūt qui videbāt' eē aliq̄d quales aliqn̄ fuerint nihil mea int'est Deꝰ em̄ p̄sonā homīs nō accipit. Mihi em̄ qui videbātur eē aliquid nihil cōtulerūt. Sz ecc̄otra cū vidissent q̄ creditū est mihi euangeliū prepucij sicut et petro circūcisionis q̄ em̄ opatus

ē petro ī apostolatū circūcisionis
opatus est ⁊ m̄ inter gentes ⁊ cū
ꝯgnouissent grām que data ē m̄
iacob⁹ ⁊ cephas ⁊ iohes qui vide
bant̄ colūne eē: dextras dederūt m̄
⁊ barnabe sotietatis: ut nos in gē
tes. ipi aūt in circūcisionē tātū ut
pauperꝝ memores eēm⁹. Qd etiaꝫ
sollicitus fui hocipsū facere. Cum
aūt venisset cephas antiochiā ī
fatiē ei restiti. qꝛ rep̄hensibilis eāt
Pri⁹ em̄ q̄ venirēt q̄dā a iacobo
cū gentibus edebat. Cū aūt venis
sēt subtrahebat ⁊ segregabat se
timens eos q̄ ex circūcisione erāt
Et simulacōni ei⁹ ꝯsenserūt ceteri
iudi: ita ut barnabas duceret̄ ab
eis in illā simulacōnē Sꝫ cū vidis
seꝫ ꝙ nō recte ambularēt ad veri
tatē euāgelij: dixi cephe corā oībꝫ
Si tu cū iudeis sis gentilit̄ viuis ⁊
nō iudaice: qūo gentes cogis iu
daizare. Nos natura iudei ⁊ non
ex gentib⁹ peccatores. Sciētes au
tē ꝙ nō iustificat̄ homo ex opib⁹
legis: nisi p fideꝫ ihu xp̄i ⁊ nos in
xp̄o ihu credim⁹: ut iustificemur
ex fide xp̄i et nō ex opibus legis.
Propter qd ex opibꝫ legis nō iu
stificabit̄ ōnis caro Qd si queren
tes iustificari in xp̄o inuēti sum⁹
⁊ ipsi peccatores: nūquid xp̄s pec
cati minister ē. Absit. Si em̄ que
destruxi iteruꝫ reedifico: preuarica
torē me ꝯstituo. Ego em̄ p legeꝫ le
gi mortu⁹ sū ut d̄o viuā. Cristo cō
fixus sū cruci. Viuo aūt iā n̄ ego
viuit vero in me xp̄s. Qd aūt nūc
viuo in carne: in fide viuo filij dei
q̄ dilexit me ⁊ tradidit semetipsū
p me. Non abitio gratiam dei. Si
enim p legeꝫ iustitia. ergo gratis
xp̄us mortuus est. ¶ Ca. iij.

O Insēsati galathe quis vos
fascinauit non obedire veri
tati. Ante quorum oculos ihesus
cristus proscriptus est ⁊ in vobis
crucifixus. Hoc solum a vobis vo
lo discere. Ex operibus legis spiri
tū accepistis: an ex auditu fidei.
Sic stulti estis: ut cuꝫ spiritu cepe
ritis: nunc carne ꝯsūmamini. Tā
ta passi estis sine causa: si tamen
sine causa. Qui ergo tribuit vob̄
spiritum ⁊ operatur virtutes ī vo
bis: ex operibus legis: an ex audi
tu fidei. Sicut scriptū est: abrahā
credidit deo ⁊ reputatū est illi ad
iustitiam. Cognoscite ergo: quia
qui ex fide sunt hij sunt filij abra
he. Prouidens autem scriptuā qꝛ
ex fide iustificat gentes de⁹ prenū
tiauit abrahe quia benedicent̄ in
te oēs gentes. Igit̄ qui ex fide sūt
benedicent̄ cū fideli abrahaꝫ. Qui
cunqꝫ em̄ ex opibus legis sūt: sb̄
maledicto sunt. Scriptū est enim
Maledictus oīs q̄ nō pmāseit in
omnib⁹ que scripta sunt in libro
legis ut fatiat ea. Qm̄ aūt in lege
nemo iustificabit̄ apud deuꝫ: ma
nifestum est: quia iust⁹ ex fide vi
uit. Lex aūt nō est ex fide. sed qui
fecerit ea viuet ī illis. Crist⁹ nos
redemit de maledicto legis factus
pro nobis maledictum. quia scri
ptum est maledictus omnis qui
pendet in ligno: ut in gentibus be
nedictio abrahe fieret ī cristo ihe
su ut pollicitationem spiritus acci
piamus per fidem. Fratres scd̄m
hominem dico. tamen hominis
confirmatum testamentum ne
mo spernit aut superordinat.

Abrahe dicte sūt ꝓmissiones ⁊ se
mini eiꝰ. Nō dicit ⁊ seminibꝰ q̄si
in multis ꝫ quasi ī vno et semini
tuo qui est xp̄s. Hoc aūt dico te
stamētū cōfirmatū a dō que post
quadringētos ⁊ triginta annos
facta est lex. ñ irritū facit ad eua
cuandā ꝓmissionē. Nā si ex lege
hereditas. iam nō ex ꝓmissione.
Abrahe aūt ꝑ repromissionez do
nauit deus. Quid igit̄ lex. ¶ Propt̄
trāsgressionez posita est donec ve
niret semen cui ꝓmiserat: ordina
ta ꝑ angelos ī manu mediatoris
Mediator aūt vniꝰ nō est. deꝰ āt
vnus est. Lex ḡ aduersus ꝓmis
sa dei. Absit. Si em̄ data eēt lex q̄
posset viuificare. vere ex lege eēt
iustitia. Sz ꝯclusit scriptura om̄a
sb̄ peccato. ut ꝓmissio ex fide ih̄u
xp̄i daret̄ credentibz. Prius autez
q̄ veniret fides sub lege custodie
bamur. ꝯclusi in eā fidez que reue
landa erat. Itaqz lex pedagogus
noster fuit in xp̄o ut ex fide iustifi
cemur. At vbi venit fides iam nō
sumꝰ sub pedagogo. Oēs em̄ filij
dei estis ꝑ fidē que est in xp̄o ih̄u.
Quicūqz em̄ ī xp̄o baptisati estis.
cristū induistis. Nō ē iudeꝰ neqz
grecus. nō est seruꝰ neqz liber. nō
est masculus neqz femina. Om̄es
em̄ vos vnuz estis in xp̄o ih̄u. Si
aūt vos xp̄i. ergo abrahe semen
estis scd̄m ꝓmissionem heredes.

Dico aūt Quāto tē ¶ Ca. iiij.
pore heres ꝑuulus est nihil
differt a seruo cū sit dn̄s omniū.
ꝫ sub tutoribꝰ ⁊ actoribꝰ est vsqz
ad p̄finitū tēpus a p̄re. Ita ⁊ nos
cū eēmꝰ ꝑuuli. sub elemētis mun
di huiꝰ eramꝰ seruientes. At vbi
venit pleitudo tp̄is misit deꝰ filiū
suū factū ex muliere factū sb̄ lege
ut eos qui sb̄ lege erāt redimeret
ut adopcōez filioꝝ recipemꝰ. Qm̄
aūt estis filij dī misit deꝰ spm̄ filij
sui in corda vestra clamātē abba
pat̄. Itaqz iam nō est seruꝰ ꝫ filiꝰ
Qd̄ si filius ⁊ heres ꝑ deū. Sed tūc
quidē ignorātes deū. hijs qui na
tura sunt dij seruiebatis. Nūc āt
cū cognoueritis deū ymo cogniti
sitis a dō. qūo ꝯuertimini iteꝝ ad
infirma ⁊ egena elementa quibꝰ
denuo seruire vultis. ¶ Dies obser
uatis ⁊ menses ⁊ tp̄a ⁊ ānos. Ti
meo vos ne forte sine causa labo
rauerim in vob̄. Estote sicut ego.
qz et ego sicut vos. Fratres obse
cro vos. nihil me lesistis. Scitis
aūt qz ꝑ infirmitatē carnis euāge
lisaui vobis iaz pridē ⁊ temptacō
nē vestrā in carne mea nō spreui
stis neqz respuistis. ꝫ sicut ange
lū dī accepistis me sicut cristū ihe
sū. Vbi est ergo bt̄itudo vestra. ¶
Testimoniū eī ꝑhibeo vobis. qz
si fieri posset oculos vr̄os eruisse
tis et dedissetis m̄. Ergo inimicus
vobis factus sū veꝝ dicens vob̄. ¶
Emulant̄ vos nō bn̄. ꝫ excludere
vos volūt ut illos emulemini. Bo
nū aūt emulamī in bono semp ⁊
nō tm̄ cū pn̄s sū apud vos. Filio
li mei quos iteꝝ ꝑturio. donec for
met̄ xp̄us in vobis. Vellē aūt eē
apud vos mō ⁊ mutaē vocē meā
qm̄ ꝯfundor in vob̄. Dicite m̄ qui
sub lege vultis eē. Legem nō legi
stis. ¶ Scriptū est em̄ qm̄ abrahā
duos filios habuit vnū de ancil
la ⁊ vnū de libera. Sz qui de ancil
la scd̄m carnē natus est. qui autē

de libera p repromissionē Que sūt
p allegoriaz dicta. Hec eī sūt duo
testamēta Vnū quidē in mōte sy
na in seruitutē generās q̄ ē agar
Syna em̄ mōs ē in arabia q̄ cōiū
ct⁹ ē ei: q̄ nūc ē ihrl'm ⁊ ſuit cuz fi
lijs suis Illa āt q̄ sursū ē ihrl'z libe
ra ē q̄ ē mr̄ nrā Scriptū ē eī Letaē
steril' q̄ non paris. erūpe ⁊ clama
q̄ non pturis. qr multi filij deserte
magis q̄ ei⁹ q̄ habet viz. Nos āt
fratres scd̄m ysaac pmissionis fi
lij sum⁹. Sz qūo tūc q̄ scd̄m carnē
natus fueāt psequebat̄ eū q̄ ſm
spm̄: ita ⁊ nūc. Sz q̄d dicit scriptu
ra. Eice ancillā ⁊ filiū ei⁹. Nō em̄
heres eit filius ancille cū filio libe
re. Itaq̄ fratres nō sum⁹ ancille
filij ſ libere: q̄ libertate xp̄us nos
liberauit. ¶ Capitulū. v.

STate ⁊ nolite itez iugo ſui
tutis ɔtineri. Ecce ego paul⁹
dico vob̄. qm̄ si circūcidamini cri
st⁹ vob̄ nl̄ pderit. Testificor autez
rursus oī hoī circūcidēti se. qm̄ de
bitor ē vniūse legis fatiēde. Euacu
ati estis a xp̄o. Qui ī lege iustifica
mini: a grā excidistis. Nos eī spi
ritu ex fide spez iustitie expectam⁹.
Naz in xp̄o ihu neq̄ circūcisio ali
quid valet neq̄ preputiū. ſ fides
q̄ p caritatē opat̄ Currebatis bn̄
Quis vos impediuit veritati non
obedire. ⁊ nemini ɔsenseritis. Per
suasio hec nō ē ex eo qui vocauit
vos. Modicū fermentū totā mas
saz corrūpit. Ego ɔfido in vobis in
dn̄o q̄ nl̄ aliud sapietis. Qui aūt
conturbat vos: portabit iuditiuz
quicūq̄ est ille. Ego autez fratres
si circūcisionē adhuc predico: q̄d
adhuc persecutionē patior. ⁊ Ergo
euacuatum est scandaluz crucis.
Vtinā ⁊ abscidantur qui vos cō
turbant. Vos enim in libertatez
vocati estis fratres: tm̄ ne liberta
tem in occasionez detis carnis. ſ
per caritatē spiritus seruite inuicē
Omnis em̄ lex ī vno sermone im
pletur. diliges pximū tuū sicut te
ip̄m. Qd̄ si inuicē mordetis ⁊ ɔme
ditis: videte ne ab inuicez cōsūma
mini. Dico aūt in xp̄o. Spiritu am
bulate ⁊ desideria carnis nō pfiti
etis. Caro em̄ ɔcupiscit aduersus
spm̄. spiritus autē aduersus car
nē. Hec enim sibi inuicē aduersā
tur: ut nō quecūq̄ vultis illa fati
atis. Qd̄ si spū ducemini: nō estis
sub lege Manifesta sunt aūt opa
carnis que sūt fornicacō. immun
ditia. impudicitia. luxuria. ydolo
ruz seruitus. venefitia. inimicitie.
ɔtentiones. emulacōnes. ire. rixe.
dissensiones. secte. īuidie. homici
dia. ebrietates. comessationes et
hijs similia: que predico vobis si
cut p̄dixi. quoniam q̄ talia agūt
regnum dei nō ɔsequent̄: fructus
aūt spūs ē caritas. gaudiū. pax.
patientia. lōganimitas. bonitas.
benignitas. māsuetudo. fides. mo
destia. ɔtinentia. castitas. Aduer
sus huiusmodi nō ē lex. Qui aūt
sunt xp̄i: carnē suā crucifixerūt cū
vicijs ⁊ ɔcupiscēcijs. ¶ Ca. vi.

SI viuimus spiritu: spiritu ⁊
ambulemus Nō effitiamur
inanis glorie cupidi: inuicez pro
uocantes: inuicem inuidentes.
Fratres ⁊ si preoccupatus fuerit
hō in aliq̄ delicto. vos q̄ spūales
estis huiusmōi īstruite ī spū leni
tatis. ɔsiderās teip̄z ne ⁊ tu tēpteis

Alter alterius onera portate ⁊ sic adimplebitis legē xp̄i Nā si quis existimat se aliq̄d eē cū nihil sit: ip̄e se seducit. Opus aūt suū ꝓbet vnusquisq̄ et sic in semetipō tm̄ gloriā hēbit ⁊ nō in altero. Vnusquisq̄ em̄ onus suū portabit. Cōmunicet aūt is qui cathezizat̄ verbo ei q̄ se cathezizat in oīb⁹ bonis Nolite errare. Deus nō irridetur. Que em̄ seminauerit hō hec ⁊ metet. Qm̄ qui seminat in carne sua de carne ⁊ metet corrupcōnem. q̄ aūt seminat in spū. de spū metet vitā eternā. Bonū aūt fatientes nō deficiam⁹. tp̄e eī suo metem⁹ nō defitientes. Ergo dū tēp⁹ habem⁹ opemur bonū ad oēs. maxīe aūt ad domesticos fidei. Videte q̄lib⁹ litteris scripsi vobis mea manu. Quicūq̄ em̄ volūt placere in carne hij cogunt vos circumcidi tm̄ ut crucis xp̄i ꝑsecucōem non patiant̄. Neq̄ eī qui circūcidunt̄ legē custodiūt. ꝫ volūt vos circūcidi ut in carne vrā glorient̄. Mihi autē absit gloriari nisi in cruce dn̄i nostri ih̄u xp̄i ꝑ quez m̄ mundus crucifixus est ⁊ ego mundo. In xp̄o em̄ ih̄u neq̄ circūcisio aliq̄d valet neq̄ preputiū. ꝫ noua creatura. Et quicūq̄ hanc regulā secuti fuerint. pax sup illos ⁊ misericordia ⁊ super israhel dei. De cetero nemo m̄ molestus sit. Ego em̄ stigmata dn̄i ih̄u in corpore meo porto. Gratia domini nostri ihesu xp̄i cū spū vestro fratres amen.

¶ Explicit epistola ad Galathas. Incipit argumentū in epl̄am ad Ephesios.

Ephesij fūt asyani. Hij accepto verbo veritatis perstiterūt ī fide. Hos collaudat apl̄s scribēs eis a roma de carcere ꝑ tichicum dyaconez.

¶ Explicit argumentū. Incipit epl̄a ad Ephesios.

Paulus apl̄us cristi ih̄u ꝑ voluntatē dei oībus sanctis q̄ fūt ephesi et fidelib⁹ in xp̄o ih̄u. Grā vobis ⁊ pax a deo p̄re nostro ⁊ dn̄o ihesu xp̄o. Bn̄dictus de⁹ et pater dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i qui bn̄dixit nos in oī benedictione spūali in celestibus in xp̄o sicut elegit nos in ip̄o ante mūdi ꝯstitucōem ut eēm⁹ sancti ⁊ immaculati in ꝯspectu ei⁹ in caritate. Qui p̄destinauit nos ī adoptionē filioꝝ ꝑ ih̄m xp̄m in ipsum scd̄m ꝓpositū voluntatis sue ī laudē glorie gratie sue. in qua gratificauit nos in dilecto filio suo in q̄ habem⁹ redēpcōem ꝑ sanguinez eius remissionē pctōꝝ scd̄m diuitias gratie ei⁹ que sup abūdauit in nob̄ in oī sapientia ⁊ prudētia ut notū faceret nob̄ sacramentū voluntatis sue scd̄m bn̄ placitum ei⁹ q̄d ꝓposuit in eo in dispensacōne plenitudinis tēpm instaurare om̄a in xp̄o que in cel̄ ⁊ q̄ in terra sunt in ip̄o. In quo etiā ⁊ nos sorte vōti sum⁹. p̄destinati scd̄m ꝓpositū ei⁹ qui opat̄ oīa scd̄m ꝯsiliū voluntatis sue. ut sim⁹ in laudez glorie eius nos qui an̄ speramus in xp̄o. In quo ⁊ vos cū audissetis verbū veritatis euangeliū salutis

vestre in quo ⁊ credentes signati
estis spū ꝓmissionis sancto qui
ē pignus hereditatis nostre in re
demptionē acquisicōis in laudem
glorie ipsi⁹. Propterea et ego au
diēs fidē vestrā que ē in xp̄o ihesu
⁊ dilectionē in oēs sanctos: non
cesso grās agēs ꝓ vob̄ memoriā
vestri fatiens in oracōnibꝫ meis:
ut de⁹ dn̄i nr̄i ihu xp̄i pat̄ glorie
det vob̄ spm̄ sapientie ⁊ reuelacō
nis in agnicōem ei⁹ illuminatos
oculos cordis vestri ut sciatis q̄
sit spes vocacōis ei⁹ ⁊ que diuitie
glorie hereditatis ei⁹ in sanctis ⁊
q̄ sit sup̄eminens magnitudo vir
tutis ei⁹ in nos q̄ credidim⁹ scd̄ꝫ
opacōeꝫ potētie virtutis ei⁹ quā
opatus ē in xp̄o: suscitans illum a
mortuis ⁊ cōstituens ad dexteraꝫ
suā in celestib⁹ supra omnē p̄nci
patū ⁊ potestatē ⁊ virtutē ⁊ domi
nacōem ⁊ omne nomē q̄d nōiat̄
nō solū in hoc seculo ꝫ etiā in futu
ro ⁊ oīa subiecit sub pedib⁹ eius.
Et ip̄m dedit caput supra omneꝫ
eccīaꝫ que ē corp⁹ ipsius et pleni
tudo ei⁹ q̄ oīa in oīb⁹ adimplet̄.
Et vos cū eētis mor ¶ Ca. ij.
tui delictis ⁊ peccatis vestris
in quib⁹ aliqn̄ ambulastis: scd̄m
seculū mūdi hui⁹. ꝫm p̄ncipē pote
statis aeis hui⁹. spūs q̄ nūc opa
tur in filios diffidentie in quib⁹ ⁊
nos oēs aliqn̄ ꝯuersati sumus in
desiderijs carnis nostre fatientes
voluntatē carnis ⁊ cogitacōnū et
eram⁹ natura filij ire sicut ⁊ cetei
Deus aūt qui diues ē in miseicor
dia ꝓpt̄ nimiā caritatē suā qua di
lexit nos ⁊ cū eēmus mortui pecca
tis ꝯuiuifi cauit nos xp̄o cui⁹ grā

estis saluati ⁊ ꝯresuscitauit ⁊ cōse
dere fecit ī celestib⁹ in xp̄o ihu ut
oñderet in secul̄ supuenientibus
abūdantes diuitias gratie sue ī
bonitate sup̄ nos in xp̄o ihu. Gra
tia em̄ estis saluati p̄ fideꝫ ⁊ hoc n̄
ex vob̄ Dei em̄ donū est: nō ex ope
rib⁹ ut ne quis glorietur. Ipsi⁹ em̄
sum⁹ factuā creati in cristo ihu in
opibus bonis que prepauit de⁹
ut in ill̄ ambulemus. Propt̄ q̄d
memores estote q̄ aliqn̄ vos era
tis gentes in carne qui dicebami
ni preputiū ab ea que dicit̄ circū
cisio in carne manufacta q̄ eratis
illo in tempore sine xp̄o alienati a
ꝯuersacōne isrl̄ ⁊ hospites testa
mentoꝝ: ꝓmissionis spem nō ha
bentes ⁊ sine d̄o in hoc mūdo. Nūc
aūt in cristo ihu vos q̄ aliqn̄ era
tis lōge facti estis ꝓpe in sāguine
xp̄i. Ipe em̄ ē pax nr̄a q̄ fecit vtra
q̄ vnū ⁊ mediū parieteꝫ macerie
soluēs inimicitias in carne sua: le
gē mādatoꝝ decretis euacuās ut
duos cōdat in semetip̄m in vnū
nouū hoīem fatiēs pacē: ut recōci
liet ambos in vno corpe d̄o p̄ cru
cē interfitiens inimicitias ī semet
ipso ⁊ veniēs euāgelisauit paceꝫ
vob̄ q̄ longe fuistis et paceꝫ hijs
q̄ ꝓpe. qm̄ p̄ ipsuꝫ hēm⁹ accessum
ambo in vno spū ad p̄rem. Ergo
iā non estis hospites ⁊ aduene ꝫ
estis ciues sāctoꝝ ⁊ domestici dei
supedificati sup̄ fūdamentū apo
stoloꝝ ⁊ ꝓphaꝝ ipso sūmo angu
lari lapide cristo ihesu in quo om
nis edificatio constructa crescit ī
templum sanctum in domino. In
quo ⁊ vos coedificamini ī habita
culū dei in spūsancto. ¶ Ca. iij.

Huius rei grā ego paul⁹ vinctus ixp̄i ihu ꝓ vobis gētibꝫ si tñ audistis dispensatiōem gr̄tie dei que data ē mihi in vobis· qm̄ ſm reuelatiōem notū m̄ factū est sacramentū sicut supra scripsi in breui ꝓut potestis legētes intelligere prudentiā meā in ministerio xp̄i· qđ alijs generacōnibꝫ non ē agnitū filijs hominū· sicuti nunc reuelatū ē sāctis aplis ei⁹ ⁊ ꝓphetis in spū· eē gentes coheredes et ꝯcorpales ⁊ ꝯpticipes ꝓmissionis ei⁹ in xp̄o ihu ꝑ euangeliū· cuius factus sū ego minister ſm donuꝫ gratie dei que data ē m̄ scđm operacōeꝫ virtutis ei⁹· Mihi em̄ oīm sāctoꝝ minimo data est grā hec· in gentib⁹ euāgelisare inuestigabiles diuitias cristi ⁊ illuminare oēs que sit dispensacō sacramēti abscōditi a seculis in đo qui om̄a creauit· ut innotescat p̄ncipib⁹ ⁊ potestatib⁹ in celestib⁹ ꝑ ecc̄iam multiformis sapiētia dei scđm p̄finicōem seculoꝝ quaꝫ fecit in xp̄o ihu dn̄o nr̄o· In q̄ habem⁹ fiduciā ⁊ accessum in cōfidentia ꝑ fidē eius· Propt̄ qđ peto ne defitiatis in tribulacōnib⁹ meis ꝓ vob̄ q̄ ē gl̄ia vestra· Huiꝰ rei gratia flecto genua mea ad patreꝫ dn̄i nostri ihu cristi ex quo oīs pat̄nitas in celis ⁊ ī terra nominat̄· ut det vobis scđm diuitias glorie sue v̄tutē corroborari ꝑ spm̄ eius in interiori hoīe xp̄m habitare ꝑ fidē in cordib⁹ vestris: in caritate radicati ⁊ fundati ut possitis cōprehēdere cū oībus sanctis que sit latitudo et longitudo ⁊ sublimitas ⁊ ꝓfūdū Scire etiā supeminēteꝫ sciētie caritateꝫ xp̄i ut impleamī in oēm plenitudineꝫ dei· Ei aūt qui potēs est om̄a facere supabundant̄ q̄ petim⁹ aut intelligim⁹ scđm virtuteꝫ que opat̄ in nobis· ipsi gloria in ecc̄ia ⁊ in xp̄o ihu in oēs gn̄acōes seculi seculoꝝ amen· ¶ Ca· iiij·

Obsecro itaqꝫ vos ego vinct⁹ in dn̄o· ut digne ambuletis vocacōne qua vocati estis cū ōni humilitate ⁊ māsuetudine· cū patientia supportantes inuicē in caritate· sollicite seruare vnitatē spūs ī vinculo pacis· Vnū corp⁹· vn⁹ spūs· sicut vocati estis in vna spe vocacōnis vestre· Vn⁹ dn̄s· vna fides· vnū baptisma· Vnus deus ⁊ pat̄ oīm qui sup oēs ⁊ ꝑ om̄a ⁊ in omnib⁹ nobis· Vnicuiqꝫ autē nostꝝ data est gr̄a scđm mēsurā donacōis xp̄i· Propt̄ qđ dic̄· Ascēdens ī altū captiuā duxit captiuitatē· dedit dona hominib⁹· Qđ āt ascendit· q̄d est nisi qꝛ ⁊ descēdit p̄mū in inferiores ꝑtes terre· Qui descendit ip̄e est ⁊ qui ascēdit sup oēs celos ut adimpleret om̄a· Et ip̄e dedit quosdā quidē aplos· q̄sdam autē ꝓphas· alias vero euāgelistas· alios aūt pastores ⁊ doctores ad ꝯsūmacōem sanctoꝝ in op⁹ ministerij in edificacōnē corpis xp̄i· donec occurram⁹ oēs in vnitateꝫ fidei ⁊ agnicōnis filij dei in viꝝ ꝑfectū ī mensurā etatis plenitudīs xp̄i· ut iam nō sim⁹ ꝑuuli fluctuantes ⁊ circūferamur ōni vento doctrine in nequitia hoīm in astutia ad circūuencōem erroris Veritatē aūt fatientes in caritate crescam⁹ in illo ꝑ om̄a qui ē caput xp̄us· ex quo totū corpus

ꝯpactū ⁊ ꝯnexū ꝑ omnē iūcturaꝫ
subministracōis scd̄m opatiōem
in mēsuraꝫ vniuscuiusqꝫ membri
augmentū corpis facit in edifica
tionē sui in caitate. Hoc igit̄ dico
⁊ testificor in dn̄o: ut iam nō am
buletis sicut ⁊ gētes ambulant ī
vanitate sēsus sui tenebris obscu
ratuꝫ hn̄tes intellectuꝫ: alienati a
vita dei ꝑ ignorantiā que ē in ill̄
ꝓpter cecitateꝫ cordis ipōꝝ qui de
sperātes semetipōs tradiderūt im
pudicitie in opacōeꝫ immūditie
oīs in auaritiā. Vos aūt non ita
didicistis xp̄m. si tn̄ illū audistis
⁊ in ipō edocti estis sicut ē veritas
in ih̄u deponere vos scd̄m p̄stinā
ꝯuersationē veterē hominē q̄ cor
rūpit̄ scd̄m desideia erroris. Reno
uamini aūt spū mētis vestre ⁊ in
duite nouū hoīem q̄ scd̄ꝫ deū crea
tus ē in iustitia ⁊ sanctitate verita
tis. Propt̄ qd̄ deponētes menda
tiū loq̄mini veritateꝫ vnusquisqꝫ
tuum sicut teipsum: benefacitis.

si aūt psonas accipitis pctm̄ ope
ramini: redarguti a lege q̄si trans
gressores. Quicūq; aūt totā legez
seruauerit. offendat aūt in vno:
factus est oīm reus Qui em̄ dixit
nō mechaberis: dixit ⁊ nō occides
Qd si nō mechaberis. occides āt:
fact⁹ es transgressor legis. Sic lo
quimini ⁊ sic facite. sicut p legē li
bertatis incipiētes iudicari. Judi
tiū em̄ sine misericordia illi qui n̄
facit misericordiā. Superexaltat āt
misericordia iuditiū. Quid ꝓdeit
fratres mei si fidē q̄s dicat se hr̄e:
opa aūt nō hēat. Nūquid poteit
fides saluare eū. Si aūt frat̄ aut
soror nudi sint ⁊ indigeant victu
quotidiano. dicat autē aliq̄s ex
vobis illis. ite in pace: calefacimī
⁊ saturamini. nō dederitis aūt eis
q̄ necessaria sūt corpi: q̄d ꝓdeit.
Sic ⁊ fides si nō habeat opa: mor
tua ē in semetipsa. Sz dicit aliq̄s
Tu fidē habes ⁊ ego opa habeo.
Ostende m̄ fidez tuaz sine opibus
⁊ ego oñdam tibi ex opib⁹ fidem
meā. Tu credis qm̄ vnus est de⁹
bñfacis. Et demones credūt ⁊ cō
tremiscūt Vis aūt scire o hō īanis
qm̄ fides sine opibus otiosa est.
Abrahā pat̄ noster nōne ex ope
ribz iustificatus est: offerens ysa
ac filiū suū sup altare. Vides qm̄
fides coopabat̄ opibus illi⁹ ⁊ ex
opib⁹ fides cōsūmata est. Et sup
pleta est scriptuā dicēs. Credidit
abrahaz dō ⁊ reputatū est illi ad
iustitiā ⁊ amicus dei appellatus ē
Videtis qm̄ ex opibz iustificatur
hō ⁊ nō ex fide tm̄. Similit̄ aūt et
raab meretrix. nōne ex opib⁹ iu
stificata ē suscipiēs nūtios ⁊ alia
via eitiens. Sic ei corp⁹ sine spū
mortuū est: ita ⁊ fides sine opib⁹
mortua est. ¶ Capitulū. iij.

Nolite plures mgr̄i fieri frēs
mei: sciētes qm̄ magis iudi
tiū sumitis In multis em̄ offendi
m⁹ oēs. Si quis ī verbo nō offen
dit: hic pfectus ē vir Potest etiā
freno circūducere totū corpus. Si
aūt equis frena ī ora mittim⁹ ad
ꝯsentiendū nob: ōne corp⁹ illoꝝ
circūferim⁹. Et ecce naues cuz ma
gne sint ⁊ a ventis validis minē
tur: circūferunt̄ aūt a modico gu
bernaculo vbi impetus dirigētis
voluerit. Ita ⁊ lingua modicuz q̄
dem mēbrū est ⁊ magna exaltat.
Ecce quāt⁹ ignis q̄m magnā siluā
incendit. Et lingua ignis ē: vniū
sitas iniq̄tatis. Lingua cōstituit̄ ī
membris nr̄is que maculat totū
corp⁹ ⁊ inflāmat rotā natiuitatis
nostre inflāmata a iehēna Om̄is
em̄ natura bestiaꝝ ⁊ volucꝝ ⁊ ser
pentiū etiā ⁊ ceteroꝝ domant̄ ⁊ do
mita sūt a natura hūana. linguā
aūt nullus hoīm domare pōt. In
quietū malū: plena veneno morti
fero. In ip̄a bñdicim⁹ deū ⁊ pr̄ez
⁊ ī ip̄a maledicim⁹ hoīes qui ad
ymaginē ⁊ similitudinez dei facti
sunt. Ex ip̄o ore ꝓcedit bñdictio ⁊
maledictō. Non oportet frēs mei
hec ita fieri. Nūquid fons de eodē
foramine emanat dulcē ⁊ amarā
aquā. Nūquid pōt fratres mei fi
cus vuas facere: aut vitis ficus.
sic neq; salsa dulcē pōt facē aquā
Quis sapiens ⁊ disciplinatus int̄
vos. Ostendat ex bō ꝯuersacōne
opacōem suā in māsuetudine sa
pientie. Qd si zelū amaꝝ habetis

ꝛ ꝯtencōnes sint in cordib⁹ vr̄is·
nolite gloriari ꝛ mēdaces eē adu
sus veritatē· Nō est em̄ ista sapiē
tia desursū descendēs a patre lumi
nū· ꝫ terrena animal': dyabolica·
Vbi em̄ zelus et contentio ibi in
cōstantia ꝛ omne opus prauum
Que aūt desursū est sapientia: pri
mū quidē pudica est· deinde paci
fica· modesta suadibilis· bonis cō
sentiens· plena misericordie ꝛ fru
ctib⁹ bonis: iudicans sine simula
tione· Fruct⁹ autē iustitie in pace
semīat': fatiētib⁹ pacē· ¶ Ca·iiij·
Vnde bella ꝛ lites in vob'· Nō
ne ex ꝯcupiscencijs vestris
que militant in mēbris vestris·
Cōcupiscitis ꝛ nō habetis· occidi
tis ꝛ zelatis ꝛ n̄ potestis adipisci
Litigatis ꝛ belligeratis ꝛ non ha
betis ꝓpt' q⁹ non postulatis· Peti
tis ꝛ nō accipitis eo ꝙ male peta
tis: ut nō cōcupiscencijs vr̄is insu
matis· Adulteri: nescitis ꝙ amici
tia hui⁹ mūdi inimica ē dei· Qui
cunq; ḡ voluerit amicus eē seculi
hui⁹: inimicus dei ꝯstituit'· An pu
tatis ꝙ inanit' scriptura dicat ad
inuidiā ꝯcupiscit spūs qui habi
tat in vob'· Maiorē aūt dat grāz·
Propter q⁹ dicit Deus supbis re
sistit· humilib⁹ aūt dat gratiaz·
Subditi ergo estote deo· resistite
autez dyabolo ꝛ fugiet a vob'· Ap
propiate d̄o ꝛ appropinquabit vo
bis· Emūdate man⁹ peccatores ꝛ
purificate corda duplices animo
Miseri estote ꝛ lugete ꝛ plorate·
risus vester ī luctū ꝯuertat' ꝛ gau
diū in merorē Humiliamini in cō
spectu dn̄i ꝛ exaltabit vos· Nolite
detrahere alterutruz frēs mei· Qui
detr̄hit fratri aut q̄ iudicat frēm
suū detrahit legi ꝛ iudicat legez·
Si aūt iudicas legez nō es factor
legis ꝫ iudex· Vn⁹ est em̄ legisla
tor ꝛ iudex qui pōt ꝑdere ꝛ liberaē
Tu aūt quis es qui iudicas pro
ximū tuū· Ecce nūc qui dicitis ho
die aut crastino ibim⁹ in illam ci
uitatē ꝛ fatiem⁹ ibi quidē annum
et mercabimur et lucr̄ fatiem⁹ q̄
ignoratis q̄d erit ī crastino· Que
est em̄ vita vr̄a· Vapor ē ad mo
dicū parēs ꝛ deinceps extermina
bit' ꝓ eo ut dicatis· si dn̄s volue
rit et si vixerim⁹: fatiem⁹ hoc aut
illud· Nunc aūt exultatis in super
bijs vestris· Oīs exultacō tal' ma
ligna est Scienti igit' bonū facere
ꝛ nō fatienti pctm̄ ē illi· ¶ Ca·v·
Agite nūc diuites ploāte vlu
lātes ī miserijs vestris que
aduenīēt vobis· Diuitie vestre pu
trefcē sūt ꝛ vestimēta vr̄a a tineis
comesta sūt· Aur̄ ꝛ argentū vr̄m
eruginauit et erugo eor̄ in testa
mētuz vob' erit et māducabit car
nes vr̄as sicut ignis· Thezaurisa
stis vob' irā in nouissimis dieb⁹·
Ecce merces opeārior̄ qui messue
rūt regiones vr̄as que fraudata
ē vob' clamat et clamor eor̄ in au
res dn̄i sabaoth introiuit· Epula
ti estis sup terrā ꝛ in luxurijs enu
tristis corda vr̄a· In die occisio
nis addixistis ꝛ occidistis iustū
ꝛ n̄ r̄stitit vob'· Patiētes igit' esto
te frēs vsq; ad aduentū dn̄i· Ecce
agricola expectat p̄tiosū fructum
terre: patiēt' ferēs donec accipiat
tp̄aneū et serotinū· Patiētes igit'
estote ꝛ vos ꝛ ꝯfirmate corda ve
stra: qm̄ aduēt⁹ dn̄i appropīq̄bit

Nolite ingemiscē fratres in alter utrū: ut nō iudicemini. Ecce iudex añ ianuā assistit. Exēplū accipite fratres laboris ⁊ patientie ꝓphas qui locuti sūt in noīe dñi. Ecce beatificamꝰ eos qui sustinuerūt. Sufferentiā iob audistis et finez dñi vidistis qm̄ miseicors ē dñs ⁊ miserator. Ante oīa aūt fratres mei nolite iurare. neqꝫ ꝑ celū neqꝫ per terraz neqꝫ aliud qđcūqꝫ iuramētū. Sit aūt ſmo vester est est: nō nō. ut non sub iuditio decidatis. Tristatur aūt aliquis vestꝝ: oret equo aīo ⁊ psallat. Infirmat̄ q̄s in vobis: inducat p̄sbiteros eccīe ⁊ orent sup eū: vnguētes eū oleo ī noīe dñi. Et oracō fidei saluabit infirmū ⁊ alleuabit eū dñs ⁊ si in peccatis sit dimittent̄ ei. Cōfitemini ḡ alterutꝝ peccata vrā et orate ꝓ inuicē ut saluemini. Multū em̄ valet deprecacō iusti assidua. Helias hō erat simil̄ nobis passibil̄ ⁊ oracōne orauit ut non plueret sup terraz ⁊ nō pluit annos tres ⁊ menses sex. Et rursū orauit ⁊ celū dedit pluuiaz ⁊ terra dedit fructū suū. Fratres mei si quis ex vobis errauerit a veritate ⁊ cōuerterit quis eū: scire debet. qm̄ qui cōuti fecerit peccatorē ab errore vie sue saluabit am̄az eiꝰ a morte ⁊ operit multitudinē peccatorū.

¶ Explicit epl̄a canoīca bt̄i Jacobi apl̄i. Incipit argumētū ī epistolā canoīcā bt̄i Petri apl̄i. i.

Discipulos saluatoris ī uicti toto orbe diffusos ⁊ ꝑegrinos in hoc seculo monstrat ⁊ p̄terite vite penitē suadet ⁊ in nouā vitaz ꝓficere tō cū sollicitudine exhortat̄ symō petrus filiꝰ iohis ꝓuintie galilee vico bethsaida frat̄ andree apl̄i.

¶ Explicit argumentū. Incipit epl̄a canoīca bt̄i Petri apl̄i. i.

Petrus apl̄us ihesu xp̄i: electis aduenis dispsionis ponthigalatie capadotie asie et bithinie ſm p̄scientiā dei p̄ris ī sanctificacōnē spūs in obedientiā ⁊ aspsionē sāguinis ihu xp̄i: grā vob̄ ⁊ pax mltiplicet̄. Bn̄dictus deus ⁊ pat̄ domini nr̄i ihu xp̄i q̄ scđm misericordiā suā magnā regenerauit nos in spem viuaz ꝑ resurrectionē ihu xp̄i ex mortuis in hereditatē incorruptibilē ⁊ incōtaminatā ⁊ īmarcessibilē ɔseruataz in celis: in vob̄ qui ī v̄tute dei custodimini ꝑ fidez in salutē ꝑatā reuelari in tempore nouissimo. In q̄ exultabitis: modicū nūc si oportet ɔtristari in variis tēptacōibꝰ. ut ꝓbatio vestre fidei multo p̄tiosior sit auro qđ ꝑ ignē ꝓbat̄: inueniat̄ in laudem ⁊ gloriā ⁊ honorē in reuelacōne ihesu xp̄i quē cū nō videitis diligitis In quē nūcq̄ nō vidētes creditis: credētes aūt exultabitis leticia inenarrabili ⁊ glorificata: reportantes finē fidei vestre salutez am̄arū vestraꝝ. De qua salute exq̄sierūt atqꝫ scrutati sūt ꝓphe qui de futura ī nob̄ grā ꝓphauerūt: scrutantes ī qđ vel quale tēpus significaret in eis spūs xp̄i prenūtiās eas

que in xpo sūt passiones et poste
riores glorias quib9 reuelatū est
qr nō sibibimetipis. vob autē mi
nistrabant ea que nūc nuntiata
sūt vob p eos qui euāgelisauerūt
vobis spūscō misso de celo ī quem
desiderāt angeli pspicere. Propt
qd succincti lūbos mētis vestre so
brij pfecti speāte in eā que offert
vobis grām in reuelacōez ihu cri
sti q̄si filij obediētie nō cōfigurati
p̄oribz ignorātie vestre desiderijs
ꝫ scdm eū q̄ vocauit vos sanctuz ut
a ipsi in oī cōuersacōe sācti sitis. qm
scriptū ē: sācti estis qm ego sāct9
sū. Et si patrē inuocatis eū q̄ sine
accep cōne psonarū iudicat scdm
vniuscuiusqz op9: ī timore incola
tus vr̄i tpe cōuersamini: sciētes q
nō corruptibilib9 auro vel argen
to redēpti estis de vana vrā cōuersa
tione patrne tradicōnis. ꝫ p̄tioso
sāguine q̄si agni īmaculati xpi a
incōtamīati: p̄cogniti quidē ante
mūdi cōstitucōem. manifestati āt
nouissimis tēpib9 ppt vos qui p
ipm fideles estis ī deo q̄ suscitauit
eū a mortuis a dedit ei gl̄iam: ut fi
des vrā a spes eēt in deo. Aīas ve
stras castificātes in obediētia cai
tatis in fratrnitatis amore simpli
ci corde inuicez diligite attentius
r̄nati nō ex semine corruptibili ꝫ
incorruptibili p verbū dei viui et
pmanentis. qr oīs caro ut fenū a
oīs gl̄ia ei9 tāq̄ flos feni. Exaru
it fenū a flos ei9 decidit. verbū āt
dn̄i manet ī eternū. Hoc ē āt verbū
qd euāgelizatū ē in vob. ¶ Ca. ij.

Deponentes igit oēm malitiā
a oēm dolū a simulacōnes a
inuidias a oēs detractōnes sicut
modo geniti infātes racōnabiles
a sine dolo lac cōcupiscite ut in eo
crescatis in salutē. si tamen gusta
stis qm dulcis est dn̄s. Ad quez
accedētes lapidez viuū ab homini
b9 quidē reprobatū. a deo aūt ele
ctū a honorificatū et ipsi tanq̄ la
pides viui supedificamini domus
spirituales sacerdotiū sanctū: offe
rentes spiritales hostias accepta
biles deo p ihm cristū. Propt qd
cōtinet scriptuā. Ecce pono in syon
lapidem sūmū angularez pbatū
electū pretiosū a qui crediderit in
eū nō cōfundet. Vobis igit honor
credentib9. nō credentib9 autez la
pis quē reprobauerūt edificātes
hic factus ē in caput anguli a la
pis offensionis a petra scandali
hijs qui offendunt verbo nec cre
dūt in quo a positi sunt Vos aūt
gen9 electū regale sacerdotiū gēs
sancta pplus acquisicōis: ut virtu
tes annūtietis ei9 qui de tenebris
vos vocauit in āmirabile lumen
suū. Qui aliqn̄ non pplus dei nūc
autē populus dī. qui nō consecuti
misericordiam. nunc autez miseri
cordiaz consecuti. Carissimi obse
cro vos tanq̄ aduenas a peregri
nos abstinere vos a carnalib9 de
siderijs que militāt aduersus ani
mam cōuersationē vestram inter
gentes habentes bonam: ut in eo
quod detrectant de vobis tanq̄
de malefactoribus ex bonis operi
bus vos considerantes: glorifi
cent deum in die visitacōnis. Sub
iecti estote omni humane creatu
re propter deum. Siue regi quasi
precellēti. siue ducibus tanq̄ ab
eo missis ad vīdictā malefactorū

laudē vero bonoꝝ Quia sic est vo
luntas dei: ut bñfatiētes obmute
scere fatiatis īprudētiū hoīm igno
rantiā. Quasi liberi ⁊ ñ quasi vela
men hñtes malitie libertatē. ꝫ sic
serui dei. Oēs honorate: fraternitatē
diligite. Deū timete: regē honorifi
cate. Serui sb̄diti estote ī oī timo
re dñis. nō tm̄ bonis et modestis.
ꝫ etiā discol'. Hec est enim grā. si
ꝓpt̄ dei ꝯscientiā sustinet quis tri
stitiaꝫ patiens īiuste. Que em̄ est
grā: si peccantes ⁊ colaphizati suf
fertis. ¶ Sed si bñfatientes patien
ter sustinetis: hec ē grā apud deū
In hoc em̄ vocati estis. qꝛ ⁊ xp̄us
passus est ꝓ nob': vob' relinquēs
exemplū. ut seq̄mini vestigia eiꝰ.
Qui peccatū nō fecit: nec inuentꝰ
est dolus in ore eiꝰ Qui cū maledi
ceret̄ nō maledicebat: cū pateret̄
nō cōminabat̄. Tradebat aūt iu
dicāti se īiuste. Qui peccata nostr̄
ipe ꝑtulit in corpe suo sup lignuꝫ
ut peccatis mortui iustitie viua
mus: cuiꝰ liuore sanati estis. Era
tis em̄ sicut oues errātes. ꝫ ꝯuer
si estis nunc ad pastorē et episco
pū animaꝝ vrāꝝ. ¶ Ca. iij.

Similit̄ ⁊ mulieres sb̄dite sint
viris suis ut ⁊ si qui non cre
dūt verbo: ꝑ mulieꝝ ꝯuersacōnē
sine verbo lucrifiant: ꝯsiderantes
in timore castā ꝯuersacōem vrāꝫ
Quaꝝ sit nō extr̄nsecus capillatu
ra aut circūdatio auri ā indumē
ti vestimētoꝝ cultus. ꝫ qui abscō
ditus est cordis hō in īcorruptibi
litate quieti ⁊ modesti spūs qui ē
in ꝯspectu dei locuples. Sic em̄ ali
qn̄ ⁊ sācte mulieres sperātes in dō
ornabant se subiecti ꝓprijs viris
sicut sara obediebat abr̄he dñm
eū vocans: cuiꝰ estis filie bñfatiē
tes ⁊ nō ꝑtimentes vllā ꝑturba
tionē. Viri similit̄ cohabitantes
scd̄m scientiā quasi infirmiori va
sculo muliebri imptiētes honoreꝫ
tāq̄ et coheredibꝰ gratie vite: ut
nō impediant̄ oracōes vestre. In
fide āt oēs vnanimes ꝯpatiētes:
fraternitatis amatores. misericor
des. modesti. humiles. nō redden
tes malū ꝓ malo. nec maledictuꝫ
ꝓ maledicto. ꝫ ecōtrario bñdicē
tes. qꝛ in hoc vocati estis. ut bene
dictionem hereditate possideatis.
Qui em̄ vult vitā diligere ⁊ dies
videre bonos. coherceat linguam
suaꝫ a malo ⁊ labia eiꝰ ne loquā
tur dolū. Declinet aūt a malo ⁊ fa
tiat bonū. inquiāt pacē ⁊ sequat̄
eam. qꝛ oculi dñi sup iustos ⁊ au
res eius in p̄ces eoꝝ. vultus aūt
dñi sup fatientes mala. Et q̄s est
qui vobis noceat: si boni emulato
res fueritis. ¶ Sed ⁊ si q̄d patimini
ꝓpt̄ iustitiā: bti. Timorē aūt eorū
ne timueritis: ut nō cōturbemini.
Dñm eoꝝ xp̄m sāctificate in cordi
bus vr̄is: ꝑati semp ad satisfactō
neꝫ oī poscenti vos rationeꝫ de ea
que vobis est spe. ꝫ cū modestia ⁊
timore ꝯsciam hñtes bonā ut ī eo
q̄ detrahunt de vobis ꝯfundant̄
q̄ calūniant̄ vrām bonā in xp̄o cō
uersacōem Melius ē em̄ ut bñfa
tientes si volūtas dei velit pati q̄
malefatiētes. qꝛ et xp̄s semel pro
peccatis nostris mortuꝰ ē iustꝰ ꝓ
iniustis ut nos offerret dō: morti
ficatos q̄deꝫ carne viuificatos āt
spū. In quo ⁊ hijs qui in carcere
erāt spūalit̄ veniens p̄dicauit q̄

incredulitate aliquã expectabãt dei patientiã in diebꝰ noe cũ fabricaretur archa in qua pauci id est octo aiãe salue facte sũt per aquas

Quã vos nũc similẽ forme saluos facit baptisma: nõ carnis depositio sordiũ: sed conscientie bone interrogatio in deum per resurrectionẽ ihu xpi: qui est in dextera dei: deglutiens mortẽ ut vite eterne heredes efficẽmur: profectus in celũ subiectis sibi ãgelis et potestatibꝰ et virtutibꝰ.

¶ Christo igit passo pro nobis in carne et vos eadẽ cogitatiõne armamini: qm qui passus est in carne desinit a peccatis ut nõ iã desideriis hoim sed voluntati dei qd reliquũ est in carne vivat tpis. Sufficit enim preteritus temp⁹ ad voluntatẽ gentiũ operãtis: qui ambulauerunt in luxurijs desideriis vinolencijs comessationibꝰ potationibꝰ ebrietatibꝰ et illicitis ydolorum cultibꝰ. In quo admirant non concurrentibꝰ vobis in eandẽ luxurie cõfusionẽ blasphemãtes qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare vivos et mortuos. Propter hoc enim et mortuis euangelizatũ est: ut iudicẽtur quidez secũm homines in carne: viuãt aũt secũm deũ in spũ. Omnium aũt finis appropinquabit. Estote itaq prudẽtes et vigilate in orationibz: ante oia aũt mutuã in vobismetipsis caritatẽ continuã hãtes: quia caritas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicẽ sine murmuratione. Unusquisq sicut accepit gratiã: in alterutrum illam administrãtes: sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. Si quis loquitur quasi sermones dei. Si quis ministrat tanquã ex virtute quã administrat deus: ut in oibꝰ honorificetur deus per ihesum xpm cui est gloria et imperium in secula seculorum amen. Carissimi nolite peregrinari in feruore qui ad tẽptationem vobis fit quasi noui aliqd vobis contingat: sed communicãtes xpi passionibꝰ gaudete ut et in revelatione glorie eius gaudeatis exultantes. Si exprobrimini in nomine xpi: beati eritis: quoniam quod est honoris glie et virtutis dei et qui est eius spus super vos requiescet. Nemo aũt vestrum patiatur quasi homicida aut fur aut maledicus aut alienorum appetitor. Si aũt ut xpianus non erubescat: glorificet aũt deum in isto nomine. quoniam tps est ut incipiat iudicium a domo dei. Si autem primum a nobis: quis finis eorum qui non credunt dei euãgelio? Et si iustus vix saluabit: impius et peccator ubi parebunt? Itaq et hi qui patiuntur secũm voluntatem dei: fideli creatori commendent animas suas in bonis factis.

¶ Seniores ergo qui in vobis sunt obsecro consenior et testis xpi passionum et eius qui in futuro reuelãda est glie communicator: Pascite qui in vobis est gregem dei prouidentes non coacte sed spontanee secundum deum. neque turpis lucri gratia sed voluntarie. neque ut dominantes in clero sed forma facti gregi ex animo. et cum apparuerit princeps pastorum percipietis immarcessibilem glorie coronam. Similiter adolescentes subditi estote senioribus. Omnes autem inuicem humilitatem insinuate. quia dominus superbis resistit. humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu dei ut vos exaltet in tpe visitationis omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum. quoniam ipsi cura est de vobis.

Sobrij estote et vigilate· qꝛ adu
sarius vester dyabolus tanq̄ leo
rugiēs circuit: querens quē deuo
ret· Cui resistite fortes in fide: sciē
tes eandē passionē ei que ī mūdo
est vestre fraternitati fieri· Deꝰ aūt
oīs grē qui vocauit nos in eternaꝫ
suaꝫ glīaꝫ in xp̄o ihu modicū pas
sos: ipe pfitiet ꝯfirmabit solida
bitq̄· Ipsi glīa ⁊ imperiū ī secula
seculoꝝ amen Per siluanū fidelē
fratrē vobis ut arbitror breuiter
scripsi· obsecrās ⁊ ꝯtestans hanc
eē verā grāꝫ dei ī qua ⁊ statis· Sa
lutat vos ecc̄ia que ē in babilone
coelecta ⁊ marcus filius meꝰ· Sa
lutate inuicē in osculo sācto· Grā
vob̄ oībꝰ q̄ estis ī xp̄o ihu amen·

¶ Explicit epl̄a bt̄i Petri apl̄i· i·
¶ Incipit argumētū ī epl̄aꝫ scd̄aꝫ

Simon petrus p fidem
huic mūdo sapientes
mortuos eē declarat· eis
demq̄ pietatis quāta
sit magnitudo luce ip̄a clariꝰ ma
nifestat·

¶ Explicit argumentū· Incipit
epl̄a secūda bt̄i Petri apl̄i·

Simon petrus seruꝰ
⁊ apl̄us ihesu cristi
hijs qui coequaleꝫ
nobiscū sortiti sūt fi
dem ī iustitia dei nr̄i
⁊ saluatoris ihu xp̄i: grā vobis ⁊
pax adimpleat̄ in cognitione dei
⁊ xp̄i ihu dn̄i nr̄i· qūo oīa nobis
diuine v̄tutis sue que ad vitaꝫ ⁊
pietateꝫ donata sūt p cognicōem
eius qui vocauit nos ꝓpria gloria ⁊
virtute p quē maxima ⁊ pretiosa
nob̄ ꝓmissa donauit: ut p hoc effi
tiamini d̄ine ꝯsortes natuē: fugiē
tes eiꝰ que in mūdo est cōcupiscē
tie corrupcōeꝫ· Vos aūt curā oēꝫ
subinferētes ministrate ī fide vrā
v̄tutē· ī v̄tute autē scientiā· in sc̄ia
aūt abstinentiā· in abstinētia āt
patientiā· in patientia aūt pieta
tē· in pietate aūt amorē fraternita
tem· in amore fraternitatis caritatē
Hec em̄ si vobiscū assint ⁊ superēt
nō vacuos nec sine fructu vos cō
stituent ī dn̄i nr̄i ihu xp̄i cognicō
ne· Cui em̄ nō p̄sto sūt hec: cecus
est ⁊ manu temptās: obliuioneꝫ
accipiens purgacōis veteꝝ suoꝝ
delictoruꝫ· Quapropt̄ frēs magis
satagite ut p bō opa certā vestrā
vocacōeꝫ ⁊ electōnē fatiatis· Hec
em̄ fatientes nō peccabitis aliqn̄
Sic em̄ abūdant̄ ministrabit̄ vo
bis introitus in eternū regnū dn̄i
nostri et saluatoris ihu xp̄i· Pro
pter qd̄ vos incipiaꝫ semp cōmo
nere de hijs ⁊ quidē scientes ⁊ cō
firmatos in pn̄ti veritate· Justuꝫ
aūt arbitror q̄diu sū in hoc taber
naculo suscitare vos in ꝯmonitio
ne: certus q̄ velox est deposicō ta
bernaculi mei s̄m q̄ ⁊ dn̄s nr̄ ihe
sus cristus significauit m̄· Dabo
autē opaꝫ ⁊ frequēt̄ hr̄e vos post
obitū meū ut hoꝝ oīm memoriā
fatiatis· Nō em̄ indoctas fabulas
secuti notam fecimꝰ vobis dn̄i nr̄i
ihu xp̄i virtutē ⁊ pn̄tiaꝫ· s̄ specula
tores facti illius mag̃tudinis· Ac
cipiens em̄ a d̄o pr̄e honorē ⁊ glo
riā voce delapsa ad eū huiuscemo
di a mag̃fica glīa· hic ē filiꝰ meꝰ
dilectus in quo m̄ ꝯplacui: ipsum

audite. Et hanc vocē nos audiui
m⁹ de celo allatā cū eēm⁹ cū ipo
ī mōte sācto. Et habem⁹ firmiorē
ꝓpheticū sermonē cui bñfacitis
attēdentes quasi lucerne lucēti in
caliginoso loco donec elucescat ⁊
lucifer oriat̄ in cordibus vestris:
hoc p̄mū intelligētes ꝙ oīs ꝓphe
tia ꝓpria interp̄tacōne nō fit. Nō
em̄ volūtate humana allata ē ali
qñ ꝓphetia. ꝫ spūsancto inspirati
locuti sūt sācti dei hoīes. ¶ Ca. ij.

Fuerūt vero ⁊ pseudo ꝓphete
in ꝓplo sicut ⁊ in vobis erūt
magistri mēdaces q̄ introducent
sectas ꝑdicōis ⁊ eū qui emit eos
deū negāt: suꝑducentes sibi cele
rē ꝑdicōem. Et multi sequentur
eorū luxurias ꝑ quos via verita
tis blasphemabit̄ ⁊ in auaritia fi
ctis verb̄ de vobis negotiabūtur.
Quib⁹ iuditiū iā olim nō cessat
et ꝑditio eoꝝ nō dormitat. Si em̄
de⁹ angel̄ peccantib⁹ nō pepcit ꝫ
rudentib⁹ inferni detractos in tar
taꝝ tradidit crutiandos in iudi
tiū reseruari ⁊ originali mūdo nō
pepcit. ꝫ octauū noe iustitie p̄co
nē custodiuit diluuiū mūdo ī pio
rū inducens ⁊ cītates sodomoꝝ ⁊
gomorreoꝝ ī cinerē redigens eū
sione dānauit exemplū eoꝝ q̄ im
pie acturi sūt ponēs ⁊ iustū loth
oppressum a nephandoꝝ iniuria
ac luxuriosa conuersatiōe eruit.
Aspectu em̄ ⁊ auditu iustus erat
habitans apud eos q̄ de die ī diē
am̄aꝫ iustā iniq̄s opibus crutia
bāt. Nouit deus pios de tempta
tione eripe. iniquos vero in dieꝫ
iudicij reseruare crutiandos. Ma
gis aūt eos q̄ post carnē in ꝯcupi
scentia immūditie ambulant. do
minacōemq̄ cōtēnūt. audaces. si
bi placentes. sectas nō metuunt
ītroducere blasphemātes. Vbi ā
geli fortitudine et virtute cū sint
maiores nō portāt aduersū se exe
crabile iuditiū. Hij vero velut ir
rationabilia pecora naturalit̄ ī ca
ptionē ⁊ in ꝑnitiē in hijs q̄ igno
rāt blasphemātes in corrupcōne
sua ꝑibūt: ꝑcipiētes mercedē iniu
stitie voluptatē: existimātes diei
delitias coinq̄nacōnis ⁊ macule:
delicijs affluentes in ꝯuiuijs suis
luxuriantes vobiscū. oculos habē
tes plenos adulterij ⁊ incessabil̄
delicti: pellitiētes am̄as instabiles
cor exercitatū auaritia hñtes ma
ledictionis filij. derelinquentes re
ctā viā errauerūt secuti viam ba
laam ex bosor q̄ mercedē iniq̄tatis
amauit. correpcōnē vero habuit
sue vesaīe. Subiugale mutū aīal
ī hoīs voce loquēs ꝓhibuit ꝓphe
īsipientiā. Hij sūt fontes sine aq̄
⁊ nebule turbinibꝫ exagitate q̄bꝫ
caligo tenebraꝝ reseruat̄. Super
bia eī vaītatis loquētes: pellicēt
in desiderijs carnis luxurie eos q̄
paululū effugiūt q̄ in errore ꝯuer
sant̄: libertatē ill̄ ꝓmittētes cū ip
si serui sint corrupcōis. A quo eī
q̄s supatus ē: huiꝰ ⁊ seruꝰ ē. Si eī
refugientes coinq̄nacōnes mūdi
in cognitione domini nostri ⁊ sal
uatoris ihu cristi: hijs rursus im
plicati superantur: facta sunt eis
posteriora deteriora prioribꝰ. Me
lius eī erat illis nō ꝯgnoscere vi
am iustitie q̄ post agnitionem
retrorsum conuerti ab eo quod il
lis traditum est sancto mādato.

Cōtigit em̄ eis illud veri ꝓuerbij Canis reuersus ad suū vomitū ⁊ sus lota ī volutabro luti· ¶ Ca·iij·

Hanc ecce vob̄ carissimi secundā scribo epistolā in quib⁹ vestrā excito in ꝯmonicōnē sinceraz mentē: ut memores sitis eorū q̄ predixi verboꝝ a sāctis ꝓphetis ⁊ apl̄oꝝ vestroꝝ p̄ceptoꝝ dn̄i saluatoris· Hoc p̄mū scientes ꝙ venient in nouissimis dieb⁹ in deceptione illusores iuxta ꝓprias ꝯcupiscētias ābulantes dicētes Vbi est ꝓmissio aut aduētus ei⁹· Ex quo em̄ patres dormierūt: oīa sic ꝑseuerāt ab initio creature· Latet em̄ eos hoc volentes ꝙ celi erant pri⁹ ⁊ terra de aqua ⁊ ꝑ aquā ꝯsistens de verbo ꝑ quē ille tūc mundus aq̄ inundat⁹ perijt Celi aūt q̄ nūc sunt ⁊ terra eodem verbo repositi sūt igni reseruati in diē iudicij ⁊ ꝑdicōis impioꝝ hoīm· Vnū vero hoc nō lateat vos carissimi· q̄a vn⁹ dies apud dn̄m sicut mille anni ⁊ mille āni sicut dies vn⁹ Nō tardat dn̄s ꝓmissi· ꝫ patient̄ agit ꝓpt̄ vos· nolēs aliquos ꝑire ꝫ oēs ad penitentiā reuerti Adueniet autē dies dn̄i ut fur in q̄ celi magno impetu transiēt: elemēta vero calore soluent̄· Cū hec igitur oīa dissoluenda sint q̄les oportet vos eē in sanctis ꝯuersacōib⁹ ⁊ pietatib⁹ expectantes et ꝓperātes in aduentū diei dn̄i ꝑ quē celi ardētes soluent̄ ⁊ elemēta ignis ardore tabescent· Nouos vero celos ⁊ nouā terrā ⁊ ꝓmissa ipsi⁹ expectam⁹ ī q̄bus iustitia habitat· Propter qd̄ carissimi hec expectantes· satagite immaculati et īuiolati ei īueniri ī pace et dn̄i nr̄i lōganimitatē salutē arbitramini: sicut ⁊ carissim⁹ frater noster paulus scd̄m datā sibi sapientiā scripsit vobis sicut et in oīb⁊ epl̄is: loquens in eis de hijs in quib⁹ sūt quedam difficilia intellectu que indocti ⁊ īstabiles deprauāt sicut ⁊ ceteras scripturas ad suā ipōꝝ ꝑdicōem Vos igit̄ fratres p̄scientes custodite ne īsipientiū errore trāsducti excidatis a ꝓpria firmitate· crescite vero in gratia et in cognitione dn̄i nostri ⁊ saluatoris ihesu xp̄i· Ip̄i gl̄ia ⁊ nunc ⁊ in diem eternitatis amen·

¶ Explicit epl̄a bt̄i Petri apl̄i secunda· Incipit argumentū ī epl̄am bt̄i Johis apl̄i p̄maz·

Rationē verbi ⁊ ꝙ deus ipse sit caritas manifestat et susurrones fratꝝ nec deū sciē nec pios fieri posse: eo vsq̄ dissertat ut eē cōprobet homicidas eo ꝙ odiū sit interfectionis occasio·

¶ Explicit argumentū· Incipit epl̄a bt̄i Johis apl̄i p̄ma·

Quod fuit ab initio qd̄ audiuimus· qd̄ vidim⁹ ocul̄ nr̄is· qd̄ ꝑspeximus ⁊ manus nr̄e cōtrectauerūt de verbo vite ⁊ vita manifestata ē ⁊ vidim⁹ ⁊ testamur ⁊ ānuntiam⁹ vob̄ vitam eternā que erat apud patrē et apparuit nob̄· Qd̄ vidim⁹ ⁊ audiuim⁹ annūtiam⁹ vobis ut ⁊ vos sotietatē habeatis

nobiscū et sotietas nostra sit cū
patre ⁊ cū filio ei⁹ ihu xpō. Et hec
scribim⁹ vob ut gaudeatis ⁊ gau
diū vestr̄ sit plenū. Et hec ē annū
tiatio quā audiuim⁹ ab eo ⁊ an
nūtiam⁹ vob: qm̄ deus lux ē et te
nebre in eo nō sunt vlle. Si dixeri
m⁹ qm̄ sotietatē habem⁹ cū eo et
in tenebris ambulam⁹ mētimur
⁊ veritatē nō facim⁹. Si aūt in lu
ce ambulam⁹ sicut ⁊ ipe ē in luce
sotietatē habem⁹ ad inuicē ⁊ san
guis ihu filij ei⁹ mundat nos ab
ōni peccato. Si dixerim⁹ qm̄ pecca
tū nō habem⁹ ipsi nos seducim⁹
⁊ veritas in nob non ē. Si cōfitea
mur peccata nostra: fidelis ē et iu
stus ut remittat nob peccata nrā
⁊ emundet nos ab oī iniq̄tate. Si
dixerim⁹ qm̄ nō peccauim⁹ mēda
cez facim⁹ eū ⁊ verbū eius nō est
in nobis. ¶ Capitulū. ij.

Filioli mei hec scribo vob ut
nō peccetis. Sz et si quis pec
cauerit aduocatū habem⁹ apud
patrē ihm xpm iustū. Et ipse est
ꝓpitiacō ꝓ peccatis nr̄is: nō ꝓ no
stris aūt tm̄. ꝫ etiaz ꝓ totius mū
di. Et in hoc scim⁹ qm̄ ꝯgnouim⁹
eū si mādata ei⁹ obseruam⁹. Qui
dicit se nosse eū ⁊ mandata eius
nō custodit mēdax ē ⁊ in hoc veri
tas n̄ ē Qui āt seruat verbū ei⁹: ve
re in hoc caritas dei ꝑfecta est. In
hoc scim⁹ qm̄ in ipō sum⁹. Qui di
cit se in ipō manere: debet sicut il
le ambulauit ⁊ ipe ambulare. Ca
rissimi nō mandatū nouū scribo
vob. ꝫ mandatū vetus qd habu
istis ab initio. Mandatū vetus ē
verbū qd audistis. Iterz mādatū
nouū scribo vob qd verz ē ⁊ in ipō
⁊ in vobis. qz tenebre trāsierūt ⁊
verz lumen iā lucet Qui dicit se in
luce eē ⁊ frēm suū odit ī tenebris
ē vsqz adhuc. Qui diligit fratrez
suū in lumine manet ⁊ scandaluz
ī eo nō ē. Qui aūt odit fratrē suū
in tenebris est et in tenebris am
bulat ⁊ nescit quo eat. qz tenebre
obcecauerūt oculos ei⁹ Scribo vo
bis filioli: qm̄ remittunt vob pecca
ta vestra ꝓpt nomē ei⁹. Scribo vo
bis patres: qm̄ cognouistis eū q̄
ab initio ē. Scribo vob adolescen
tes: qm̄ vicistis malignū. Scribo
vob infātes: qz ꝯgnouistis pr̄em
Scribo vobis iuuenes: qm̄ fortes
estis ⁊ verbū dei manet in vobis
⁊ vicistis malignū. Nolite dilige
re mūdū neqz ea que in mūdo sūt
Si quis diligit munduz nō ē cari
tas patris ī eo. Qm̄ oē qd ē ī mū
do ꝯcupiscētia carnis ē ⁊ ꝯcupiscē
tia oculoꝝ ⁊ supbia vite q̄ non ē
ex patre. ꝫ ex mūdo est. Et mūd⁹
transit ⁊ cōcupiscentia eius. Qui
autem facit voluntatē dei manet
in eternū. Filioli nouissima hora
est. Et sicut audistis qz anticrist⁹
venit. nūc anticristi multi facti sūt
Vnde scimus q̄a nouissima hora
est. Ex nobis ꝓdierūt. sed nō erāt
ex nobis. Nam si fuissent ex nob
permansissent vtiqz nobiscum.
Sed ut manifesti sint. quoniam
non sunt omnes ex nobis. Sz vos
vnctōnem habetis a sancto ⁊ no
stis omnia. Non scripsi vob qua
si ignorantibus veritatem. ꝫ qua
si scientibus eam ⁊ quoniam om
ne mendatum ex veritate nō est
Quis est mendax: nisi is qui ne
gat quoniam ihesus est cristus ⁊

Hic est antixp̄us qui negat p̄rez
et filiū. Oīs q̄ negat filiū nec p̄rez
habet. q̄ ɔfitet̄ filiū ⁊ patrē habz
Vos qd audistis ab initio in vo
bis pmaneat. q̄a si in vob̄ pmāse
rit qd audistis ab initio ⁊ vos in
filio ⁊ patre manebitis Et hec est
repromissio quā ipse pollicitus ē
nobis vitā eternā. Hec scripsi vo
bis de hijs q̄ seducūt vos. Et vos
vnctionē quam accepistis ab eo
maneat ī vob̄. Et nō necesse habe
tis ut aliquis doceat vos. ꝫ sicut
vnctio eius docet vos de oīb⁹. Et
verz est ⁊ nō est mendatiū. Et sic̄
docuit vos: manete in eo. Et nunc
filioli manete in eo ut cū apparue
rit habeam⁹ fidutiā ⁊ nō cōfūda
mur ab eo in aduētu ei⁹. Si scitis
qm̄ iustus ē. scitote qm̄ ⁊ oīs qui
fac̄ iustitiā ex ipō nat⁹ ē. ¶ Ca. iij.

Videte qualē caitatē dedit no
bis pat̄: ut filij dei noīemur
⁊ sim⁹. Propt̄ hoc mūdus nō no
uit nos. qz nō nouit eū. Carissi mi
nūc filij dei sumus ⁊ nondū appa
ruit q̄d erim⁹. Scim⁹ qm̄ cū appa
ruerit similes ei erim⁹. qm̄ videbi
m⁹ euz sicuti est. Et oīs qui habet
hanc spez in eo. sāctificat se sicut
⁊ ille sanct⁹ est. Oīs qui facit pec
catū ⁊ iniq̄tatez facit. Et peccatū ē
iniquitas. Et scitis qz ille apparuit
ut peccata tolleret ⁊ peccatū in eo
nō est. Oīs qui in eo manet non
peccat. Et oīs qui peccat nō videt
eū. nec ɔgnouit eū. Filioli: nemo
vos seducat. Qui facit iustitiā iu
stus est. sicut et ille iust⁹ est. Qui
facit peccatū ex dyabolo ē. qm̄ ab
initio dyabolus peccat. In hoc ap
paruit fili⁹ dei: ut dissoluat opera
dyaboli. Oīs qui natus ē ex d̄o pec
catū nō facit. qm̄ semē ip̄ius ī eo
manet ⁊ nō pōt peccare. qm̄ ex d̄o
natus est. In hoc manifesti sūt fi
lij dei ⁊ filij dyaboli. Oīs q̄ nō ē iu
st⁹ nō ē ex d̄o ⁊ qui nō diligit fra
trē suū. Qm̄ hec ē annūtiacō quaz
audistis ab initio ut diligamus
alterutrz Nō sicut cayn q̄ ex mali
gno erat ⁊ occidit frēm suum. Et
ꝓpt̄ q̄d occidit eū. Qm̄ opa eius
maligna erant. frīs aūt ei⁹ iusta
Nolite mirari frēs si odit vos mū
dus. Nos scim⁹ qm̄ trāslati sum⁹
de morte ad vitaz. qm̄ diligimus
frēs. Qui nō diligit: manet ī mor
te. Oīs q̄ odit frēm suū homicida
est. Et scitis qm̄ oīs homicida nō
habet vitā eternā in se manentē
In hoc ɔgnouim⁹ caitatē dei. qm̄
ille am̄az suā ꝓ nob̄ posuit ⁊ nos
debem⁹ ꝓ fratrib⁹ am̄as ponere.
Qui habueit substātiā hui⁹ mū
di ⁊ viderit fratrē suū necessitatez
habere et clauserit viscera sua ab
eo: qūo caritas dei manet ī eo. Fi
lioli mei: nō diligam⁹ verbo neqz
lingua. ꝫ opere ⁊ veritate. In hoc
cognoscim⁹ qm̄ ex veritate sum⁹
et in ɔspectu ei⁹ suadebim⁹ corda
nostra. Qm̄ si reprehēdeit nos cor
nostrz: maior ē de⁹ corde nostro ⁊
nouit oīa. Carissimi si cor nostrū
nō rep̄henderit nos fidutiā habe
m⁹ ad deū ⁊ quicq̄d petierim⁹ ac
cipiem⁹ ab eo qm̄ mādata ei⁹ cu
stodim⁹ ⁊ ea q̄ sūt placita coraz
eo facim⁹. Et hoc est mādatū ei⁹
ut credam⁹ ī noīe filij ei⁹ ih̄u xp̄i
⁊ diligamus alterutrz sicut dedit
mandatū nob̄. Et q̄ ꝯuat mādata
eius in illo manet ⁊ ip̄e in eo ⁊ in

scim⁹. qm̄ manet in nobis de spi
ritu quem dedit nob. ¶ Ca. iiij.

Carissimi: nolite oī spūi crede
re. ꝫ ꝓbate spiritus si ex deo
sint. qm̄ multi pseudo ꝓphe exierīt
in mundū. In hoc ꝯgnoscit̄ spūs
dei. Oīs spūs qui ꝯfitetur ihm cri
stuꝫ in carne venisse: ex deo est. Et
oīs spūs qui soluit ihesū: ex deo n̄
ē ⁊ hic est anticrist⁹ de quo audi
stis qm̄ venit ⁊ nūc iam in mūdo
est. Vos ex deo estis ⁊ vicistis eū
qm̄ maior est q̄ in vobis ē q̄ qui ī
mūdo. Ipi de mūdo sūt: ideo de mū
do loquūt̄ ⁊ mundus eos audit.
Nos ex deo sum⁹. Qui nouit deuꝫ
audit nos. qui nō est ex deo non
audit nos. In hoc cognoscimus
spm̄ veitatis ⁊ spiritū erroris. Ca
rissimi diligamus nos inuicēꝫ. qꝛ
caritas ex deo ē. Et oīs qui diligit
ex dō natus ē ⁊ ꝯgnoscit deū. Qui
nō diligit n̄ nouit deuꝫ. qm̄ de⁹ ca
ritas est. In hoc apparuit caritas
dei in nob. qm̄ filiū suū vnigenitū
misit deus in mundū: ut viuam⁹
p euꝫ. In hoc ē caritas nō q̄si nos
dilexerim⁹ deū. ꝫ qm̄ ipse prior di
lexit nos ⁊ misit filiū suū ꝓpitiati
onē ꝓ peccatis nostris. Carissimi
si deus dilexit nos et nos debem⁹
alt̄utꝫ diligere. Deū nemo vidit
vnq̄. Si diligam⁹ inuicēꝫ deus in
nobis manet et caritas ei⁹ in no
bis pfecta est. In hoc ꝯgnoscim⁹
qm̄ in eo manem⁹ ⁊ ipe in nobis
qm̄ de spiritu suo dedit nobis. Et
nos vidimus ⁊ testificamur. qm̄
pat̄ misit filiū suū saluatoreꝫ mū
di. Quisquis confessus fuerit qm̄
ihus ē fili⁹ dei. de⁹ in eo manet et
ipe in deo. Et nos ꝯgnouim⁹ ⁊ cre
didim⁹ caritati quaꝫ habet de⁹ in
nobis. Deus caritas ē ⁊ q̄ manet
in caritate in deo manet ⁊ deus in
eo. In hoc pfecta est caritas nobi
scū: ut fidutiā habeam⁹ in die iu
dicij. qꝛ sicut ille est ⁊ nos sumus
in hoc mūdo. Timor nō ē in carita
te. ꝫ pfecta caritas foras mittit ti
morē. qm̄ timor penaꝫ habet. Qui
autē timet nō ē pfectus ī caritate.
Nos ergo diligamus deū. qm̄ de⁹
prior dilexit nos. Si quis dixerit
qm̄ diligo deū ⁊ fratreꝫ suū oderit
mendax est. Qui eī nō diligit fra
trē suū queꝫ videt: deū quē nō vi
det qūo pōt diligere. Et hoc man
datū habem⁹ a deo ut qui diligit
deū: diligat ⁊ frēꝫ suū. ¶ Ca. v.

Omis q̄ credit qm̄ ihus est
xp̄us ex deo natus ē. Et oīs
qui diligit eū q̄ genuit: diligit et
eū qui natus ē ex eo In hoc ꝯgno
scim⁹ qm̄ diligim⁹ natos dei: cuꝫ
deū diligam⁹ et mādata ei⁹ fatia
mus. Hec est enim caritas dei ut
mandata eius custodiam⁹ ⁊ mā
data eius grauia non sunt. Quo
niaꝫ omne qd̄ natum ē ex deo vi
cit mundū ⁊ hec est victoria que
vincit mūdū: fides nostra. Quis
est autē qui vincit mundū: nisi q̄
credit qm̄ ihesus ē filius dei. Hic
est qui venit per aquam et sāgui
nem ihesus xp̄s. Non in aqua so
lum. sed ī aqua ⁊ sāguine. Et spi
ritus est qui testificatur. quoniā
xp̄us est veritas. Quoniam tres
sunt q̄ testimoniuꝫ dāt in celo pa
ter. verbum. ⁊ spiritussanctus et
hij tres vnū sūt. Et tres sunt q̄ te
stimoniū dant in terra: spiritus.
aqua ⁊ sanguis ⁊ tres vnum sūt

Si testimoniuz hoīm accipim⁹: testimoniū dei maius ē Qm̄ hoc est testimoniū dei qd maius ē· qm̄ testificatus ē de filio suo· Qui credit ī filiū dei: habet testimoniū dei ī se Qui nō credit filio mēdacez facit eū· qr nō credit in testimoniū q̄d testificatus est de⁹ de filio suo· Et hoc est testimoniū· qm̄ vitā eternā dedit nobis deus et hec vita in filio ei⁹ ē Qui habz filiū habet vitaz· q̄ nō habet filiū dei: vitā non habet· Hec scribo vobis ut sciatis qm̄ vitā habetis eternā q̄ creditis ī noīe filij dei· Et hec ē fidutia quā habem⁹ ad deuz· qr quecūqz petierim⁹ scd̄m volūtatē ei⁹ audit nos Et scim⁹ qr audit nos: quicq̄d petierim⁹· Scim⁹ qm̄ habem⁹ peticōnes q̄s postulam⁹ ab eo· Qui scit fratrez suū peccare peccatuz nō ad mortē: petat ⁊ dabit̄ ei vita peccāti nō ad mortē· Et peccatū ad mortez: nō ꝓ illo dico ut roget quis· Oīs iniq̄tas peccatuz est ⁊ ē peccatū ad mortē· Scim⁹ qr oīs q̄ nat⁹ est ex dō nō peccat· ꝫ generacō dī ꝯseruat euz ⁊ malign⁹ nō tanget eū· Scim⁹ qm̄ ex dō sum⁹ ⁊ mūd⁹ totus in maligno positus ē Et scimus qm̄ filius dei veīt ⁊ dedit nobis sensū: ut ꝯgnoscam⁹ verꝝ deū ⁊ sim⁹ in vero filio ei⁹· Hic ē ver⁹ deus ⁊ vita eterna· Filioli custodite vos a simulacris·

¶ Explicit epl'a p̄ma bt̄i Joh̄is
¶ Incipit ārgumētū ī epl'az secūdā

Usqz adeo ad sanctā feminā scribit ut eandē dn̄am nō dubitet lr̄is appellare· eiusdēqz filijs testimoniū q̄ ābulent ī veritate ꝑhibeat·

¶ Explicit argumentū· Incipit epl'a bt̄i Joh̄is apl'i secūda·

Senior: electe domine et natis ei⁹ q̄s ego diligo in veritate et nō ego solus sed et oēs qui cognoueīt veritatē· ꝓpt̄ veitatē que ꝑmanet in vobis ⁊ vobiscū erit in eternuz Sit vobiscū grā misericordia pax a deo p̄re et a xp̄o ih̄u filio patris in veritate ⁊ caritate· Gauisus sū valde qm̄ inueni de filijs tuis ambulātes in veritate· sicut mandatū accepim⁹ a patre· Et nūc rogo te dn̄a nō tanq̄ mandatuz nouū scribens tibi· ꝫ qd habuimus ab initio ut dilgam⁹ alterutrꝝ Et hec est caritas: ut ambulem⁹ ꝑm mādata ei⁹· Hoc em̄ est mādatū ut quēadmoduz audistis ab initio in eo ābuletis· qm̄ multi seductores exierūt in mundū q̄ nō ꝯfitentur ih̄m xp̄m venisse ī carnē· Hic ē seductor ⁊ anticrist⁹ Videte vos metipōs ne ꝑdatis q̄ opati estis· ꝫ ut mercedē plenā accipiatis Oīs qui recedit ⁊ nō ꝑmanet in doctrina xp̄i: deū nō habet Qui ꝑmanet ī doctrina: hic patrē ⁊ filiū habz· Si q̄s venit ad vos ⁊ hanc doctrinā nō affert: nolite recipe eū in domū· nec aue ei dixeritis· Qui em̄ dicit illi aue: cōmunicat opib⁹ eius malignis· Plurā hn̄s vobis scribere: nolui ꝑ cartam ⁊ attramentū· Spero em̄ me futurū apud vos ⁊ os ad os loqui: ut gaudiū vr̄m

plenū sit Salutant te filie sororis tue electe.

¶ Explicit epistola beati Johānis apli secūda. Incipit argumētū in epl'aꝫ eiusdē tertiā.

Gaiū pietatis causa extollit atq; ut ī ipa pietate maneat exhortat: diotrepem impietatis ⁊ superbie causa obiurgat. demetrio aūt bonū testimoniū ꝑhibet cū fratribꝰ vniūsis.

¶ Explicit argumentū. Incipit epl'a bti Johis apli tertia.

Seior: gaio carissimo quez ego diligo ī veritate. Carissime de oībꝫ oracōem fatio ꝓspe te ingredi ⁊ valere sicut ꝓspere agit aīa tua. Gauisus sū valde venientibꝰ fratribꝫ ⁊ testimoniū ꝑhibentibꝰ veritati tue sicut tu in veritate ambulas. Maiorē hoꝝ nō habeo gratiaꝫ q̄ ut audiaꝫ filios meos in veritate ambulātes. Carissime: fideliter facis quicq̄d oparis ī fratres ⁊ hoc in ꝑegrinos q̄ testimoniuꝫ reddiderunt caritati tue in ꝯspectu eccīe quos bn̄fatiēs deducis digne dō Pro nomine em̄ eiꝰ ꝓfecti sūt: nl accipientes a gētilibꝰ. Nos ergo debemꝰ suscipe huiusmodi: ut cooperatores simꝰ veritatis. Scripsissem forsitan eccīe ꝫ is qui amat p̄matū gerere in eis diotrepes non recipit nos. Propt̄ hoc si venero cōmoueā eiꝰ opera que facit: verbis malignis garriens ī nos. Et quasi nō ei ista suffitiant neq; ipe suscipit fratres ⁊ eos q̄ suscipiūt ꝓhibet et de eccīa eicit. Carissime noli imitari malū. ꝫ qd̄ bonuꝫ est Qui bn̄facit ex dō est. qui male facit non videt deū. Demetrio testimoniū reddit̄ ab omnibus ⁊ ab ipa veritate. ꝫ ⁊ nos testimoniū ꝑhibemꝰ ⁊ nosti qm̄ testimoniū nostꝝ verū est. Multa habui tibi scribere. ꝫ nolui ꝑ attramentuꝫ ⁊ calamū scribere tibi. Spero autez ꝓtinus te videre et os ad os loq̄mur. Pax tibi. Salutant te amici Saluta amicos per nomen.

¶ Explicit epl'a bti Johannis apli tertia. Incipit argumētū ī epl'aꝫ bti Jude apostoli.

Judas apl's frēs de corruptoribꝫ vie veritatis ita informat: ut illicituꝫ eē dissertet de subiugo semel erutos seruitutis denuo operam suam officijs nouare seruilibus.

¶ Explicit argumētū. Incipit epistola bti Jude apostoli.

Judas ihu xp̄i seruꝰ frat̄ āt iacobi hijs qui sunt in deo patre dilectis ⁊ xp̄o ihu ꝯseruatis ⁊ vocatis Misericordia vobis ⁊ pax et caritas adimpleatur. Carissimi oēm sollicitudinem fatiens scribendi vob̄ de ꝯmuni vestra salute necesse habui scribere vob̄: deprecās supercertari semel tradite sanctis fidei. Subintroierūt em̄ quidaꝫ homines qui olim p̄scripti sūt ī hoc iuditiū impij dn̄i nostri grāꝫ tn̄sferētes ⁊ solū dn̄atorē ⁊ dominuꝫ nostrum ihesum cristū negantes

Cōmonere aūt vos volo scientes semel oīa· qm̄ ihus ꝓplm de terra egipti saluans· secundo eos q̄ nō crediderūt ꝑdidit· Angelos vero q̄ nō seruauerūt suū principatuz sed dereliquerūt suū domiciliū: in inditiuz magni diei vinculis eternis sub caligine reseruauit Sicut sodoma ⁊ gomorra ⁊ finitime ciuitates simili mō exfornicate et abeuntes post carnē alterā· facti sūt exemplū: ignis eterni penaz sustinentes· Similit̄ ⁊ hij quidē carnē maculant: dn̄acōnē aūt spernūt: maiestatē aūt blasphemāt· Cum michael archangelus cū dyabolo disputans altercaret̄ de moysi corpe· nō est ausus inditiū inferre blasphemie· ꝫ dixit· Imperet tibi deus· Hij autē quecūqꝫ quidem ignorant blasphemant· quecūqꝫ aūt naturalit̄ tanq̄ muta animalia norūt: in hijs corrūpunt̄· Ve illis qui via cayn abierūt ⁊ erroē balaam mercede effusi sūt et in cōtradictōne chore abierūt· Hij sūt in epulis suis macule conuiuātes sine timore semetipōs pascentes· nubes sine aqua que a ventis circūferūt̄· arbores autumnales īfructuose· bis mortue· eradicate· fluctus feri maris despumātes suas confusiones· sydera errātia q̄bus ꝓcella tenebraꝝ seruata ē in eternū· Prophetauit aūt et de hijs septimus ab adam enoch dicens· Ecce venit dn̄s in sanctis milibus suis facere inditiū ɔtra omnes et arguere oēs īpios de oīb⁹ opib⁹ impietatis eorū quib⁹ impie egerunt ⁊ de omnib⁹ duris que locuti sunt cōtra deū peccatores impij·

Hij sūt murmuratores querelosi scd̄m desideria sua ambulantes ⁊ os eoꝝ loquit̄ supbiam: mirātes ꝑsonas q̄stus causa· Vos autez carissimi memores estote verborū q̄ predicta sunt ab aplis dn̄i nr̄i ihesu xp̄i qui dicebant vobis qm̄ in nouissimis tempib⁹ venient illusores scd̄m desideria sua ambulantes in impietatib⁹· Hij sunt q̄ segregant semetipōs am̄ales spiritū nō hn̄tes· Vos aūt carissimi supedificātes vosmetipōs sanctissime nostre fidei: in spiritusancto orantes: ipōs vos ī dilectione dei seruate: expectantes misericordiā dn̄i nostri ihu xp̄i in vitā eternā Et hos quidez arguite iudicatos: illos vero saluate de igne rapientes· Alijs aūt miseremini in timore: odientes ⁊ eam q̄ carnalis est maculataz tunicā· Ei aūt q̄ potens est vos ɔseruare sine peccato ⁊ cōstituere an̄ ɔspectū glorie sue īmaculatos in exultatione: soli dō saluatoī nostro ꝑ ihm xp̄m dominū nostꝝ gloria magnificentia imperiū ⁊ potestas ante omne seculū ⁊ nūc ⁊ in oīa secula seculoꝝ amē·

¶ Explicit epl'a bt̄i Jude apl'i·
¶ Incipit ꝓlogus beati Johannis in Apocalipsim·

Johannes aplus ⁊ euangelista a xp̄o electus atqꝫ dilectus in tanto amore dilectionis vberior habit⁹ est: ut ī cena supra pectus ei⁹ recūberet ⁊ ad crucē astanti soli mr̄ez ꝓpriā ɔmendassz: ut quez nubere volentē ad amplexū virginitatis asciuerat: ip̄i ad custodiendam

virginez tradidiſſ. Hic itaq; aut ꝓpter verbū dei a teſtimoniū ihe
ſu xp̄i in pathmos inſulaz ſortitur exiliuz. illic ab eodem apocali
pſis preoſtenſa deſcribitur: ut ſi
cut in p̄ncipio canonis ideſt libri
geneſeos incorruptibile p̄ncipiuz
prenotaret: ita etiam incorruptibil'
finis p virginē in apocalipſi red
deret dicentis. Ego ſum alpha et
o. imtiuz a finis. Hic ē iohēs qui
ſciens ſupuemſſe ſibi diem egreſ
ſionis de corpe cōuocatis in epheſo diſcipulis deſcendit in defoſſuz
ſepulture ſue locū: orationeq; cō
pleta ꝛō didit ſpm̄ tā a dolore mor
tis factus extraneꝰ ꝙ a corrupcō
ne carnis noſcitur alienus. Cuiꝰ
tamen ſcripture diſpoſicō vel libri
ordinatio ideo a nobis per ſingu
la non exponitur: ut neſcientibꝰ
inquirendi deſiderium collocetur
a querentibus laboris fructus et
deo magiſterij doctrina ſeruet.

¶ Explicit prologus. Incipit liber apocalipſis beati iohannis apoſtoli. ¶ Ca. p̄mū.

Apocalipſis ihu xp̄i quam dedit illi deus palam facere ſeruis ſuis que oportet fieri cito a ſigmficauit mittens per angelum ſuuz ſeruo ſuo iohanni qui teſtimoniuz perhibuit verbo dei a teſtimoniū ihe ſu criſti quecunq; vidit. Beatus qui legit et qui audit verba prophetie huius et ſeruat ea que in ea ſcripta ſunt. Tempus em̄ prope eſt Johannes ſeptem eccleſijs

que ſunt in aſia. Gr̄a vob̄ et pax ab eo qui eſt a qui erat a qui ve
turus eſt a a ſeptem ſpiritibus q̄
in conſpectu throni eius ſunt a a
ihesu xp̄o qui eſt teſtis fidelis pri
mogenitus mortuoꝝ a princeps
regum terre qui dilexit nos et la
uit nos a peccatis noſtris in ſan
guine ſuo a fecit nos regnuz a ſa
cerdotes deo a patri ſuo: ipſi glia
a imperiū in ſecula ſeculoꝝ amen
Ecce venit cum nubibus a videbit
eum omnis oculus a qui eum pu
pugerūt. Et tūc plangent ſe ſup
eū omnes tribus terre: etiā amen
Ego ſū alpha a o. p̄ncipiū a finis
dicit dñs deꝰ qui ē a qui erat a q̄
venturꝰ ē oīpotēs. Ego iohēs fra
ter vr̄ a pticeps i tribulacōe a re
gno et patiētia in xp̄o ihu. fui in ī
ſula q̄ ap̄ellat pathmos ꝓp verbū dei a teſtimoniū ihu. Fui i ſpi
ritu in dñica die a audiui poſt me
vocem magnam tanq̄ tube dicen
tis. Q̄d vides ſcribe in libro et mit
te ſeptē eccleſijs ephēſo a ſmirne
a pergamo a thiatire a ſardis et
philadelphie a laodicie. Et conuerſus ſum ut viderem vocem que lo
quebatur mecum. Et conuerſus
vidi ſeptem candelabra aurea et
in medio ſeptem candelabroꝝ
aureoꝝ ſimilez filio hominis ve
ſtitum podere a precinctuz ad ma
millas zona aurea. Caput autez
eius a capilli erant candidi tāq̄
lana alba a tanq̄ nix. Et oculi eiꝰ
tanq̄ flamma ignis a pedes eius
ſimiles aurichalco ſicut in caminо
ardenti. Et vox illius tanq̄ vox
aquarum multarum a habebat
in dextera ſua ſtellas ſeptem.

Iſte lectiones gcludit. ꝓ Tu ad dñe

Et de ore ei⁹ gladius vtraq; pte acutus exibat ⁊ faties ei⁹ sicut sol lucet in virtute sua. Et cū vidisse; eum cecidi ad pedes eius tāq̄ mortuus. Et posuit dexterā suam super me dicens. Noli timere. Ego su; p̄mus ⁊ nouissimus ⁊ viuus ⁊ fui mortu⁹ ⁊ ecce sū viuens in secula seculo; ⁊ habebo claues mortis ⁊ inferni. Scribo ergo que vidisti ⁊ que sūt ⁊ que oportet fiei post hec Sacramentū septē stellaꝝ quas vidisti in dextera mea ⁊ septe; cā delabra aurea: septē stelle angeli sunt septē ecc̄iaꝝ ⁊ candelabra septē: septe; ecc̄ie sunt. ¶ Ca. ij.

Et angelo ephesi ecc̄ie scribe Hec dicit qui tenet septem stellas in dextera sua q̄ ambulat in medio septe; candelabro; aureorū. Scio opera tua ⁊ labore; et patientiā tuam ⁊ q̄ non potes sustīere malos. Et tēptasti eos qui se dicunt apostolos eē ⁊ non sūt ⁊ īuenisti eos mendaces Et patiētia; habes ⁊ sustinuisti ꝓpt̄ nomē meū ⁊ nō defecisti. Sed habeo aduersū te pauca q̄ caritatē tua; prima; reliquisti. Memor esto itaq; vnde excideris ⁊ age penitentiam ⁊ prima opa fac. Si naūt: venio tibi ⁊ mouebo candelabꝝ tuū de loco suo nisi penitentiā egeris. Sed hoc habes. q̄ odisti facta nicholaitaꝝ que ⁊ ego odi. Qui hab; aure; audiat: quid spūs dicat ecclesijs. Vincenti dabo edere de ligno vite q̄d est in paradiso dei mei Et angelo smirne ecc̄ie scribe Hec dicit prim⁹ et nouissim⁹ q̄ fuit mortuus ⁊ viuit. Scio tribulacōnem tuā ⁊ paupertatē tuam. ꝫ diues es ⁊ blasphemaris ab hijs qui se dicunt iudeos eē ⁊ nō sunt. ꝫ sūt synagoga sathane. Nihil horum timeas que passurus es. Ecce missurus est dyabolus ex vobis in carcerem ut temptemini ⁊ habebitis tribulacōem diebus decem. Esto fidelis vsq; ad morte; ⁊ dabo tibi coronā vite Qui habet aurem audiat: q̄d spūs dicat ecclesijs. Qui vicerit: nō ledetur a morte secūda Et angelo pgami ecc̄ie scribe Hec dicit qui habet rumphea; vtraq; pte acutā. Scio vbi habitas vbi sedes est sathane ⁊ tenes nomen meū ⁊ nō negasti fidem mea;. Et ī diebus illis antiphas testis me⁹ fidel' q̄ occisus est apud vos vbi sathanas habitat. Sz habeo aduersus te pauca. q̄a habes illic tenentes doctrinā balaam qui docebat balac mittere scandalū corā filijs israhel edere et fornicari: ita habes ⁊ tu tenentes doctrina; nicholaitaꝝ. Similit̄ penitentiā age si quo min⁹: venia; tibi cito ⁊ pugnabo cū illis in gladio oris mei. Qui habet aurē audiat: quid spiritus dicat ecclesijs. Vincenti dabo manna absconditū ⁊ dabo illi calculū candidū et in calculo nomen nouū scriptu; q̄d nemo scit nisi qui accipit. Et angelo thiatire ecclesie scribe. Hec dicit filius dei qui habet oculos tanq̄ flāmam ignis ⁊ pedes eius similes auricalco. Noui opa tua ⁊ fidē ⁊ caritatē tuam ⁊ ministeriū ⁊ patiētia; tuā ⁊ opa tua nouissima plura prioribus. Sz habeo aduersus te pauca. q̄ pmittis muliere; ihezabel q̄ se dicit ꝓpheten docere ⁊ seducere

seruos meos fornicari ⁊ mandu
caē de ydolotitis. Et dedi illi tpus
ut penitentiam ageret ⁊ nō vult
penitere a fornicacōe sua. Ecce ego
mitto eam in lectum ⁊ qui mechā
tur cum ea in tribulacōne maxīa
erunt. nisi penitentiaꝫ ab operib⁹
suis egerint ⁊ filios eius interfiti
am in mortē ⁊ scient omnes eccle
sie quia ego sum scrutans renes ⁊
corda et dabo vnicuiq; vestꝝ ꝟm
opera vestra. Vobis aūt dico et
ceteris qui thiatire estis. quicūq;
non habent doctrinam hanc qui
nō cognouerunt altitudinem sa
thane quemadmodū dicunt nō
mittam super vos aliud pondus
tamē id qd̄ habetis tenete donec
veniā. Et qui vicerit ⁊ custodierit
vsq; in finē opa mea: dabo illi po
testatē sup gētes ⁊ reget eas ī vir
ga ferrea ⁊ tanq̄ vas figuli ꝯfrin
gēt̄ sicut et ego accepi a pr̄e meo
⁊ dabo illi stellā matutinam. Qui
habet aurem audiat: quid spiri
tus dicat ecclesijs. ¶ Ca. iij.

Et angelo eccīe sardis scribe
Hec dicit qui habet septeꝫ
spūs dei ⁊ septē stellas. Scio opa
tua: qꝛ nomē hēs ꝙ viuas et mor
tu⁹ es Esto vigilans ⁊ ꝯfirma cete
ra q̄ moritura erāt. Nō em̄ inueīo
opa tua plena coraꝫ deo meo. In
mente g̊ habe qualit̄ acceperis ⁊
audieris ⁊ serua ⁊ penitentiā age
Si ergo nō vigilaueris veniā ad
te tanq̄ fur ⁊ nescies qua hora ve
niaꝫ ad te. Sꝫ habes pauca noīa
in sardis q̄ nō inq̄nauerunt vesti
menta sua ⁊ ambulabūt mecum
in albis. qꝛ digni sunt. Qui vicerit
sic vestietur vestimentis albis et
nō delebo nomen ei⁹ de libro vite
⁊ ꝯfitebor nomen ei⁹ coraꝫ patre
meo ⁊ coram angelis ei⁹. Qui ha
bet aureꝫ audiat: q̄d spūs dicat
ecclesijs Et angelo phila delphie
eccīe scribe. Hec dicit sanctus ⁊ ve
rus qui habet clauem dauid qui
aperit ⁊ nemo claudit: claudit ⁊
nemo aperit. Scio opa tua. Ecce
dedi coraꝫ te ostiū aptū qd̄ nemo
potest claudere. qꝛ modicā habes
virtutē ⁊ seruasti verbū meum ⁊
non negasti nomen meū. Ecce da
bo de synagoga sathane q̄ dicūt
se iudeos ēē ⁊ nō sūt. ꝫ mentiunt̄
Ecce fatiā illos ut veniant et ado
rent ante pedes tuos et scient q̄a
ego dilexi te. Qm̄ seruasti verbuꝫ
patiētie mee et ego seruabo te ab
hora tēptacōnis que ventura est
in orbeꝫ vniuersū temptare habi
tantes ī terra. Ecce venio cito. Te
ne qd̄ hēs: ut nemo accipiat coro
nam tuā. Qui vicerit fatiaꝫ illū co
lūnam in templo dei mei ⁊ foras
nō egredieť amplius. Et scribam
sup eū nomen dei mei ⁊ nomen ci
uitatis d̄i mei noue iherusalē que
descēdit de celo a deo meo ⁊ nomē
meū nouū. Qui habet aureꝫ audi
at: q̄d spūs dicat eccīijs. Et ange
lo laoditie eccīe scribe. Hec dicit
amen testis fidel' ⁊ verus qui est
p̄ncipiū creatuē dei. Scio opa tua
qꝛ neq; frigidus es neq; calidus.
Vtinā frigidus eēs aut calidus.
Sed qꝛ tepidus es et nec frigid⁹
nec calidus: incipiaꝫ te euomere
ex ore meo. qꝛ dicis ꝙ diues sū et
locupletatus ⁊ nullius egeo ⁊ ne
scis quia tu es miser et miserabi
lis ⁊ pauper et ⁊ cecus ⁊ nudus.

Suadeo tibi emere a me aurum igni
tum probatum ut locuples fias et vesti
mentis albis induaris ut non ap
pareat confusio nuditatis tue et col
lirio inunge oculos tuos ut vide
as. Ego quos amo arguo et casti
go. Emulare ergo et penitentiam
age. Ecce sto ad ostium et pulso. Si
quis audierit vocem meam et ape
ruerit mihi ianuam intrabo ad illum
et cenabo cum illo et ipse mecum. Qui vi
cerit dabo ei sedere mecum in thro
no meo. sicut et ego vici et sedi cum
patre meo in throno eius. Qui ha
bet aurem audiat: quid spiritus
dicat ecclesijs. ¶ Ca. iiij.

Post hec vidi et ecce ostium ap
tum in celo et vox prima quam
audiui tanquam tube loquentis mecum
dicens. Ascende huc et ostendam
tibi quod oportet fieri cito. Post hec
statim fui in spiritu. Et ecce sedes posi
ta erat in celo et supra sedem sedens
Et qui sedebat similis erat aspectu
lapidis iaspidis et sardinis et yris
erat in circuitu sedis similis visioni
smaragdine et in circuitu sedis sedilia
viginti quatuor et super thronos viginti
quatuor seniores sedentes circumamicti ve
stimentis albis et in capitibus eorum coro
ne auree et de throno procedunt ful
gura et voces et tonitrua et septem lam
pades ardentes ante thronum qui sunt
septem spiritus dei. Et in conspectu
sedis tanquam mare vitreum simile cri
stallo et in medio sedis et in circui
tu sedis quatuor animalia plena
oculis ante et retro. Et animal pri
mum simile leoni et secundum simile
vitulo et tertium animal habens fa
tiem quasi hominis et quartum ani
mal simile aquile volanti. Et qua
tuor animalia singula eorum habebant
alas senas et in circuitu et intus
plena sunt oculis Et requiem non ha
bebant die ac nocte dicentia sanctus
sanctus sanctus dominus deus om
nipotens qui erat et qui est et qui
venturus est. Et cum darent illa ani
malia gloriam et honorem et benedi
ctionem sedenti super thronum viuen
ti in secula seculorum: procidebant vi
gintiquatuor seniores ante seden
tem in throno et adorabant viuen
tem in secula seculorum et mittebant
coronas suas ante thronum dicen
tes. Dignus es domine deus noster
accipere gloriam et honorem et virtu
tem. quia tu creasti omnia et propter vo
luntatem tuam erant et creata sunt.

Et vidi in dextera ¶ Ca. v.
sedentis supra thronum librum
scriptum intus et foris signatum sigil
lis septem. Et vidi angelum fortem et
predicantem voce magna Quis est
dignus aperire librum et soluere sig
cula eius. Et nemo poterat neque in
celo neque in terra neque subtus terram
aperire librum neque respicere illum. Et
ego flebam multum. quoniam nemo
dignus inuentus est aperire librum
nec videre eum. Et vnus de senioribus
dixit mihi. Ne fleueris. Ecce vicit leo
de tribu iuda radix dauid aperire
librum et soluere septem signacula
eius. Et vidi et ecce in medio throni
et quatuor animalium et in medio se
niorum agnum stantem tanquam occisum
habentem cornua septem et oculos
septem qui sunt septem spiritus dei mis
si in omnem terram. Et venit et accepit
de dextera sedentis in throno librum
Et cum aperuisset librum quatuor animalia
et viginti quatuor seniores ceciderunt

corā agno habentes singuli cy
tharas et fialas aureas plenas
odoramentoꝝ que sūt oraciones sā
ctoꝝ q cantabāt canticū nouū di
centes· Dignꝰ es dñe accipe libꝝ
q apire signacula eiꝰ· qm occisus
es q redemisti nos deo in sanguīe
tuo ex omni tribu q lingua q po
pulo q nacōe q fecisti nos deo no
stro regnū q sacerdotes· Et regna
bunt sup terrā· Et vidi q audiui
vocē angelorꝝ multorꝝ in circuitu
throni q animaliū q seniorꝝ q erat
numerus eorꝝ miliamiliū dicētiū
voce magna Dignꝰ est agnꝰ qui
occisus ē accipe virtutē et diui
tatē q sapientiā q fortitudinē q ho
norē q gloriā q bñdictionē· Et om
nē creaturaꝫ que in cælo est q sup
terrā q sub terra et que sūt in ma
ri q que in eo: oēs audiui dicētes
sedenti in throno q agno Benedi
ctio q honor q gloria et ptās in se
cula seculorꝝ· Et quatuor aīalia
dicebant amē Et vigintiquatuor
seniores ceciderūt in facies suas et
adorauerunt viuentem in secula
seculoꝝ· ¶ Capitulū· vi·

Et vidi qꝫ aperuisset agnus
vnū de septē sigillis q audi
ui vnū de quatuor aīalibꝰ dicens
tanq̄ voce tonitrui· Veni q vide·
Et vidi q ecce equus albus q q̄ se
debat sup illū habebat arcū q da
ta est ei corona et exiuit vincens
ut vinceret· Et cū aperuisset sigillū se
cundū: audiui secūdū aīal dicēs
Veni q vide· Et exiuit aliꝰ equus
rufus q qui sedebat sup illū datū
ē ei ut sumeret pacē de terra q ut
inuicem se interficiāt q datus ē ei
gladius magnꝰ· Et cū aperuisset

sigillū tertiū: audiui tertiū aīal
dicens· Veni q vide· Et ecce equꝰ
niger q qui sedebat sup illū habe
bat stateram in manu sua· Et audi
ui tanq̄ vocem in medio quatuor
aīaliū dicentiuꝫ· Bilibris tritici de
nario vno q tres bilibres ordei de
nario vnoq vinū q oleū ne leseris
Et cum aperuisset sigillū quartum
audiui vocē quarti aīal dicētis
Veni q vide· Et ecce equꝰ pallidꝰ
q q̄ sedebat sup eū nomē illi morꝫ
et infernꝰ sequebat eū· Et data ē
illi potestas sup q̄tuor ptes terre i
terficere gladio fame et morte et
bestijs terre· Et cū aperuisset sigillū
q̄rtū: vidi subtus altare aīas in
terfectoꝝ pp̄ verbū dei q pp̄ testi
moniū qđ habebāt Et clamabāt
voce magna dicētes Vsq̄q dñe san
ctꝰ q verꝰ nō iudicas q nō vindi
cas sāguinē nostrū de hijs q̄ ha
bitāt i terra· Et date sūt illis singu
le stole albe q dictū ē illis ut requie
scerēt adhuc tps modicū: donec cō
pleant conserui eoꝝ q frēs eoꝝ q̄ in
terficiēdi sūt sicut q illi· Et vidi cum
aperuisset sigillū sextū q ecce terre mo
tus magnꝰ factꝰ ē· Et sol factus ē
niger tanq̄ saccꝰ cilicinꝰ q luna tō
ta facta ē sicut sāguis q stelle de cælo ce
ciderūt sup terrā sicut ficꝰ emittit gros
sos fructꝰ cū a vento magno mouet
Et celū recessit sicut liber involutꝰ
q oīs mons et insule de locis suis
mote sūt· Et reges terre q p̄ncipes
q tribuni q divites q fortes q oīs
seruus q liber abscōderunt se in
spelūcis q in petris montiū q di
cūt montibꝰ et petris cadite sup
nos et abscondite nos a facie se
dentis sup thronū q ab ira agni

qm̄ venit dies magnus ire ipsoꝝ
Et quis poterit stare. ¶ Ca·vij·

Post hec vidi quatuor ange
los stantes sup quatuor an
gulos terre: tenentes quatuor vē
tos terre ne flarent sup terrā· neqꝫ
sup mare neqꝫ in vllam arborē· Et
vidi alteꝝ angelū ascendentē ab
ortu solis habentez signū dei viui
⁊ clamauit voce magna: quatuor
angel' quib⁹ datū est nocere ter
re ⁊ mari dicēs· Nolite nocere ter
re ⁊ mari neqꝫ arboribus: quoad
usqꝫ signemus ꝑuos dei nostri in
frontib⁹ eoꝝ· Et audiui numeruz
signatoꝝ: centūqua dragītaqua
tuormilia signati ex oī tribu filio
rū israhel· Ex tribu iuda: duodecī
milia signati Ex tribu ruben: duo
decimmilia signati· Ex tribu gad
duodecīmilia signati· Ex tribu as
ser: duodecimmilia signati· Ex tri
bu neptalim: duodecīmilia signa
ti· Ex tribu manasse: duodecimmi
lia signati· Ex tribu symeon: duo
decimmilia signati· Ex tribu leui:
duodecimmilia signati· Ex tribu
ysachar: duodecimmilia signati·
Ex tribu zabulon: duodecimmilia
signati· Ex tribu ioseph: duodecī
milia sig̃ti· Ex tribu beīamin: duo
decimmilia sig̃ti Post hec vidi tur
bam magnā quā dinumerare ne
mo poterat: ex omnib⁹ gentibus
⁊ tribubus ⁊ popul' ⁊ līguis: stā
tes ante thronū ⁊ in ꝯspectu agni
amicti stolis albis et palme ī ma
nibus eorum· Et clamabant voce
magna dicētes Salus deo nostro
qui sedet sup thronuz ⁊ agno· Et
oēs angeli stabāt ī circuitu thro
ni ⁊ seniorū ⁊ quatuor animaliuz
et ceciderunt in cōspectu throni in
faties suas ⁊ adorauerūt deum di
centes amē Benedictio ⁊ claritas
⁊ sapiētia ⁊ gratiarū actio: honor
⁊ virtus ⁊ fortitudo deo nostro in
secula seculoꝝ amen· Et respōdit
vnus de senioribus ⁊ dixit mihi·
Hij qui amicti sunt stolis albis q̄
sunt ⁊ vnde venerunt. Et dixi illi
Domine mi tu scis· Et dixit m̄· Hij
sunt qui venerunt de tribulacōne
magna ⁊ lauerūt stolas suas et
dealbauerūt eas in sāguine agni
Ideo sunt ante thronū dei ⁊ serui
ent ei die ac nocte in templo eius
et qui sedet in throno habitabit
super illos· Nō esuriēt neqꝫ sitiēt
amplius neqꝫ cadet sup illos sol
neqꝫ vllus estus· qm̄ agnus qui
in medio throni est reget illos ⁊
deducet illos ad vite fontes aq̄ꝝ
⁊ absterget deus omnez lacrimā
ab oculis eoꝝ· ¶ Capitulū·viij·

Et cū aperuisset sigillū septi
mū: factū est silentiū in celo
quasi media hora· Et vidi septem
angelos stantes in cōspectu dei et
date sūt illis septem tube· Et ali⁹
angelus venit ⁊ stetit ante altare
habens thuribulū aureū et data
sunt illi incensa multa ut daret de
oracōnibus sanctorū omniū sup̄
altare aureuz qđ est ante thronū
dei· Et ascendit fumus incensoruz
de oracōnibus sanctoꝝ de manu
angeli coram deo· Et accepit āge
lus thuribulū aureuz ⁊ impleuit
illud de igne altaris ⁊ misit in ter
ra ⁊ facta sunt tonitrua ⁊ voces ⁊
fulgura ⁊ terremotus magnus ⁊
septē angeli qui habebant septē
tubas preparauerunt se ut tuba

canerēt. Et prim⁹ angelus tuba
cecinit. Et facta est grādo ⁊ ignis
mixta in sanguine ⁊ missum est ī
terraz. Et tertia ps terre ɔbusta ē
⁊ tertia ps arboꝝ ɔcremata est ⁊
oē fenū viride ɔbustū est. Et secū
dus angelus tuba cecinit et tāq̄
mons magn⁹ igne ardēs missus
ē in mare. Et facta est tertia pars
maris sanguis ⁊ mortua ē tertia
ps creature eoꝝ q̄ habebāt aīas
in mari ⁊ tertia ps nauiū interijt
Et terti⁹ angel⁹ tuba cecinit et ce
cidit de celo stella magna ardens
tanq̄ facula. Et cecidit in tertiam
ptē fluminū ⁊ in fontes aquaꝝ ⁊
nomen stelle dicit̄ absinthiū. Et
facta ē tertia ps aquarū in absin
thiū ⁊ multi hoīm mortui sunt de
aquis. qꝛ amare facte sūt Et quar
tus āgel⁹ cecinit ⁊ pcussa ē tertia
ps solis ⁊ tertia ps lune ⁊ tertia
ps stellaꝝ. ita ut obscuraēt̄ tertia
ps eoꝝ ⁊ diei nō luceret ps tertia
et nocti similit̄. Et vidi et audiui
vocē vnius aquile volantis p me
diū celi: dicētis voce magna. Ve
ve ve habitantib⁹ in terra de cete
ris vocib⁹ triū angeloꝝ qui erāt
tuba canituri. ¶ Capitulū. ix.

ET qn̄tus angelus tuba ceci
nit ⁊ vidi stellaz de celo ceci
disse in terrā et data est ei clauis
putei abissi. Et aperuit puteū abis
si et ascendit fum⁹ putei sic̄ fum⁹
fornacis magne ⁊ obscuratus ē
sol et aer de fumo putei. Et de fu
mo putei exierūt locuste in terrā
⁊ data ē illis potestas sicut habēt
ptātez scorpiones terre. Et p̄ceptū
ē illis ne lederēt fenū terre neqꝫ oē
viride neqꝫ oēm arborē. nisi tm̄ ho
mines q̄ nō hn̄t signū dei in fron
tibus suis. Et dictū est eis ne occi
derent eos. ꝫ ut crutiarent̄ mensi
b⁹ qn̄qꝫ. Et crutiatus eorū ut cru
tiatus scorpij: cū pcutit hominez.
Et in dieb⁹ illis querēt hoīes mor
tē ⁊ nō inueniēt eā ⁊ desiderabūt
mori ⁊ fugiet mors ab eis. Et simi
litudines locustaꝝ sil'es equis pa
ratis ad p̄liū ⁊ sup capita eaꝝ tā
q̄ corone similes auro ⁊ faties ea
rū tanq̄ faties hoīm. Et habebāt
capillos sicut capillos mulieꝝ ⁊
dentes eaꝝ sicut dētes leonū erāt
Et habebant loricas sicut loricas
ferreas ⁊ vox alaꝝ illaꝝ sicut vox
curruū equoꝝ multoꝝ currentiū
in bellū. Et habebāt caudas simi
les scorpionū ⁊ aculei erāt in cau
dis eaꝝ ⁊ ptās eaꝝ nocere hoīb⁹
mēsib⁹ qn̄qꝫ. Et habebāt sup se re
gē angelū abissi cui nomē hebra
ice abaddon. grece aūt appollion
⁊ latīe hn̄s nomē exterminās. Ve
vnum abijt ⁊ ecce veniūt adhuc
duo ve post hec. Et sext⁹ āgelus
tuba cecinit ⁊ audiui vocē vnam
ex quatuor cornibus altaris au
rei quod est ante oculos dei: dicē
tem sexto angelo qui habebat tu
bam. Solue quatuor āgelos qui
alligati sūt in flumine magno eu
fraten. Et soluti sunt quatuor an
geli qui parati erant in horam et
diem ⁊ mensem ⁊ annum ut occi
derent tertiam partem hominum
Et numerus equestris exercitus
vities milies denamilia et audi
ui numerum eorum et ita vidi
equos in visione. Et qui sedebāt
super eos habebant loricas ig
neas ⁊ iacinctinas ⁊ sulphureas

⁊ capita equorum erāt tāq̄ capita
leonū ⁊ de ore eorum ꝓcedit ignis
⁊ fumꝰ ⁊ sulphur· Et ab hijs tri
bus plagis occisa ē tertia ꝑs ho
minū de igne ⁊ de fumo ⁊ sulphu
re que ꝓcedebant ex ore ipsorum
Potestas enim equoꝝ in ore eoꝝ
est ⁊ in caudis eorum· Naꝫ caude
eorum similes serpentibus haben
tes capita ⁊ in hijs nocēt· Et cetei
homines qui nō sūt occisi in hijs
plagis neqꝫ penitentiaꝫ egerunt
de operibus manuū suaruꝫ ut nō
adorarent demonia et simulacra
aurea ⁊ ãgentea ⁊ erea ⁊ lapidea
⁊ lignea que neqꝫ videre possunt
neqꝫ audire neqꝫ ambulare ⁊ nō
egerūt penitentiā ab homicidijs
suis neqꝫ a veneficijs suis neqꝫ a
fornicacōe sua neqꝫ a furtis suis·

Et vidi aliū ange ¶ Ca·x·
lum fortem descendentē de ce
lo amictum nube ⁊ yris in capite
eius Et faties eius erat ut sol ⁊ pe
des eiꝰ tanq̄ colūna ignis· Et ha
bebat in manu sua libellū apertū
⁊ posuit pedem suuꝫ dexterū supra
mare: sinistꝝ autem super terrā ⁊
clamauit voce magna quēadmo
dum cuꝫ leo rugit· Et cū clamassꝫ
locuta sūt septē toītrua voces suas
et cū locuta fuissent septē toītrua
voces suas ⁊ ego scripturꝰ erā· Et
audiui vocem de celo dicentē mihi
Signa que locuta sunt septē toni
trua et noli ea scribere· Et angelꝰ
quem vidi stantem supra mare ⁊
supra terrā leuauit manuꝫ suam
ad celū ⁊ iurauit per viuentem in
secula seculoꝝ qui creauit celuꝫ et
ea que in eo sunt ⁊ terrā ⁊ ea q̄ in
ea sunt ⁊ mare ⁊ ea que in eo sūt·
quia tempus nō erit amplius· ꝫ
in diebꝰ vocis septimi angeli cuꝫ
ceperit tuba canere: cōsūmabitur
misteriū dei sicut euangelisauit ꝑ
suos suos ꝓphetas· Et audiui vo
cem de celo iteꝝ loquentē mecum
⁊ dicētem· Vade ⁊ accipe libꝝ ap
tum de manu angeli stantis supr̄
mare ⁊ super terrā· Et abij ad an
gelum dicens ei ut daret mihi li
brū ⁊ dixit mihi· Accipe librum ⁊
deuora illum ⁊ fatiet amaricari vē
trem tuū· sed in ore tuo erit dulce
tanq̄ mel Et accepi librum de ma
nu angeli ⁊ deuoraui illū ⁊ erat ī
ore meo tanq̄ mel dulce· Et cuꝫ de
uorassem eū: amaricatus est ven
ter meus Et dixit mihi· Oportet te
iteꝝ ꝓphetare gentibꝰ ⁊ populꝰ ⁊
linguis ⁊ regibꝫ multis· ¶ Ca·xi·

Et datus est mihi calamus
similis virge ⁊ dictum est m̄
Surge ⁊ metire templū dei et alta
re ⁊ adorantes in eo Atrium vero
qđ est foris templū eice foãs ⁊ ne
metiaris illud· quoniā datuꝫ est
gentibus· Et ciuitatem sanctā cal
cabunt mensibus quadraginta
duobꝫ· Et dabo duobus testibus
meis et ꝓphetabunt diebꝰ mille
ducentissexaginta amicti saccis·
Hij sunt due oliue ⁊ duo cādela
bra in cōspectu domini terre stan
tes· Et si quis voluerit eos nocere
ignis exiet de ore eoꝝ ⁊ deuoãbit
inimicos eoruꝫ et si quis voluerit
eos ledere sic oportet eum occidi·
Hij habent potestateꝫ claudendi
celum ne pluat diebus ꝓphetie il
loꝝ ⁊ potestatē habent super aq̄s
conuertendi eas in sanguineꝫ et
ꝑcutere terram omni plaga quo

tienscũq; voluerint Et cũ finierint
testimoniũ suuz bestia que ascen
dit de abisso fatiet aduersus eos
bellũ ⁊ vincet illos ⁊ occidet eos.
Et corpa eoꝝ iacebunt in plateis
ciuitatis magne que vocatur spi
ritualiter sodoma ⁊ egiptus vbi
⁊ dñs eorũ crucifixꝰ ẽ. Et videbũt
de tribubus ⁊ de populis ⁊ liguis
et gentibꝰ corpa eoꝝ ꝑ tres dies
⁊ dimidiũ ⁊ corpa eoꝝ nõ sinent
poni in monumentis. Et inhabi
tantes terrã gaudebũt sup illos
⁊ iocundabunt ⁊ muneã mittẽt
inuicez. qm̃ hij duo ꝓphete crutia
uerũt eos qui inhabitabant sup
terrã. Et post dies tres ⁊ dimidiũ
spũs vite a deo intrabit in eos.
Et steterũt sup pedes suos ⁊ timor
magnꝰ cecidit sup eos qui vide
rũt eos. Et audierũt vocẽ magnã
de celo dicentẽ eis. Ascendite huc
Et ascenderũt in celũ in nube ⁊ vi
derunt illos inimici eoꝝ. Et in illa
hoã factus ẽ terremotus magnꝰ
et decĩa ps ciuitatis cecidit. Et oc
cisi sunt in terremotu nomina ho
minũ septẽmilia ⁊ reliqui in timo
rez sunt missi ⁊ dederũt gloriaz deo
celi. Ve secũdũ abijt ⁊ ecce ve ter
tiũ veniet cito. Et septimꝰ angelꝰ
tuba cecinit ⁊ facte sunt voces ma
gne in celo dicentes. Factũ est re
gnũ huius mũdi dñi nostri ⁊ cri
sti eiꝰ ⁊ regnabũt in secula seculo
rũ amen. Et viginti quatuor seni
ores q̃ in ꝯspectu dei sedent in sedi
bus suis ceciderũt in faties suas ⁊
adorauerũt deũ dicẽtes Grãs agi
mꝰ tibi dñe deꝰ nr̃ oĩpotens q̃ es
⁊ qui eras ⁊ q̃ venturꝰ es. qꝛ acce
pisti virtutẽ tuã magnã ⁊ regna

sti. Et irate sũt gentes ⁊ aduenit
ira tua ⁊ tempꝰ mortuoꝝ iudica
ri ⁊ reddere mercedẽ seruis tuis ꝓ
phetis ⁊ sanctis ⁊ timẽtibꝰ nomẽ
tuũ pusillis ⁊ magnis ⁊ extermi
nandi eos q̃ corruperunt terraz.
Et aptũ est tẽplũ ¶ Ca. xij.
dei ĩ celo ⁊ visa est archa te
stamenti eius in templo eiꝰ. Et fa
cta sũt fulgura ⁊ voces ⁊ terremo
tꝰ ⁊ grãdo mag̃. Et signũ magnũ
apparuit ĩ celo. Mulier amicta so
le ⁊ luna sub pedibꝰ eiꝰ ⁊ in capi
te eius corona stellaꝝ duodecim
Et in vtero hñs ⁊ clamabat ꝑtu
riens ⁊ crutiat ut pariat. Et visũ
est aliud signũ in celo Et ecce dra
co magnus rufus hñs capita se
ptẽ ⁊ cornua decez ⁊ in capitibus
eius septez dyademata et cauda
eiꝰ trahebat tertiã ꝑtem stellarũ
celi ⁊ misit eas in terraz. Et draco
stetit ante mulierẽ que erat pari
tura: ut cũ peperisset filiũ eiꝰ deuo
raret Et pepit filium masculũ qui
recturus erat oẽs gẽtes in virga
ferrea. Et raptus est filius eiꝰ ad
deũ ⁊ ad thronuz eiꝰ et mulier fu
git ĩ solitudinẽ vbi hẽbat locũ pa
ratuz a deo ut ibi pascat eã diebꝰ
milleducẽtissexagĩta. Et factũ ẽ p̃
liũ magnũ in celo. Michahel ⁊ ã
geli eiꝰ p̃liabãt cũ dracone ⁊ dra
co pugnabat ⁊ angeli eiꝰ ⁊ ñ va
luerũt neq; locus ĩuẽtus est eorũ
ampliꝰ in celo. Et ꝓiectus ẽ draco
ille magnꝰ serpens antiquꝰ qui
vocat dyabolus ⁊ sathanas qui
seducit vniuersum orbem ⁊ proie
ctus est in terram et angeli eius
cum illo missi sunt. Et audiui vo
cem magnam in celo dicentem.

Nunc facta est salus ⁊ virtus ⁊ re
gnū dei nostri ⁊ potestas xp̄i ei⁹·
q̄ ꝓiectus est accusator fratrum
nostroꝝ qui accusabat illos ante
conspectū dei nostri die ac nocte·
Et ip̄i vicerunt eum ꝓpter sangui
nem agni ⁊ ꝓpter verbū testimo
nij sui ⁊ nō dilexerunt animas su
as vsq̄ ad mortē· Propterea leta
mini celi ⁊ qui habitatis ī eis Ve
terre et mari· quia descendit dya
bolus ad vos habens irā magnā
sciens q̄ modicū tempus habet
Et postq̄ vidit draco q̄ ꝓiectus
eēt in terraz: persecutus est mulie
rem que pepit masculum· Et date
sunt mulieri ale due aq̄le magne
ut volaret in desertū in locum suū
vbi alitur per tempus ⁊ tempora
⁊ dimidiū temporis a facie serpē
tis· Et misit serpēs ex ore suo post
mulierem aquaz tanq̄ flumē: ut
eam faceret tr̄hi a flumine· Et ad
iuuit terra mulierez ⁊ aperuit ter
ra os suuz ⁊ obsorbuit flumē q̄d
misit draco de ore suo· Et iratus ē
draco in mulierez ⁊ abijt facere p̄
lium cū reliquis de semine eius q̄
custodiunt mandata dei ⁊ habēt
testimoniū ihesu xp̄i Et stetit sup
arenam maris· ¶ Ca·xiij·

Et vidi de mari bestiam ascē
dentem habentem capita se
ptez ⁊ cornua decē ⁊ super cornua
eius decem dyademata ⁊ super ca
pita eius nomina blasphemie Et
bestia quam vidi similis eāt par
do ⁊ pedes ei⁹ sicut pedes vrsi ⁊ os
ei⁹ sicut os leonis· Et dedit illi dr̄
co virtutem suam ⁊ potestatē ma
gnaz· Et vidi vnum de capitibus
suis quasi occisū in mortem ⁊ pla
ga mortis ei⁹ cuāta est· Et āmira
ta est vniūsa terra post bestiaz Et
adorauerunt draconez qui dedit
potestatē bestie ⁊ adorauerunt be
stiam dicētes· Quis similis bestie
⁊ quis poterit pugnaē cum illa·
Et datum est ei os loquens mag̃
⁊ blasphemiaz ⁊ data est ei ptās
facere menses quadragītaduos
Et aperuit os suū ī blasphemias
ad deum blasphemaē nomen ei⁹
⁊ tabernaculū ei⁹ et eos qui in ce
lo habitant· Et datū est illi bellū
facere cum sanctis ⁊ vincere eos·
Et data est illi potestas in omnē
tribū ⁊ populū ⁊ linguam ⁊ gen
tem ⁊ adorauerūt eam omnes q̄
inhabitabant terraz: quorū non
sunt scripta nomina in libro vite
agni q̄ occisus est ab origine mū
di· Si quis habet aurem audiat·
Qui in captiuitatem duxeit: in ca
ptiuitatē vadet· qui in gladio oc
cideit: oportet eum gladio occidi
Hic est patientia ⁊ fides sanctoꝝ
Et vidi aliaz bestiā ascendentē de
terra ⁊ habebat cornua duo simi
lia agni ⁊ loquebat̄ sicut draco·
Et potestatem prioris bestie oēm
fatiebat in conspectu ei⁹ ⁊ fecit ter
ram ⁊ habitantes ī ea adorare be
stiam p̄maz cuius curata est pla
ga mortis· Et fecit signa magna:
ut etiam ignē faceret de celo descē
dere in terrā in conspectu hominū·
Et seducit habitantes ī terra ꝓpt̄
signa q̄ data sūt illi facere ī cōspe
ctu bestie: dicens habitantib⁹ in
terra ut fatiant ymaginez bestie
que habet plagā gladij ⁊ vixit·
Et datū ē illi ut daret spiritū yma
gini bestie ⁊ ut loquatur ymago

bestie ⁊ fatiet ut quicunq; nō ād
orauerint ymaginem bestie occi
dantur. Et fatiet omnes pusillos
⁊ magnos ⁊ diuites et pauperes
⁊ liberos ⁊ seruos habere caracte
rem in manu dextera aut in fron
tibus suis ⁊ ne quis possit emere
aut vendere nisi habeat caracterē
nominis bestie aut nomē aut nu
merū nominis eius. Hic sapiētia
est. Qui habet intellectum comput
tet numerū bestie. Numerus enī
hominis est et numerus eius sex
centi sexagintasex. ¶ Ca. xiiij.

ET vidi ecce agnus stabat
supra montē syon ⁊ cū eo cē
tum quadragintaquatuor milia
habentes nomē eius ⁊ nomen pa
tris eius scriptū in frontib⁹ suis.
Et audiui vocē de celo tanq; vocē
aquaꝝ multaꝝ ⁊ tanq; vocem to
nitrui magni ⁊ vocē quā audiui
sicut citharedoꝝ citharizantiuꝝ
in citharis suis. Et cantabant q̄
si canticū nouū ante sedeꝝ et ante
q̄tuor animalia et seniores ⁊ nemo
poterat dicere canticuꝫ nouuꝫ nisi
illa centū quadragintaq̄tuor milia
qui empti sūt de terra. Hi sunt q̄
cū mulieribus non sūt coinquina
ti: virgines enī sunt. Hi sequunt
agnū quocunq; ierit. Hi empti sūt
ex oīb⁹ p̄mitie deo ⁊ agno ⁊ in ore
eoꝝ non ē inuentū mendatiū. Si
ne macula enī sūt ante thronū dei.
Et vidi alterū angelū volantē per
medium celū habentē euangeliū eter
nū ut euāgelizaret sedentib⁹ super
terrā et sup oēm gentē ⁊ tribū et
lingua ⁊ p̄plm dicēs magna voce
Timete dñm ⁊ date illi honorem
q̄ venit hora iudicij ei⁹ ⁊ adorate
eū qui fecit celū ⁊ terrā mare ⁊ fon
tes aquaꝝ. Et alius angelus secu
tus est dicens. Cecidit cecidit ba
bilon illa magna que a vino ire
fornicationis sue potauit oēs gen
tes. Et tertius angelus secutus ē illos dicens voce magna. Si quis
adorauerit bestiā ⁊ ymaginē ei⁹
⁊ acceperit caracterē in fronte sua
aut in manu sua: hic bibet de vino
ire dei q̄d mixtū est mero in calice
ire ipsius. Et cruciabit̄ igne ⁊ sul
phure in ospectu angelorū sancto
rū ⁊ ante ospectum agni. Et fumus
tormentoꝝ eoꝝ ascendet in secula
seculoꝝ. Nec habent requiē die ac no
cte qui adorauerūt bestiaꝫ ⁊ yma
ginē ei⁹ ⁊ si quis acceperit caracte
reꝫ nois ei⁹. Hic sapiētia sanctorū
est q̄ custodiūt mandata dei ⁊ fidē
ihu. Et audiui vocem de celo dicē
tem mihi. Scribe. Bti mortui qui in
dño moriunt̄. Amodo iam dicit spūs
ut requiescant a laboribus suis.
Opa enī illoꝝ sequunt̄ illos. Et vi
di ⁊ ecce nubē candidā ⁊ sup̄ nu
beꝫ sedētem similē filio hominis habē
tem in capite suo coronā aureā ⁊
in manu sua falceꝫ acutā. Et alius
angelus exiuit de tēplo: clamans
voce magna ad sedētem sup nubē
Mitte falcē tuam ⁊ mete. q̄ venit
hora ut metat̄. q̄m aruit messis
terre. Et misit qui sedebat sup nu
bem falcem suā in terram ⁊ demes
suit eā. Et alius angelus exiuit de
templo q̄d est in celo: habens et
ipse falcem acutaꝫ. Et alius ange
lus exiuit de altari qui habebat
potestatem supra ignem et excla
mauit voce magna ad eum qui
habebat falcem acutam dicens.

Mitte falcem tuaz acutaz ⁊ vinde
mia botros vinee terre· quoniaz
mature sunt vue ei⁹ Et misit ange
lus falcē suam acutaz in terram ⁊
vindemiauit vineam terre ⁊ misit
in lacum ire dei magnum · Et cal
catus est lacus extra ciuitatez et
exiuit sanguis de lacu vsqꝫ ad fre
nos eq̊ꝝ ꝑ stadia millesexcēta·

Et vidi aliud si ¶ Ca·xv·
gnū in celo magnuz ⁊ mira
bile: angelos septē habentes pla
gas septem nouissimas· quoniā
in illis consūmata est ira dei· Et vi
di tanq̄ mare vitreū mixtuz igne
⁊ eos qui vicerunt bestiaz ⁊ yma
ginem ei⁹ ⁊ numerū nominis ei⁹
stantes supra mare vitreū: habē
tes cytharas dei ⁊ cantantes can
ticū moysi serui dei ⁊ cāticuz agni
dicentes· Magna ⁊ mirabilia sūt
opera tua domine de⁹ omnipotēs
iuste ⁊ vere sūt vie tue domine rex
seculoruz· Quis non timebit te do
mine ⁊ magnificabit nomē tuū·
Quia solus pius es· quoniaz om
nes gentes venient ⁊ adorabunt
in conspectu tuo· quoniaz iuditia
tua manifesta sunt· Et post hec vi
di ⁊ ecce apertū est templū taber
naculi testimonij in celo· Et exierīt
septem angeli habētes septē pla
gas de templo: vestiti lapide mū
do ⁊ cādido ⁊ precincti circa pecto
ra zonis aureis· Et vnuz de quatu
or animalibus dedit septem āge
lis septem fialas aureas: plenas
iracundie dei viuentis in secula se
culoꝝ Et impletū est templum di
fumo a maiestate dei ⁊ de virtute
ei⁹ ⁊ nemo poteāt introire in tem
plum· donec consūmarētur septē
plage septē angeloꝝ· ¶ Ca·xvi·

Et audiui vocem magnā de
templo dicentē septem āge
lis· Ite ⁊ effundite septem fialas
ire dei in terram · Et abijt primus
angelus ⁊ effudit fialam suaz in
terram ⁊ factum est vulnus seuū
⁊ pessimum in homines qui habe
bant caracterem bestie ⁊ in eos q̄
adorauerunt bestiam ⁊ ymaginē
ei⁹· Et secundus angelus effudit
fialam suam in mare ⁊ factus est
sāguis tanq̄ mortui ⁊ omnis ani
ma viuens mortua est in mari Et
tertius effudit fialam suā sup flu
mina ⁊ super fontes aquarū et fa
ctus est sanguis· Et audiui ange
lum aquarū dicentem· Iustus es
domine qui es ⁊ qui eras sanctus
qui hoc iudicasti· qꝛ sanguinez sā
ctorū ⁊ ꝓphetarum effuderūt et sā
guinem eis dedisti bibere· Digni
enim sunt· Et audiui alterū dicen
tem· Etiam domine deus omnipo
tens: vera et iusta iuditia tua· Et
quartus angelus effudit fialam
suam in solem ⁊ datū est illi estu
affligere homines ⁊ igni· Et estua
uerunt homines estu magno et
blasphemauerēt nomen dei habē
tis potestatem super has plagas
neqꝫ egerunt penitentiā ut darēt
illi gloriā· Et quintus angelus ef
fudit fialaz suā super sedem bestie
⁊ factum est regnū ei⁹ tenebrosū
Et ꝯmanducauerunt linguas su
as pre dolore ⁊ blasphemauerūt
deum celi pre doloribus ⁊ vulneri
bus suis ⁊ non egerūt penitentiā
ex operibz suis· Et sextus angelus
effudit fialam suam in flumen il
lud magnum eufraten ⁊ siccauit

aquā eius ut preparet̄ via r̄gib⁹
ab ortu solis. Et vidi de ore draco
nis ⁊ de ore bestie ⁊ de ore pseudo
ꝓphete exire spiritus tres īmūdos
in modū ranaꝝ. Sunt em̄ spirit⁹
demoniorū fatientes signa ⁊ pro
cedunt ad reges totius terre con
gregare illos in prelium ad diez
magnum omnipotentis dei. Ecce
venio sicut fur. Beatus q̄ vigilat
⁊ custodit vestimenta sua ne nu
dus ambulet ⁊ videant turpitu
dinē ei⁹. Et ꝯgregabit illos in lo
cuz qui vocat̄ hebraice armaged
don. Et septimus angel⁹ effudit
fialam suaz in aerem ⁊ exiuit vox
magna de tēplo a throno dicens
Factum est: Et facta sunt fulgura
⁊ voces ⁊ tonitrua ⁊ terremotus
factus est magnus qualis nunq̄
fuit ex quo homines fuerūt super
terrā: talis terremotus sic magn⁹
Et facta est ciuitas magna ī tres
ptes ⁊ ciuitates gentiū ceciderūt.
Et babilon magna veīt in memo
riam ante deū: dare illi calicem vi
ni īdignacōnis ire eius. Et omnis
insula fugit ⁊ montes nō sunt in
uenti. Et grando magna sicut ta
lentū descendit de celo ī homines
⁊ blasphemauerūt homines deū
ꝓpter plagam grandinis. quoni
am magna facta est vehemēter.

Et venit vnus de ¶ Ca. xvij.
septē angel̄ qui habebant
septem fialas ⁊ locutus est mecū
dicens. Veni ⁊ ostendaz tibi dā
nacōnem meretricis magne que
sedet super aquas multas cum q̄
fornicati sunt reges terre ⁊ inebri
ati sunt qui inhabitant terraz de
vino ꝓstitutionis eius. Et abstu
lit me in spiritu in desertum. Et vi
di mulierem sedentez super bestiā
coccineam: plenam nominibus
blasphemie: habentem capita se
ptem ⁊ cornua decē. Et mulier eāt
circumdata purpura ⁊ coccino ⁊
inaurata auro ⁊ lapide precōso ⁊
margaritis: habens poculū aure
um ī manu sua plenum abhomi
natione ⁊ immunditia fornicacō
nis eius Et in fronte eius nomen
scriptum babilon magna: mater
fornicationū ⁊ abhominationuz
terre. Et vidi mulierem ebriam de
sanguine sanctoꝝ ⁊ de sanguine
martiꝝ ihu. Et mirat⁹ sū cū vide
rez illaz āmiracōne mag̅. Et dixit
m̄ angel⁹ Quare miraris. Ego di
cā tibi sacramentū mulieris ⁊ be
stie que portat eā que habz capi
ta septem et cornua decez. Bestia
quā vidisti fuit et non est ⁊ ascē
sura ē de abisso ⁊ ī īteritū ibit ⁊ mi
rabūt̄ inhabitantes terrā quoꝝ
non sunt scripta nomina in libro
vite a ꝯstitutione mundi vidētes
bestiaz que erat ⁊ non est. Et hic
est sensus qui habet sapientiaz.
Septē capita septem montes sūt
supra quos mulier sedet ⁊ septez
reges. Rn̄qz ceciderūt. vnus est et
alius nōdū venit. Et cuz venerit:
oportet illū breue temp⁹ manere
Et bestia que erat et non ē ⁊ ipsa
octaua est ⁊ de septem est. Et in in
teritū vadit. Et decez cornua q̄ vi
disti decem reges sunt qui regnuz
nondum acceperunt. sed potesta
tem tanq̄ reges vna hora accipi
ent post bestiam. Hij vnum con
silium habent ⁊ virtutem et po
testatem suam bestie tradent.

Hij cū agno pugnabunt ⁊ agnꝰ
vincet illos· quoniā dominus do
minoꝝ est ⁊ rex regum ⁊ qui cum
illo sūt vocati ⁊ electi et fideles· Et
dixit mihi· Aque q̄s vidisti vbi
meretrix sedet populi sunt ⁊ gētes
et lingue et decem cornua que vi
disti in bestia hij odient fornica
riam ⁊ desolatā fatient illaꝫ ⁊ nu
dam ⁊ carnes eius manducabūt
et ip̄am igni concremabunt· Deꝰ
enim dedit in corda eoꝝ ut fatiāt
quod placitū ē illi: ut dent regnū
suum bestie donec consūmentur
verba dei· Et mulier quaꝫ vidisti
est ciuitas magna que habet re
gnū sup̄ reges terre· ¶ Ca· xviij·

Et post hec vidi aliū angelū
descendentē de celo habentēꝫ
potestatem magnam ⁊ terra illu
minata est a gloria eius Et clama
uit in fortitudine dicens· Cecidit
cecidit babilon magna ⁊ facta ē
habitatio demoniorum et custo
dia omnis spiritus immūdi ⁊ cu
stodia omnis volucris immunde
et odibilis· quia de vino ire forni
cationis eius biberunt omnes gē
tes Et reges terre cum illa fornica
ti sunt et mercatores terre de vir
tute delitiarum eius diuites facti
sunt· Et audiui aliam vocem de ce
lo dicentem· Exite de illa populus
meus ⁊ ne participes sitis delicto
rum eius ⁊ de plagis eius non ac
cipiatis· Quoniam peruenerunt
peccata eius vsq̄ ad celum ⁊ recor
datus est dominus iniquitatum
eius· Reddite illi sicut ⁊ ipsa red
didit vobis ⁊ duplicate duplitia
scd̄m opera eius· In poculo quo
miscuit vobis miscete illi duplum

Quantū glorificauit se ⁊ ī delicijs
fuit· tantū date illi tormentum et
luctum· quia in corde suo dicit Se
deo regina ⁊ vidua non sum ⁊ lu
ctum non videbo· Ideo in vna die
venient plage eius mors ⁊ luctꝰ
⁊ fames ⁊ igni comburetur· quia
fortis est deus qui iudicabit illaꝫ
Et flebunt et plangent se super il
lam reges terre qui cum illa forni
cati sunt ⁊ in delicijs vixerunt cuꝫ
viderint fumum incendij eius: lō
ge stantes propter timorē tormē
torum eius dicentes· Ve ve ciui
tas illa magna babilō ⁊ ciuitas
illa fortis· quoniam vna hora ve
nit iuditium· Et negotiatores ter
re flebunt super illam et lugebūt
quoniā merces eorū nemo emet
amplius: mercem auri ⁊ argenti
⁊ lapidis pretiosi ⁊ margarite et
bissi ⁊ purpure ⁊ serici et coccini
⁊ oē lignū thynū ⁊ oīa vasa ebo
ris ⁊ oīa vasa de lapide p̄tioso ⁊
eramēto ⁊ ferro ⁊ marmoē ⁊ cyna
momū ⁊ amomū ⁊ odoramētorū
⁊ vnguenti ⁊ thuris ⁊ vini ⁊ olei
⁊ simile ⁊ tritici ⁊ iumentorum ⁊
ouium ⁊ equorū ⁊ redarū ⁊ man
cipiorum ⁊ animaruꝫ hominum·
Et poma tua ⁊ desideia anime tue
discesserunt a te ⁊ omnia pinguia
⁊ predara perierunt a te et ampli
us illa iam non inuenient merca
tores hominum· Qui diuites facti
sunt ab ea longe stabunt propt̄
timorem tormentoꝝ eius: flentes
ac lugentes et dicentes· Ve ve ci
uitas illa magna que amicta eāt
bisso ⁊ purpura ⁊ cocco ⁊ deaura
ta ē auro ⁊ lapide pretioso ⁊ mar
garitis· q̄niaꝫ vna hora destitute

sūt tante diuitie. Et omnis gubernator ⁊ omnes qui in lacu3 nauigant ⁊ naute ⁊ qui in mari operātur: longe steterūt ⁊ clamauerūt videntes locū incendij eius dicentes. Que similis ciuitati huic magne. Et miserūt puluerem sup capita sua ⁊ clamauerunt flentes ⁊ lugentes dicentes. Ve ve ciuitas illa magna in q̄ diuites facti sunt omnes qui habebāt naues ī mari de p̄cijs eius. qm̄ vna hora desolata est. Exulta sup eā celū et sācti apostoli ⁊ ꝓphe. qm̄ iudicauit deus iuditiū vestru3 de illa. Et sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molare3 magnu3 ⁊ misit in mare dicens. Hoc impetu mittet̄ babilon ciuitas illa magna ⁊ vltra ia3 nō inuenie t̄. Et vox cytharedoꝝ ⁊ musicoꝝ ⁊ tybia canentium ⁊ tuba nō audie t̄ in te amplius et omnis artifex omnisq3 ars non īuenie t̄ in te amplius ⁊ vox mole non audie t̄ in te ampli9. Et lux lucerne nō lucebit in te āpli9 ⁊ vox sponsi ⁊ sponse non audie t̄ adhuc ī te. q̄ mercatores tui erāt pn̄cipes terre. q̄ in veneficijs tuis errauerūt omnes gentes. Et ī ea sanguis ꝓphaꝝ ⁊ sanctoꝝ inuentus est ⁊ omniū qui īterfecti sunt in terra.

¶ Capitulū. xix.

Post hec audiui quasi vocem tubaꝝ multarū in celo dicētiū alleluia. Laus ⁊ gloria ⁊ virt9 deo nostro est. q̄a vera ⁊ iusta iuditia sunt ei9 qui iudicauit de meretrice magna que corrupit terrā in prostitutione sua ⁊ vindicauit sanguinem seruoꝝ suorum de manibus eius. Et iterum dixerūt alleluia. Et fumus ei9 ascendit in secula seculorum. Et ceciderunt seniores vigintiq̄tuor ⁊ quatuor amālia ⁊ adorauerunt deum sedentem super thronū dicentes amen alleluia Et vox de throno exiuit dicēs Laudem dicite deo nostro omnes sancti eius ⁊ qui timetis deum pusilli ⁊ magni. Et audiui quasi vocem tube magne et sicut voce3 aq̄rum multarum ⁊ sicut vocem tonitruorum magnorū dicentiu3 alleluia. quoniam regnauit domin9 deus noster omnipotens. Gaudeamus ⁊ exultemus ⁊ demus gloriam ei. q̄ venerunt nuptie agni et vxor eius preparauit se. Et datu3 est illi ut coopiat se bissinum splendēs candidū. Bissinū em̄ iustificacōes sūt sāctoꝝ. Et dixit m̄. Scribe. Bti q̄ ad cenā nuptiarum agni vōti sūt. Et dixit m̄. Hec verba dei vera sunt. Et cecidi añ pedes ei9 ut adorarem eū. Et dixit mihi. Vide ne feceris. Conseruus tuus sū ⁊ fratꝝ tuoꝝ habētiū testimoniū ihu. Deū adora. Testimoniū em̄ ihesu est spūs ꝓphetie. Et vidi celū apertū ⁊ ecce equus albus ⁊ qui sedebat sup eu3 vocabatur fidelis ⁊ verax ⁊ cū iustitia iudicat ⁊ pugnat. Oculi autē ei9 sicut flāma ignis ⁊ ī capite ei9 dyademata multa: habens nomen scriptū quod nemo nouit nisi ipse. Et vestitus eāt veste aspersa sanguine ⁊ vocabatur nomen ei9 verbum dei. Et exercitus qui sunt in celo sequebātur eū in equis albis: vestiti bissino albo ⁊ mūdo Et de ore ei9 ꝓcedebat gladius ex vtraq3 parte acutus: ut in ipō ꝑcutiat gētes

Et ipse reget eas in virga ferrea et
ipse calcat torcular vini furoris ire
dei omnipotentis. Et habet in ve
stimento et in femore suo scriptū
rex regum et dominus dominātiū
Et vidi vnum angelū stantem in
sole et clamauit voce mag̃ dicens
omnibus auibus que volant per
mediū celi. Venite et congregami
ni ad cenam magnā: ut mandu
cetis carnes regū et carnes tribu
norū et carnes fortiū et carnes eq̃
rū et sedentiū in ipsis et carnes om
niū liberoꝝ et seruorū et pusillorū
et magnorū. Et vidi bestiam et re
ges terre et exercitus eoꝝ congre
gatos ad faciendū preliū cū illo
qui sedebat in equo et cum exerci
tu eiꝰ. Et apprehēsa est bestia et cū
ea pseudo ꝓpheta et qui fecit signa
coram ipso quibus seduxit eos q̃
acceperūt caracterē bestie et q̃ ado
rauerunt ymaginē eiꝰ. Viui mis
si sūt hij duo in stagnū ignis ar
dentis et sulphuris et ceteri occisi
sunt in gladio sedētis super equū
qui ꝓcedit de ore ipsius et omnes
aues saturate sūt carnibꝰ eoꝝ.

Et vidi āgelū descē ¶ Ca. xx.
dentē de celo habentē clauē
abissi et cathenam magnā ī manu
sua. Et apprehēdit draconē serpen
tem antiquū qui est dyabolus et
sathanas et ligauit eū per annos
mille. Et misit eū ī abissum et clau
sit et signauit super illum ut nō se
ducat amplius gentes. donec cō
sumentur mille anni. Et post hoc
oportet illū solui modico tēpore.
Et vidi sedes et sederunt sup eas et
iuditiū datū est illis. Et am̄as de
collatoꝝ ꝓpter testimoniū ihesu
et ꝓpter verbū dei et qui nō adora
uerūt bestiam neq; ymaginē eiꝰ
nec acceperūt caracterē eiꝰ in fron
tibus aut in manibꝰ suis et vixe
runt et regnauerūt cum xp̄o mille
annis. Cetei mortuoꝝ nō vixerūt
donec consūmentur mille āni. Hec
est resurrectio p̄ma. Beatus et sā
ctus qui habet partē in resurrecti
one prima. In hijs secūda mors
non habet potestatē. sz erūt sacer
dotes dei et cristi et regnabūt cum
illo mille annis. Et cū consūmati
fuerint mille āni soluetur satha
nas de carcere suo et exibit et sedu
cet gentes que sunt sup q̃tuor an
gulos terre gog et magog et con
gregabit eos in preliū quoꝝ nu
merꝰ ē sicut arena maris. Et ascē
derūt sup latitudinē terre et circui
erūt castra sanctoꝝ et ciuitatē di
lectā Et descendit ignis a deo de ce
lo et deuorauit eos et dyabolus q̃
seducebat eos missus ē ī stagnū
ignis et sulphuris: vbi et bestia et
pseudo ꝓphete crutiabunt̃ die ac
nocte in secula seculorum. Et vidi
thronū magnū candidū et seden
tē sup eū: a cuiꝰ aspectu fugit terra
et celū et locus nō ē inuentus ab
eis. Et vidi mortuos magnos et
pusillos stantes ī ꝯspectu throni
et libri apti sūt et aliꝰ liber aptus
ē qui est vite Et iudicati sunt mor
tui ex hijs q̃ scripta erāt in libris
scd̄m opa ipōꝝ. Et dedit maē mor
tuos suos q̃ in eo erāt et mors et
infernꝰ dederunt mortuos suos q̃
ī ip̄is erāt et iudicatū est de singu
lis scd̄m opa ipōꝝ. Et infernus et
mors missi sunt in stagnū ignis.
Hec ē mors secūda. Et qui nō est

inuentus in libro vite scriptꝰ: mis
sus ē in stagnū ignis. ¶ Ca. xxi.

Et vidi celū nouū ⁊ terram
nouā. Primū em̄ celū ⁊ pri
ma terra abijt ⁊ mare iam nō est
Et ego iohēs vidi sanctā ciuitatē
ihrl'm nouā descendentē de celo a
deo parataꝫ sicut sponsaꝫ ornataꝫ
viro suo. Et audiui vocē magnaꝫ
de throno dicentē. Ecce tabernacu
lū dei cū hominibus ⁊ habitabit
cum eis. Et ipsi ꝓplus eiꝰ erunt ⁊
ipe deus cum eis: erit eoꝝ deus. Et
absterget deus omnē lacrimam
ab oculꝰ eoꝝ ⁊ mors vltra nō erit
neqꝫ luctꝰ neqꝫ clamor neqꝫ dolor
erit vltra que prima abierunt. Et
dixit q̄ sedebat in throno. Ecce no
ua fatio om̄ia. Et dixit mihi. Scri
be. qꝛ hec verba fidelissima sunt ⁊
vera. Et dixit mihi. Factū est. Ego
sum alpha ⁊ o. initiū ⁊ finis. Ego
sitienti dabo de fonte aque viue g̃
tis. Qui vicerit possidebit hec. Et
ero illi deus. ⁊ ille erit mihi filius
Timidis aūt ⁊ incredulis ⁊ execr̄
tis ⁊ homicidis ⁊ fornicatoribus
⁊ veneficis ⁊ ydolatris ⁊ omnibꝫ
mendacibꝰ: pars illoꝝ eit in sta
gno ardēti igne et sulphure qđ ē
mors secūda. Et venit vnus de se
ptēꝫ angelis hn̄tibus fialas ple
nas septē plagis nouissimis ⁊ lo
cutus ē mecū dicens. Veni ⁊ ostē
dam tibi sponsā vxorē agni. Et su
stulit me in spiritu in montēꝫ ma
gnū ⁊ altū et ostendit mihi ciui
tatem sanctam iherusalē descendē
tem de celo: habentem claritatem
dei. Et lumē eiꝰ simile lapidi p̄tio
so tāq̄ lapidi iaspidi sic̄ cristallū
Et habebat muꝝ magnum et al
tū habentem portas duodecī ⁊ in
portis angelos duodecim ⁊ nomi
na inscripta que sūt nomīa duo
decim tribuū filiorum israhel. Ab
oriēte porte tres ⁊ ab aq̄lōe porte
tres ⁊ ab austro porte tres ⁊ aboc
casu porte tres. Et murꝰ ciuitatis
habens fundamēta duodecim et
in ipsis duodecim nomīa duode
cim apostolorū et agni. Et qui lo
quebatur mecuꝫ habebat mensu
rā arundineaꝫ auream: ut metire
tur ciuitatē ⁊ portas eius ⁊ muꝝ.
Et ciuitas in quadro posita est et
lōgitudo eiꝰ tanta est quāta et la
titudo. Et mensus ē ciuitatē de arū
dīe aurea ꝑ stadia duodecīmilia
⁊ longitudo ⁊ altitudo ⁊ latitudo
eiꝰ equalia sūt. Et mensus est mu
rus eiꝰ centumquadragintaqua
tuorcubitoꝝ: mensura hominis q̄
est angeli. Et erat structura muri
eius ex lapide iaspide. ipsa vero ci
uitas auꝝ mundum: simile vitro
mūdo. Et fundamenta muri ciui
tatis omni lapide precōso ornata
Et fundamentū primuꝫ iaspis. se
cundꝰ saphirus. tertius calcedo
nius. quartus smaragdus. quin
tus sardonix. sextus sardius. sep
timus crisolitus. octauus berillꝰ.
nonus thopazius. decimus criso
pr̄ssus. vndecimꝰ iacinctus. duo
decimus ametistus. Et duodecim
porte duodecī margarite sunt per
singulas. Et singule porte erāt ex
singulis margaritis ⁊ platea ciui
tatis aurū mundū tanq̄ vitrū ꝑ
lucidū. Et templū non vidi in ea.
Dn̄s enim deus omnipotēs tēplū
illius est ⁊ agnus. Et ciuitas nō
eget sole neqꝫ luna: ut luceāt ī ea.

Naz claritas dei illuminabit eaz ⁊ lucerna ei⁹ est agnus Et ambulabūt gentes in lumine ei⁹ ⁊ reges terre afferēt gloriā suā ⁊ honorez in illaz. Et porte ei⁹ nō claudent ꝑ noctē. Nox enī non erit illic Et afferent gloriā ⁊ honorez gentiū ī illaz. nec intrabit ī ea aliquid coinquinatū ā abhominationē fatiēs ⁊ mēdatiū. ñ qui scripti sūt ī libro vite agni. ¶ Capitulū. xxij.

Et oñdit mihi fluuiū aq̄ viue splendidū tanq̄ cristallū ꝓcedentez de sede dei ⁊ agni. In medio platee ei⁹ ⁊ ex vtraq̄ ꝑte flumīs lignū vite afferēs fructus duodecim: ꝑ menses singulos reddens fructū suū ⁊ folia ligni ad sanitatē gentiū. Et omne maledictū nō erit ampli⁹. ꝫ sedes dei ⁊ agni ī illa erūt ⁊ serui ei⁹ ꝯuiēt illi. Et videbunt fatiē ei⁹ ⁊ nomen eius in frontib⁹ eoꝝ. Et nox vltr̄ nō erit ⁊ nō egebūt lumine lucerne neq̄ lumīe solis qm̄ dñs deus illumīabit illos ⁊ regnabunt in secula seculoꝝ. Et dixit m̄. Hec verba fidelissima sūt ⁊ vera. Et dñs de⁹ spiritū ꝓphaꝝ misit angelū suū: ostēdere seruis suis q̄ oportet fieri cito Et ecce venio velocit̄. Btūs qui custodit verba ꝓphetie libri huius Et ego iohes q̄ audiui ⁊ vidi hec Et postq̄ audissem ⁊ vidissez cecidi ut adorarē ante pedes angeli q̄ mihi hec oñdebat. Et dixit m̄. Vide ne feceris. Cōseru⁹ em̄ tu⁹ sū ⁊ fratꝝ tuoꝝ ꝓphaꝝ ⁊ eoꝝ qui seruāt verba ꝓphetie libri hui⁹ Deū adora. Et dixit m̄. Ne signaueris verba ꝓphetie libri hui⁹. Temp⁹ em̄ ꝓpe est. Qui nocet noceat adhuc et q̄ in sordib⁹ est sordescat adhuc. Et q̄ iustus ē iustificet̄ adhuc et sanct⁹ sanctificet̄ adhuc. Ecce venio cito ⁊ merces mea mecum est. redde vnicuiq̄ scd̄m opa sua Ego sū alpha ⁊ o. p̄mus ⁊ nouissimus. p̄ncipiū ⁊ finis. Beati q̄ lauāt stolas suas ī sāguine agni ut sit ptās eoꝝ in ligno vite et ꝑ portas intrent ciuitatē. Foris aūt canes ⁊ venefici ⁊ impudici ⁊ homicide ⁊ ydolis seruientes ⁊ oīs q̄ amat ⁊ facit mendatiū Ego ihus misi angelū meū testificari vobis hec in ecclesijs. Ego sū radix et genus dauid: stella splēdida ⁊ matutina Et spōsus ⁊ spōsa dicūt veni Et q̄ audit dicat veni. Et q̄ sitit veniat ⁊ qui vult accipiat aquā vite gratis Cōtestor enim omni audiēti verba ꝓphetie libri hui⁹. Si quis apposuerit ad hec: apponet deus sup illū plagas scriptas ī libro isto ⁊ si q̄s diminuerit de verbis libri ꝓphetie hui⁹: aufert de⁹ ꝑtē eius de libro vite ⁊ de ciuitate sancta ⁊ de hijs que scripta sūt in libro isto. Dicit q̄ testimoniū ꝑhibet istoꝝ. Etiā Veni cito amē. Veni dñe ihu Grā dñi nr̄i ihu xp̄i cū omnib⁹ vobis amen.

¶ Explicit liber apocalipsis beati Johannis apostoli.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

g iij Seruacij epi

ij

b Idus

c xvij

d xvj

e xv

f xiiij

g xiij

xij

b xi

c x

d ix

c	
f	iul
g	iul
h	iul
a	nonas
c	iunius kl tres xxx
d	h
e	lu
f	lm
g	a
a	la
b	ha
c	lna

b ix

c viij

d vij

e vj

f v

g iiij

iij

b ij

Augustus habet dies xxxj
c Vincula sancti petri

d iiij

e iij

f ij

g nonas.

i viij

k vij

l vj

d v

e iiij laurẽtij mr̃is

f iij

B. T. I. A. J.

g ij

2. Expl.

Idus.

b xix

c xviij

d xvij

TIFFEN Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

R G B W G K C Y M

A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19



